Innocencius super misse officium
Omilie beati Gregorii super ewa[n]g[elia]
Omelie eiusdem super Ezechielem

Gregorij Homil.
Et Innocentius super Missale officiū

N. Inv. 1397

ut omnia mori a

a o ris eu i

tacie nuum tua rum te spice nos



do mine ps Salvum me fac deus q'

mam intraverunt aque usque ad a ni

Int gregoi' sup canticas ⁊ sup ezechiele

Incipit prologus libri sacramentorum de missarum misteriis.

Tria sunt in quibus precipue lex divina consistit: mandata, promissa et sacramenta. In mandatis est meritum, in promissis est premium, in sacramentis est adiutorium. Sacramentis enim ad utrumque iuvamur: ad exequenda mandata et ad optinendum promissa. Verum inter omnia sacramenta constat illud precipuum quod in officio misse super mensam altaris sacratissime celebratur. Illud ecce representans convivium in quo filio revertenti ad patrem occidit vitulum saginatum, panem vite proponens et vinum quod miscuit sapiencia. Hoc autem officium ipse Christus instituit cum heredibus suis novum condidit testamentum, disponens eis regnum sicut pater sibi disposuit, ut super mensam eius edant et bibant in regno quod ecce consecravit. Cenantibus enim illis accepit Ihesus panem et gracias agens benedixit ac fregit deditque discipulis suis dicens: Accipite et comedite, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur; hoc facite in meam commemoracionem. Hac igitur institucione formati ceperunt apostoli sacrosanctum frequentare misterium, eam quam Christus expresserat et formam servantes in verbis et materiam retinentes in rebus, sicut apostolus Corinthiis protestatur: Ego enim accepi a domino quod et tradidi vobis, quoniam dominus Ihesus in qua nocte tradebatur accepit panem etc. Primus ergo beatus Petrus apostolus missam Anthiochie dicitur celebrasse, in qua tres tantum oraciones in primordio nascentis ecclesie dicebantur. Ceterum non diversis temporibus et a diversis personis leguntur adiecta prout christiane religionis cultui decere visa sunt convenire. Hoc ergo officium tam provida reperitur ordinacione dispositum ut omnia que per Christum et in Christo gesta sunt ex magna parte contineat, ex quo Christus de celo descendit usque dum ascendit in celum, et ea tam verbis quam signis admirabili quadam specie representat. Porro autem officium consistit in tribus: in personis, operibus, verbis et rebus. Tres autem sunt ordines personarum: celebrantes, ministrantes, circumstantes. Tres operum species: gestus, actus et motus. Tres diversitates verborum: oraciones, modulaciones et lectiones. Tres rerum materies: ornamenta, instrumenta et elementa. Hec omnia sunt plena divinis misteriis ac singula dulcedine celesti redundancia, si tamen diligentem habeant inspectorem qui norit sugere mel de petra oleumque de saxo durissimo. Quis autem novit ordinem celi et ponet raciones eius in terra? Puteus altus est et in quo hauriam aquam non habeo nisi porrigat ille qui dat omnibus affluenter et non improperat, ut inter medium montium transeuntem hauriam aquam in gaudio de fontibus salvatoris. Pulsans ergo pulsabo, si forte clavis David aperire dignetur, ut introducat me rex in cellam vinariam, in qua supernum michi demonstret exemplar quod Moysi fuit in monte monstratum, quatenus sacrosancti officium eo valeam revelante disserere qui linguas infancium facit disertas, cum spiritus ubi vult spirat, divi

dens singulis prout vult ad laudem et
ad gloriam trinitatis ad profectum et utilita
tem legentium ad meorum veniam et indul
gentiam peccatorum. Si quid ergo dignum in hoc
opere exposuisse omne gratie penitus as
scribatur quia omne datum optimum et omne
donum perfectum desursum est descendens
a patre luminum. Si quid indignum insuf
ficientie deputetur humane quia corpus
quod corrumpitur aggravat animam et
deprimit terrena inhabitatio sensum mul
ta cogitantem. Consuetudinem autem
apostolice sedis prosequendo dispositum que
disponente domino cunctorum mater
est et magistra. Explicit prologus.

Incipiunt capitula

De sex ordinibus clericorum quos romanus pontifex
secum in missa habet ubi senarium mis
terium explicatur. De primiceriis et can
toribus ubi continetur quare primicerius
in ecclesia medius inter cantores existit.
De acolitis ubi quid sit eorum misteri
um et unde processit assignatur.
De subdyaconis ubi traditur quod ipsi le
gem continentie debeant observa
re. De dyaconibus ubi describitur quod
ad eorum spectat officium unde levita
rum ordo tam in novo quam in veteri tes
tamento processerit. Quare dyaconus su
pra sinistrum humerum fert horari
um et quare dyaconi cardinales ro
manum semper ducunt pontificem. De
maioribus et minoribus sacerdotibus
circa tam in novo quam in veteri tes
tamento describitur. De significatione nominum
episcopi et presbiteri. De primatu romani
pontificis ubi patefecit ostenditur
quod christus et ante passionem et circa passi
onem et post passionem petro commisit ec
clesie principatum. De convenientia et

differentia pontificum et inter presbiteros
et episcopos ubi forma sacerdotalis ex
primitur ordinandis et ostenditur
qualis debeat esse sacerdos. De com
munibus et spiritualibus indumentis
pontificum et sacerdotum ubi que et quot
ostenduntur et [...] misterium assigna
tur. De legalibus indumentis secundum
hystoriam ubi quot et qualia fuerint
explicatur ponuntur etiam diversa no
mina secundum diversitatem linguarum. De
typo legalium indumentorum secundum
allegoriam. De vestimentis legali
bus secundum tropologiam ubi agi
tur de feminalibus. De linea. De
zona. De tunica. De malogranata
et tintinabulis aureis. De sup
erhumerali. De duabus horis. De
duobus onichinis. De xii nomini
bus filiorum israel. De duabus catenu
lis. De duobus uncinis. De rationa
li. De quadratura rationalis et du
plicatione. De quatuor ordinibus
lapidum. De xii lapidibus. De
cidari. De lamina aurea. De no
mine domini thetragramaton. De
varietate operis. De quatuor colo
ribus purpura cocco bysso iacinc
to. De vestibus evangelici sacer
dotis. De pontificalibus indumen
tis secundum quod christo conveniunt ubi a
gitur de caligis et sandalis de li
gulis quibus sandalia pedibus
colligantur. De amictu ubi redditur
ratio cur id in christo per carnem
et per amictum capiti designatur. De
amictu ante pectus ligato. De
alba. De cingulo et succinctorio.
De stola. De tunica. De dalmati
ca. De cyrothecis. De planeta ubi

agitur de anteriori et posteriori parte
De manipulo De mitra De
Annulo De baculo De v. psal
mis dicendis dum pontifex prepa
ratur Item de pontificalibus indume
tis secundum quod membris conveniunt
ubi agitur de sandalibus caligis
formaque sandaliorum exponit De
ablucione manuum De amictu ubi
agitur de duobus linteaminibus quibus a
mictus augetur Quare romanus
pontifex post albam orale et post
orale aliam assumit De albi
zona et succinctorio De stola
De tunica De dalmatica De cy
rothecis De planetha De mani
pulo De mitra De annulo De
baculo ubi traditur quare summus
pontifex pastorali virga non utitur
De pallio ubi materia et forma
secundum misterium exponuntur
De armatura virtutum De qua
tuor coloribus principalibus quibus
secundum proprietates dierum sacre ve
stes sunt distinguende etc. Explicit

capitula Incipit liber de vi ordinibus clericorum

Cum apostolice sedis antistes
celebriter agit missare sollempni
a sex habet secum ordines cleri
corum scilicet Episcopos presbiteros dyaconos
subdyaconos acolitos et cantores
ipsi numeri sacramento perfectionem
huius officii manifestans Senari
us enim numerus est perfectus eo quod red
ditur ex suis partibus aggregatis
Unde sexto die perfecit deus celum
et terram et omnem ornatum eorum
et cum in plenitudine temporis sex
ta venisset etate sexto eciam die sub
hora sexta redemit genus human

Hii et sex ordines ministrorum legimus
legimus in veteri testamento pontifices sacer
dotes levitas nathinneos ianito
res et psaltes quos ex maiori parte dist
inxit Arthaxersex in epistola quam es
dre scribe direxit Notum inquit facim
de vniuersis sacerdotibus et levitis et
cantoribus ianitoribus nathynneis
et ministris domus dei ut eis vectigal
et tributum et annona nullatenus imponatur

De primicerio et cantoribus Capitulum

David propheta eximius cultum
dei volens sollempnius ampliare
cantores instituit qui coram archa fe
deris domini musicis instrumentis
et modulatis vocibus decantaret
Inter quos precipue fuerunt heman
Azaph et ethan Hii enim primus he
man cuius vicem in ecclesia nunc ob
tinet primicerius qui cantoribus est
prelatus Unde legitur in paralipomenon
Isti sunt quos constituit david super
cantores domus domini stantes iuxta
ordinem suum in ministerio de filiis Ca
hat heman cantor filius Iohel et
a dextris eius azaph filius barachie
ad sinistrum autem ethan filius chu
si debent ergo cantores consonis vo
cibus et suavi modulacione concinere
quibus animos audiencium ad devocionem
dei valeant excitare De acolitis

Acoliti vero qui latine ceroferarii
nuncupantur ab aaron et filiis
eius ministerii sui sumere possunt exem
plum Scriptum est in Exodo Precipe
filiis aaron ut offerant oleum de ar
boribus olivarum purissimum piloque con
tusum ut ardeat lucerna semper in
tabernaculo testimonii et collocabunt
eam aaron et filii eius ut usque mane

lucerat coram dno. qd' q° tunc sacerdotes
agebant hoc iam acoliti faciunt in ministerio
lucernarum multa quippe non solum in nouo
sed in ueteri test. legi mosayce sup addita
legimus et instituta. Unde dauid in
libro paralipomenon dicitur se nominat
non est officium leuitarum ut ultra
portent tabernaculum et omnia uasa e
ius ad ministrandum. Acoliti cereos
ferunt accensos dum legitur ewan
gelium non ut tenebras aeris il
luminent sed ut proximis opera lucis os
tendant. Hoc officium testatur dns se
habere cum dicat Ego sum lux mun
di qui sequitur me non ambulat in
tenebris sed habebit lumen vite

De subdiaconibus Capitulum

Subdyaconi nathinneorum vices
in ecclesia representant de quibus in Esdra
legitur quod dauid dederat nathinneos
ad ministeria leuitarum. Unde greca dicun
tur ypodiacones ex quorum ordine fu
it ille nathanael quem dns in ewan
gelio commendauit Ecce uere ysra
helita in quo dolus non est. Nathin
nei vero dicuntur in humilitate domi
no seruientes de quibus recte placu
it patribus ut qui ministeria sa
cra contrectant legem continentie
debeant obseruare Sicut scriptum
est in propheta. Mundamini qui fer
tis vasa domini. Horum officio dns
uti dignatus est quando sancta
cum discipulis cena mittens aquam
in peluim lauit pedes discipulorum
et lintheo quo erat precinctus
extersit De dyaconibus Capitulum

Ordo dyaconorum a tribu leui
sumpsit exordium Unde do
minus ad moysen locutus est di
cens. Applica tribum leui et fac
stare in conspectu aaron sacerdotis
et ministret ei et excubet et obseruet
quecumque ad cultum multitudinis pertinet
coram tabernaculo testimonii
ut custodiant uasa tabernacu
li in ministerio seruientes a xxv annis
et supra iussi sunt in tabernaculo
deseruire tamquam etatis ad om
nia portanda robuste qui possunt
archam federis mensam propositio
nis et uasa tabernaculi deporta
re. Sed in nouo testamento reco
litur cum dyaconibus super sinistrum
humerum stola proponitur et in die
bus ieiuniorum super eundem hu
merum casula complicatur quia
quicquid laboris in hac vita sufferi
mus tamquam in sinistra reporta
mus donec a sinistra transeamus
in dexteram in qua requiem habea
mus. Hinc etiam dyaconi cardina
les mensam lateranensis altaris super
humeros suos et reuerenter supportant
et reportant in sabbato semper ipsi sum
mum pontificem et ultra archam fede
ris leuite portantes. Certum est nos
tres sumpsit initium ab apostolis qui vii
viros boni testimonii plenos spu
sancto dyacones elegerunt ordine pre
missa per imposicionem manuum or
dinatos. Hii sunt in Apokalipsi vii
angeli tuba canentes. Hii vii candela
bra aurea. Hii voces tonitruorum quia pre
cum annunciant quod dicitur ewangelium in mensa
proponunt offerunt eukaristiam et ecia
quia licet inuiolabile minus excellentiam ad eos
pertinet ministerium. Hoc officium
xpistus erat qui post cenam sacrame
ta confecta propriis manibus dispensauit

et cum dormientes excitauit ad
orandum Vigilate inquit et orate
etc. *De maioribus et minoribus sacerdotibus*

Sacerdotalis ordinis institucio
a veteri lege sumpsit exordium
secundum quod dicit moysi legitur preceptum es-
se applica inquit fratrem tuum aaron
ad te cum filiis suis de medio filio-
rum israel ut sacerdocio michi funga-
tur Verumptamen ante legem sa-
cerdotes fuisse leguntur unde mel-
chisedech sacerdoti persoluit Erant
autem multi dominorum sacerdotes
quos chananeos communiter appel-
labant Unde aaron erat summus sacer-
dos qui vocabatur specialiter archar-
chium Porro dauid xxiiii summos
sacerdotes instituit xvi de elea-
zar et viii de ythamar quibus tamen
omnibus unum preficeret quem statuit
principem sacerdotum singulis autem
per sortem vices suas diuisit ebdoma-
das quarum octaua peruenit abiete
cuius generis zacharias pater iohannis bap-
tiste descendit Cum in nouo testamento christus
ipse maiores instituit videlicet xii
apostolos et septuaginta duos disci-
pulos quos premittebat binos in
omnem ciuitatem et locum quo erat
ipse venturus Sic enim pontifices
summos regendis populis in lege
prefecit sic ad conium societatis et
operis adiumentum sequentis ordinis
viros et secunde dignitatis elegit
Nam in eleazaro et ythamar fi-
liis aaron patrie transfudit plenitu-
dinis huius graciam ut ad hostias sa-
lutares et frequenciores officiy sacra-
menti ministerium sufficeret sacerdo-
tum Et in heremo per septuaginta

prudenciam mente moysi spiritum propaga-
uit quibus ille usus in populo innumerabiles
multitudines facile gubernaret sic
et christus discipulis suis discipulos ad-
didit quibus illi totum orbem in diuinis
predicacionibus impleuerunt Apostolorum
itaque vices maiores obtinent sacerdo-
tes id est episcopi discipulorum vero minores id est
presbiteri *De signo nominis episcopi et presbiteri*

Nomen autem episcopi plus sonat hono-
ris quam honoris Episcopus enim grece
superintendens interpretatur latine
speculatorem dedi te et domui israel
ut plebi sibi commisse non neglige-
ter incubat sed diligenter prospiciat
Ob hoc inquit apostolus qui episcopatum deside-
rat bonum opus desiderat non dicit
honorem sed opus quoniam episcopus non tam
ut presit quam ut prosit eligitur presbiter autem
dicitur non ab etate sed a prudencia et
presbiter autem grece latine senior intellegitur
Senectus autem venerabilis est et non
diuturna neque annorum numero computata
sed cani sicut sensus hominis et talis
senectutis vita inmaculata Nam
dominus inquit ad moysen Congrega mi-
chi septuaginta viros de senioribus israel
quos tu nosti quod senes populi sint et
magistri *De primatu pontificis Capitulum*

Omnibus autem apostolis christus unum
preposuit scilicet petrum cui totum prin-
cipatum ecclesie et ante passionem et circa
passionem et post passionem commisit cui
dixit Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam
etc. licet enim omnibus apostolis communiter
dixerit Quorum remiseritis peccata remit-
tentur eis et quorum retinueritis reten-
ta sunt principaliter tamen petro concessit
quodcumque ligaueris super terram erit ligatum
et in celis Petrus ergo pre ligare ceteros

sed ligari non pot a ceteris. Nam et
ill' ꝑticulariter datu est cuiuo ir
misitis pecca cc. huic aut uniuer
saliter dicitur Quodcumq3 ligaueris
super terram cc. Circa passione3 ued
cu3 specialiter dixisset de omnibus Symo
ecce sathanas expetiuit uos ut cri
braret sicut triticum. Singulariter
tamen p petro subiunxit Ego aut
rogaui p te ut no deficiat fides tu
a et tu aliqn conuersus confirma
fratres tuos. ad petru autem tamqua
ad magnum pertinet ceteros confirmare
q fides in nulla temptatione defic
fide enim aplice sedis supra firmam
petram stabili soliditate fundata
null' unquam errorum sordibus potuit
inquinari sed absq3 ruga et macula
manens p uarietate tempo a ceteris
maculas tersit errorum. Post passi
onem autem ac tercio qsiuisset a petro
Symon iohis diligis me plus hys
et ille tercio respondisset dne tu scis
quia amo te tercio ei precepit pasce
oues meas. Statimq3 subiecit Se
quere me. petrus enim secutus est xpm
non solu in genere martirij sed etiam in or
dine magisterij qd xps ostendit cu
ait. tu uocaberis cephas. lica cephas
sm unam linguam interpretatur petrus
sm alteram tamen exponitur capud
sicut caput habet in se plenitudi
nem sensuum cetera uero mebra parte suscip
iunt plenitudinis ita ceteri sacerdotes
uocati sunt in partem sollicitudinis
Sed summus pontifex assumptus est in
plenitudine ptatis hinc est etiam
qd no sine magni misterij sacramento
to cu xps uniuersos interrogasset apo
stolos Vos aut que me esse dicitis

solus petrus qui primo pro omnibus
respondit Tu es xpus filius dei
uiui cc. Cumq3 tempore procelle ac
ti simul extiterent apli solus petrus
descendit intrepidus ut super
undas maris ad dnm ambularet
Et cu multi discipulorum abissent
retro dicentes Durus est hic ser
mo dixit ihus ad xii Numqd
et uos uultis abire respondit ei
Symon petrus Dne ad quem ibi
mus uerba uite eterne habes et nos cre
dimus et cognouimus quia tu es xpus
filius dei uiui Ihs respiciens dis
aplos ait symoni petro Si peccaue
rit in te fr tuus uade et corripe
eum inter te et ipm solu cc. cu
cu petrus quesisset dne quociens
peccauit i me fr meus dimittam
ei usq3 septies Respondit illi ihesus
Non dico tibi usq3 septies sed us
q3 septuagesies septies Et cum
omnes apli fugam arripuerit solus
petrus educens gladium percussit
seruum pontificis et dexteram eius
abscidit auriculam Cumq3 post
resurrectionem eius discipuli nau
gio uenissent ad dnm petra succin
gens se misit in mare ut inter
undas ad ipm accederet quare ipse
a xpus cu surrexisset a mortuis
ante se petro qua ceteris ostendit aplis
quia secundu aplm uisus est cephe
post hoc undecim deinde plus quam
quingentis fratribus simul Differentia
potestatum inter epos et presbiteros

Distat aut inter epos et psbiteros
qr ad omnes sacerdotes co
muniter pertinet cathetizare bap
tizare predicare conficere soluere ligare

re sed ad pontifices specialiter spec
tat clericos ordinare virgines be
nedicere pontifices consecrare manus
imponere basilicas dedicare degra
dandos deponere sinodos celebra
re crisma conficere vestes et vasa sa
crare Unguntur autem manus presbi
teris ab episcopo ut cognoscant hoc sacra
mento semper spiritualem suscepisse gratiam
consecrandi unde cum eas ungit
episcopus ait Consecrare et sanctificare
digneris domine manus istas per istam
unctionem et nostram benedictionem
ut quecumque consecraverint consecren
tur et quecumque benedixerint bene
dicantur in nomine domini Unguntur
etiam manus presbiteris ut opera miseri
cordie pro viribus ad omnes debeant
exercere per manus enim opera per
oleum misericordia designatur Unde sama
ritanus appropians vulnerato vi
num superinfudit et oleum Verum
tamen et maiores et minores sacer
dotes conveniunt in quibusdam vicem
gerunt summi pontificis id est christi qui
pro peccatis obsecravit et per penitentiam
reconciliat peccatores Unde dicit
Apostolus deus erat in christo mundum
reconcilians sibi et posuit in nobis
verbum reconciliationis Obsecramus
ergo pro christo reconciliamini deo. Medi
atores enim sunt sacerdotes inter
deum et homines dum precepta dei
populo deferunt predicando et vota
populi deo porrigunt supplicando quos
certa tales decet existere sacerdotes
ut et deo sint grati et hominibus
sint accepti Nam apostolus inquit
mediator autem non est unius discor
des enim reconciliare non potest

qui simul utrique societatis et amici
cie vinculo conectit Si enim
hys qui displicet ad intercedendum
mittatur irati animus ad deteriora pro
vocatur. hoc presbiter invocationem spiritus sanc
ti super utrumque humerum stolam accipiunt
ut ex hoc intelligatur semper armati in
stitie a dextris et a sinistris esse inimi
cos quatinus nec adversis frangantur
nec prosperis eleventur Unde cum stolam
accipiunt dicit illis episcopus Accipite
iugum domini Iugum enim meum suave
est et onus meum leve Suave est in
prosperis leve est in adversis Acci
piunt etiam calicem et patenam de manu
pontificis quatinus hys instrumen
tis potestatem se accepisse cognoscant
placabiles hostias offerendi Unde
cum hoc episcopus tribuit Accipite inquit
potestatem offerre sacrificium deo missamque
celebrandi tam pro vivis quam pro defun
ctis in nomine domini. Hoc officium sacer
dotis usus est dominus noster ihesus christus
qui post cenam panem et vinum in corpus
et sanguinem suum divina virtute convertit
Accipite inquit dominus hoc officium pro
peccatis humani generis seipsum in ara
crucis obtulit idem ipse sacerdos et
hostia. De omnibus et specialibus pontificum et
Hec autem commu sacerdotum indumentis
nitas et specialitas potestatum
inter episcopos et presbiteros ipso vario communium
et specialium vestium designatur. Sex enim
sunt indumenta communia episcopis et pres
biteris videlicet amictus stola cin
gulum alba manipulum et planeta
quia nimirum sex sunt in quibus communis
episcoporum presbiterorum potestas consistit videlicet
cathezizare predicare conficere solvere
et ligare Novem autem sunt ornamen

ta pontificum specialia videlicet caligae sandalia succinctorium tunica dalmatica mitra cyrotheca anulus et baculus quia in eo novem sunt in quibus specialis episcoporum potestas consistit videlicet clericos ordinare virgines benedicere pontifices consecrare manus imponere basilicas dedicare degradandos deponere synodos celebrare crisma conficere vestes et vasa sacrare. Palleum autem quod metropolitanorum et primatum patriarcharum est proprium privilegia tamen obtinuit dignitatem. Hec ergo tam in veteri quam in novo lege constitutum ut pontifices preter comunes vestes habeant speciales sed ibi quatuor erant comunes et quatuor speciales hic autem sunt sex comunes et ix speciales. Id autem mistica ratio postulat nam illa data sunt carnalibus et mundanis hec autem data sunt spiritualibus et perfectis. Quaternarius enim convenit carni propter quatuor humores et mundo propter quatuor elementa. Senarius enim perfectis quia primus est perfectus qui redditur ex suis partibus aggregatis, con sexto die perfecit deus celum et terram et omnem ornatum eorum. Novenarius spiritualibus quia novem sunt ordines angelorum qui secundum prophetam per ix species lapidum designantur. Quindecim sunt ornamenta pontificis xv gradus virtutum in ipsa numero designata esse per xv cantica graduum psalterii distinguntur. Vestes enim sacerdotales virtutes significant quibus debeant sacerdotes ornari secundum illud propheticum Sacerdotes tui induantur iusticia et sancti tui exultent Quod

De legalibus indumentis secundum historiam

Quatuor extant legalia indumenta tam minoribus sacerdotibus quam principi sacerdotum comunia. Primum dicebatur manaschasim quod grece bracce latine femoralia dici potest sed bisso retorta contextum. Secundum cethemone quod nos lineam sive subuculam sed moyses abanech appellavit hebrei vero discedentes a babilonijs emissam ac vocaverunt eamque byssinam i. [illegible]. Tercium baltheus i. zona vel cingulum strictus quasi digitis quatuor circulatus ut quasi pellis vipera videretur contextum de bysso cocco purpura et iacincto. Quartum cidaris quod hebrei mamphel nos autem infula appellamus a cydari pontificali plurimum differens qui formam totum de cassidis representans. Super hec quatuor propriis indumentis pontifex utebatur. Primum erat tunica iacintina quam hebrei dioleckir grece vero podechir latine thalaris. Habebat autem per fimbrias mala granata cum tintinnabulis aureis intercalariter disposita ut audiretur sonus cum pontifex ingrederetur sanctuarium ne forte moreretur. Secundum erat ephot i. superhumerale de quatuor preciosis coloribus auroque contextum sine manicis ad modum colobij habens aperturam in pectore quadratam ad magnitudinem palmi in qua longitudo eiusdem mensure texebatur et cum a parte superiori videlicet super humeros insibulati erant auro duo lapides onichini quibus xii nomina filiorum israel erant insculpta sex in uno et sex in altero. Quod autem samuel et david induebantur ephot aliud erat lineum et prope quidem

epothar dicebatur Tercium hebraice
dicebatur hesen · grece longion · l · a
tine rationale vocatur quadrangulum
duplex de quatuor predictis coloribus auro
que contextum habens xii · lapides per or
dines quatuor · In primo sardium topa
zium et smaragdum In secundo carbun
culum saphirum et iaspidem In tercio li
gurium achatem et amathistum In quarto
crisolitum onichinum et berillum · in quibus
erant scripta xii nomina filiorum israel in
singulis singula Erant eciam in eo scrip
ta · hec duo nomina urim et thimmim
i · veritas et doctrina Inserebatur autem
longion super humeralia superiori parte
per duos annulos et duas cathe
nas aureas immissas duabus uncinis
qui sub duobus predictis onichinis
in superhumerali continebantur
In secunda ab inferiori parte per duos
annulos aureos cum duabus uinc
tis iacinctinis colligabatur ephot
Vltimum capitis ornamentum erat
cidaris i · mitra in acutum procedens
habens circulum aureum cum malogra
natis et floribus de qua super fron
tem pendebat aurea lammina quam
petalum dicatur ad modum lune dim
die In quo scriptum erat autoth a
donay · i · sanctum nomine domini Thetra
gramathon · i · quatuor litterarum
he · ioth · eth · vau · Hec uero cum mo
uebatur pontifex mouetur et la
mina colligabatur uitta iacincti
na perspicua que summitates posti
us diffundebat Noster autem
pontifex pro femoralibus habet sa
dalia pro linea albam pro balteo cin
gulum pro poderi tunicam pro ephot
amictum vel stolam pro longion palle

um pro cidari mitram pro lamina cru
cem Et quedam ex hys diuersam habent
formam ab illis sed etiam eandem figuram

Typus legalium indumentorum secundum allegoriam

Hys vestibus ornatus pontifex
totius orbis preferebat ymaginem
Femoralia namque bissina terram congrue
figurabant quia byssus de terra procedit
Balteus cum uittis et nasculis circumvolu
tione occeanum designabat Tunica ia
cinctina ipso colore aerem preferebat per
tyntinnabula sonitus tonitruum per mala
logranata choruscaciones fulgorum
signabant quatuor indumenta sacer
dotis et quatuor summi pontificis in
dumenta quatuor michrocosmi et qua
tuor megacosmi preter ipsum mundum de
signabant i · quatuor humores et
quatuor elementa Ephot sua uarie
tate celum sidereum ostendebat quod ad
aurum erat intextum coloribus figurabat
quod calor uitalis penetrat uniuersa
Duo lapides onichini solem et lunam
vel duo emisperia designabant Duo
decim gemme pectorales duodecim sig
na in zodyaco preferebant Racionna
le quod erat in medio quia totum ple
na sunt uniuersa qua terrena celesti
bus herent in modo racio tirurum et
temporum caloris et frigoris et duplex
mensura utreque temperies   et racio
nem descendit per annulos catenulas
et uncinos elementorum humorum et
temporum colligamenta signatur Cydaris
celum empirreum lamina supposi
ta deum significabat omnibus presidentem
hanc quidam allegoriam liber sapiencie
confirmat auctoritas dicens In
ueste poderis quam habebat totus erat
orbis terrarum magnalia in quatuor ordi

[L]imbus lapidum erant sculpta et mag
nificencia tua in dyademate capite il
lius erat scripta. Exposicio vestimento
rum legalium secundum typologiam :

His indumentis legalibus sacerdos
induabatur hoc ordine lotis prius
manibus et pedibus id velut mana
chasim i. feminalia significans quod sac
dos mundans operibus et affectibus
lacrimis prius debet assumere continenci
am ut offerat hostiam immaculatam
sanctam deo placentem Noster autem
pontifex quia iugem debet habere contimen
ciam non induit in sacrificio feminalia
sed sandalia ac si dicatur qui lotus est
non indiget nisi ut pedes lavet et
est mundus totus Secundo induebat
cethemone i. lineam significans
quod sacerdos debet induere innocen
ciam secundum illud Omni tempore vestimen
ta tua sint candida Tercio cingebat se
baltheo significans castitatem qua circa
lumbos debet precingi ut restingat
concupiscenciam unde veritas ait Sint
lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in ma
nibus vestris Quarto induebat tunicam pode
rim i. talarem significans quod pontifex de
bet induere perseveranciam quia qui
perseveraverit usque in finem hic salvus erit
Per talum enim corporis extremitatem per
severancia designatur secundum illud Ip
sa conteret caput tuum et tu in cal. eius
Dependebant autem per fimbrias malo
granata cum tintinnabulis aureis
Per malogranata intelligitur operacio
per tintinnabulum aureum accipitur
predicacio que duo sunt in sacerdote
coniungi ne sine illis ingrediente
sanctuarium moveatur Cepit Ihesus facere
et docere sacerdotibus relinquens
exemplum ut sequantur vestigia eius
q. p. n. f. ut sit honestas in conver
sacione nec inventus est dolus in
ore eius ut sit veritas in predicacio
ne Quinto induebat ephot i. super
humerale significans quod pontifex debet
induere paciencia ut in paciencia su
a sua possideat animam suam humme
ris onera supportantes secundum illud
Supposuit humerum suum ad portan
dum et factus est tributis serviens Ha
bebat autem duas horas quetas in
utroque latere summitatum significans
quod pontifex debet habere arma iusticie
e a dextris et a sinistris ut non
erigatur prosperis nec deprimatur adver
sis. Habet autem et duos onichi
nos lapides insitos humeris in
quibus scripta erant xii nomina fili
orum israel sex in uno et vi in alio
per duos onichinos significantur
veritas et sinceritas. veritas per
claritatem. sinceritas per soliditudine
per filios israel significantur sancta desideria
et iusta opera secundum illud Maledic
tus homo qui non reliquerit semen su
per terram israel Per senarium significatur
perfectio pro eo quod vi° die deus perfecit cel
et terram et omnem ornatum eorum quod ergo
sex nomina filiorum israel sculpta erant
in uno lapide et sex sculpta erant
in alio significat quod desideria et opera
sacerdotis perfecta sunt Non in fermen
to malicie et nequicie sed in azimis sin
ceritatis et veritatis ut sinceritas in
tenacionem formet et veritas finem
habeat et duas cathenulas auri
purissimi sibimvicem coherentes que
duobus inserebantur uncinis signifi
cans quod pontifex debet habere duas

affectus ad deum scilicet et ad px
imum de quibus dicitur diliges deum ex toto
corde tuo et proximum sicut teipsum.
Sicut enim aurum preeminet universis
metallis ita caritas excellit omnes
virtutes de qua dicit apostolus Maior
horum est caritas Duo uncini sunt
in tenens et finis quibus cathenule i
seruntur ut tam deum quam proximum
diligat ex corde puro conscientia
bona et fide non ficta et tam diu
quam proximum diligat propter bonitatem dei
deum propter seipsum et proximum propter
deum Sexto induebat legion
i racionale significans quod pontifex
debet induere discrecionem per quam
discernat inter lucem et tenebras
inter dextram et sinistram quia non
est conventio lucis ad tenebras neque
xpi ad belial Erat autem racionale qua
drangulum significans quod debet
discernere inter quatuor inter verum
et falsum ne deviet in ardendis et
inter bonum et malum ne deviet saga
cis Erat et duplex quia debet dis
cernere pro duobus pro se videlicet et pro plo
ne si cecus cecum duxit ambo in fove
am cadunt habebat et quatuor
ordines lapidum significans quod pon
tifex debet habere quatuor principales
virtutes Iusticiam fortitudinem pru
denciam temperanciam In singulis autem
ordinibus habebat tres lapides sig
nificans quod pontifex in primo debet habere
fidem spem et caritatem In secundo debet
habere modestiam mansuetudinem et be
nignitatem In tercio debet habere pacem mi
sericordiam et largitatem In quarto vigi
lanciam sollicitudinem et longanimi
tatem Per lapides enim figurantur vir
tutes secundum illud alius edificat aurum

argentum et lapides preciosos Supre
mum capitis ornamentum erat cydaris
vel tyara quam ultimo pontifex assume
bat significans humilitatem de qua dominus
ait Omnis qui se exaltat humiliabi
tur etc. hanc autem gestabat in capite
significans quod pontifex debet gerere humili
tatem in mente exemplo capitis nostri
dicentis discite a me quia mitis sum
et humilis corde per caput enim mens intel
ligitur secundum illud unge caput tuum et fa
ciem tuam lava De cidari dependebat
de fronte lamina aurea significans sa
pienciam in qua scriptum erat nomen
domini tetragramaton i quatuor litte
rarum he ioth eth vau i principium vi
te passionis iste ac si apertius diceret
Ille cuius pontifex iste gerit personam
scilicet xpistus est principium i auctor vi
te passionis i vite restaurate per pas
sionem quia mortem nostram moriendo de
struxit et vitam resurgendo reparavit
Erant autem hec indumenta per ma
iori parte contexta opere polimoto i va
rio propter varietatem virtutum de qua dicit
psalmographus Astitit regina a dex
tris tuis in veste deaurata circumdata varietate Contexta
vero de quatuor preciosis coloribus purpu
ra cocco bysso iacincto per purpuram
regie dignitates signantur pontificalis
potestas que via regia debet incedere ne de
clinat ad dextram vel deviet ad sini
stram ne liget dignos et solvet indig
nos per coccum coloris ignei significatur
pontificalis doctrina que sicut ignis
lucere debet et urere propter quod et bis tinc
tus fuisse narratur lucere dicit per promissi
onem ut omnis qui reliquit patrem aut
matrem etc. centuplum accipiet et vitam
eternam possidebit Urere debet per comina
cionem ut omnis arbor que non facit fruct

bonū absadetur et in igne mitteur·
per bissum candoris eximy sighficatur
pelacitas famie que debet esse retorta
ut pontifex bonū habeat testimoniū
sedm̄ aplm· et ab hys qui sūt intus
et ab hys qui sunt foris p iacinctū
q̄ est coloris aery sighficat· serenitas con
sciēcie quā int̄ se pontifex debet hr̄e
sedm̄ q̄ dicit aplus gl̄a nr̄a hoc est
testimoniū consciencie nr̄e :- De vesti
bus sacerdotis :-

Vestes autem
evangelica sacerdotis· aliud d̄
signat in capite aliudq̄ figurat ī
membris Nam et caput ī mēbra sa
cerdotis nomīe nūcupant̄ de capite
eñ dicit psalmographus Tu es sac̄
dos ineternū se· or· mel· De membr̄
uero dicit Apl̄s Vos estis genus elec
tum regale sacerdociū Primo igit̄
exponenda sunt eaq̄ misticia iuxta
q̄d capiti congruunt̄ ad dextram se
cundū q̄ membris cōueniūt De pon
tificalibus indumentis Sm̄ q̄ xp̄o cō
ueniūt De sandal' et caligis Capitulum

Pontifex g° in altare caput offt̄
sm̄ xp̄i cui° est membrū· r̄pre
sentans psonā· cum pedibus assuit
sandalia illud incarnacionis domic̄e
calciamentū ī simulac cl' quo dn̄s dic̄
ī p̄s̄lmo In ydumeam extendam calci
amentū meū ī ingentibus notā faciā
incarnacionem meam· venit ad nos
calciata diuinitas ut p nob' filius
dei sacerdocio fungeretur· p ligulas q̄
bus ipsa pedibus sandalia restringūt̄
illud idem accipimus q̄d p corrigiam
calciamenti Johēs bapt sighficauit cum
ait cuius nō sum dignus solue᷑ corrigi
am calciamenti· vinxit igit̄ ineffabilē
copulam corporalē insolubilem quibus
ī se diuitas nr̄e carnis cōiūxit· per
sandaliorū corrigias intelligimus
mediātibus aut̄ caligis pedes sanda
lys cōiūgunt̄ q̄m aīa mediante cā
in diuitas est vnita· sicut enī pe
des corpus sustentant ita diuitas
mūdū gubūat Vn̄ adorate sca
bellū pedū eius q̄m sc̄m est De
Amictu :-

Amictus autē
a quo sacerdos caput obnubit
illud sighficat q̄ in Apokalipsi desc̄
bitur angelum dei fortem descēdis
se de celo amictū nube Et in ps̄ua
Ecce dn̄s ascendit sup nubē candi
dam veniens enī ad saluādū mun
dum dei filius angelus magni cō
silij amictus est nube diuinitatem
abscondit in carne Nam caput viri
xp̄us· caput xp̄i deus· h̄ g° carnis
latibulum sacerdotis amictus sigt̄
q̄ī jrp illam syndonem expssius d̄
signat̄ qua summus pontifex caput
obōuat et pilare quidem q̄d p calcia
mentū pedibus hoc ipsū p amictū
capitis designat̄ quia diuitas ī car
ne latuit et p carnē innotuit Nam
cum notus essz in iudea deus et is
rael magnū nomen eius ī ydume
a extendit calciamentū suū et an
conspectū gencium reuelauit iusticiam
suam :- De Alba :-

Alba lineum vestimentū lon
gius se distans a tunicas pelli
ceis que de mortuis animalibus fiūt
q̄ibusdā uestitus est p° peccatū no
uitatem uite sighficat quam xpus ha
buit et docuit et tribuit in baptis
mo de qua dicit Apl̄s Exuite ue
terē hominem cum actibus suis· et ī
duite nouū qui sedm̄ deum creatus
est Nam in trāsfiguracōe resplen
duit facies eius sicut sol et uesti

menta eius facta sunt alba sicut nix.
Semper enim uestimenta christi munda
fuerunt et candida quia peccatum non fe
cit nec inuentus est dolus in ore eius

De cingulo et succinctorio :-

Zona sacerdotalis illud significat
quod Johannes apostolus ait Conuersus uidi
uidi similem filio hominis precinctum ad
mamillas zona aurea. per zonam
auream per [illegible] christi caritas designatur
quam dicit apostolus supereminentem scien
tie caritatem christi feruentem in corde
radientem in opere. Cuius succinctorium
illud significat quod ysaias loquens de
christo predixit. Erit iusticia cingulum
lumborum eius et fides cinctorium renum
eius. Nam iustus dominus iusticias di
lexit equitatem uidit uultus eius. fidelis dominus in
omnibus suis et sanctus in omnibus operibus eius. Due sum
mitates ipsius due sunt partes
naturalis iusticie quam christus fe
cit et docuit. Quod tibi non uis fi
eri alteri ne facias. sed quecumque uultis
ut faciant uobis homines et uos fa
cite illis :-

De STOLA :-

Stola que super amictum collo sa
cerdotis incumbit obedientiam
et seruitutem significat quam dominus omnium propter
seruorum salutem subiuit. Nam cum in
forma dei esset non rapinam arbitra
tus est se esse equalem deo sed exina
niuit semetipsum formam serui accipiens factus obediens usque
ad mortem mortem autem crucis. Causam quippe mort
lem nec contraxit origine nec com
misit in opere quia quod non rapuit tunc
exsoluit. Dedit enim illi calicem pater
non in ira sed in amore non ira uolunta
te non ex necessitate gratia non uindic
ta. Hic est ille Jacob qui precepto patris
ysaac et consilio matris sue rebecce
seruiuit laban ut rachel et lyam
ducet in coniugio.

De tunica :-

Tunica poderis que iacinctina colo
ris erat in ueteri sacerdotio tinti
nabulis et malis punicis ab inferiori parte
pendentibus ut pontifex totus uoca
lis incederet celestem christi doctrinam insinuat
cuius noticiam habuerunt omnes quibus dictum
est per prophetam In montem excelsum ascende
tu qui euangelizas syon. Proprie tamen
ad hanc tunicam huius circuiter texta
doctrine sapientia dei ihesus christus et dedit
illam apostolis suis. Omnia inquit quecumque
audiui a patre meo nota feci uobis.
Hanc ergo significauit illa tunica domini
quam milites scindere noluerunt. eo
quod esset inconsutilis desuper contexta per
totum. capitulum forte maximum estima
tes si quis doctrinam euangelicam heresibus
scinderet molliantur.

De dalmatica :-

Super hanc tunicam pontifex ues
tit dalmaticam que sui forma
latam et largam misericordiam christi significat
quam ipse preceptis docuit et impendit.
Estote inquit misericordes sicut et pater
uester misericors est. Beati namque
misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur.
Judicium uero sine misericordia fiet ei qui non fe
cit misericordiam quia misericordia superexaltat iudi
cium. ergo dimittite et dimittetur uobis.
Sic inquit orabitis. dimitte nobis debita
nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Hic est ergo samarita
nus ille proximus noster qui fecit nobiscum
misericordiam superinfundens uulneri
bus nostris uinum et oleum. Nam per uiscera
misericordie dei nostri uisitauit nos oriens ex alto. qui non ex
operibus iusticie que fecimus nos sed
secundum suam misericordiam saluos nos
fecit. pro peccatoribus uenit ut de peccatis ue
niam indulgeret. Misericordiam inquit
uolo et non sacrificium :-

De cirothecis

Cyrothece sunt edorum pellicule quas
manibus Jacob rebecca circumde
dit ut pilo se manus similitudinem
maioris exprimeret · pellis edi simili
tudinem peccati · quam rebecca mater i. spi
ritus sancti gratia manibus veri Jacob i. operi
bus xpi circumdedit ut similitudinem
maioris i. peccatoris ade se deus expri
meret xpc enim similitudinem peccati sine peccato
suscepit · ut incarnacionis misterium
dyabolo celaretur · Nam ad similitudinem
peccatorum esuriuit · sitiuit · doluit et ex
pauit dormiuit et laborauit Unde
cum ieiunasset xl · diebus et xl nocti
bus ac postea esuriisset · accedens ad il
lum dyabolus eum ad similitudinem
peccatoris ade temptare temptauit Sed
qui primum vicerat eisdem modis victus
est a seculo :· De planetha :·

Casula vel planeta magni sa
cerdotis est vniuersalis ecclesia
de qua dicit apostolus quicumque in xpo bap
tizati estis xpm induistis · hec est illa
aaron vestimentum cuius in oram descen
dit vngentum sicut a capite descendit in
barbam et a barba descendit in ora
quoniam de plenitudine spiritus eius nos
omnes accepimus · primum apostoli postmo
dum ceteri / quod autem casula circumuer
sit et integra extensionem manuum
in anteriorem et posteriorem partem quodam
modo diuiditur designat et antiquam
ecclesiam · que passionem xpi precessit
et nouam que passionem xpi subsequitur
Nam et qui preibant et qui sequebantur
clamabant dicentes Osanna filio
dauid · Benedictus qui venit in nomine
domini / De Manipulo :·

Quod sacerdos manipulum portat
in leua designat quod xps bravi
um obtinebat in via per manipulum
enim premium designatur · iuxta quod
legitur venientes autem venient in
exultacione portantes manipulos
suos / per leuam vitam presentem intelligitur
secundum quod scriptum est · leua eius
sub capite meo et dextera illius am
plexabitur me / Xpus autem simul frue
batur et merebatur · fruebatur in patria
merebatur in via nam simul et bra
uium comprehendebat et stadium per
currebat · quia simul erat in patria
et in via Nemo inquit ascendit in ce
lum · nisi qui de celo descendit filius
hominis qui est in celo / De Mitra :·

Mitra pontificis illud significat
quod propheta loquens de filio di
cit ad patrem Gloria et honore coronasti
eum et c. e. s. o. m. t. hoc est vt
det nomen quod est super omne nomen
ut in nomine ihesu omne genu flec
tatur etc. / Nam et in aurea lami
na qua erat pontificalis · sculptum
erat nomen domini · thetragrama
ton cuius misterium superius explicaui
mus / Mitram ergo capitis xpi summa
istam honorificenciam intelligimus
que propter diuinitatem datur humanita
ti Nam propter hoc adoratur scabel
lum · adorate inquit scabellum pedum
eius quoniam sanctum est / De baculo

Virga pontificis potestatem xpi
significat · de qua dicit psalmista
Virga recta et virga regni tui · quia
dilexisti iusticiam et odisti iniqui
tatem · propter quod alibi dicit / Reges
eos in virga ferrea duriciam ferri
rigorem significat equitatis quia xpus
tanquam vas figuli peccatores confrin
get / Verum pastoris xpi non solum est
virga sed baculus quia non solum cor
ripit sed sustentat Unde psalmista

Virga tua et baculus tuus ipsa
me consolata sunt De anulo
Anulus digitus domini sps sancti
significat digitus enim articu
latus atque distinctus spm scm insinu
at sm illud digitus dei est hic et
alibi si ego in digito dei eicio de
monia filii viri in quo eiecerit An
nulus autem aureus et rotundus
pfectionem eius significat quia sine
mensura xpus accepit quia in eo
plenitudo divinitatis habitat cor
poraliter Nam quidem sursum venit
super omnes est cui non dedit spiri
tum ad mensuram Sup quem inquit
videris spm scm descendentem et ma
nentem super eum hic est qui bapti
zat Nam requiescet sup eum sps
sapientie et intellectus Ipse vero de plem
tudine sua secundum differentes dona
tiones distribuit ad sedm aplm dans
Simonem sancte Alii graciam sanitatum
Alii operationem virtutum etc Grad et instabi
lis pontifex mittatur ad hos et etiam q
sitriens sacerdotes alios dyacones
alios subdyacones et huiusmodi
De v psalmis quos dicit pontifex an
Celebraturus eps missarum solemnia quosdam psalmos
et orationes premittit sm exhortationem
psalmiste dicentis Preoccupemus faciem eius
in confessione et in psalmis iubile
mus ei Dicuntur autem hos v Quam dilecta t
Benedixisti Inclina Credidi De pro
fundis ut quicquid immundum quis ex fragi
litate transgressione commisit v psalmorum
oracione detergat Quedam enim continentur
in ipsis que recte conveniunt celebratu
ris altaris misterium et eucaristie sac
mentum In primo concupiscat et deficit
anima mea in atria domini altaria tua do
mine virtutum r. m. et d. me Dne ds v
tutum exaudi prc me a p d i protector
nr aspice ds et r in fa x t In scdo
Converte nos ds salutaris noster et a
verte iram tuam a nobis etc Ostende no
bis dne misericordiam tuam et salutare
tuum da nobis Verumptamen prope est ti
mentibus eum s i ut in g in t n In
tercio Inclina dne aurem meam
e i t d u d p Omnes gentes quascumque
fecisti ve et adora c t d Confi
tebor tibi dne ds meus in toto corde me
o e h u t i In quarto Calicem salutaris
accipiam et nomen d in Dirupisti dne
vincula mea tibi sac h l Vota mea
domino reddam in atriis domus d etc In qui
to Fiant aures tue intendentes in o s
t Sustinuit anima mea in verbum tuum s a
m in do Quia apud dominum m et co a e
redemptio Orationes vero quas addit ma
nifeste pertinent ad impetrandum cordis
et corporis mundiciam et munimen

Inter hec De caligis et sandalys
pedes pontificis in preparatione evan
gelii pacis caligis et sandalys calcian
tur Quorum pulchritudinem ammirabatur
propheta cum diceret quam pulcri pedes
evangelisancium pacem evangelizancium
bona Sandalia vero desubtus integram
habent soleam desup autem corium fene
stratum quia gressus predicatoris et subt
debent esse munitus ne polluantur terrenis
sm illud dominicum Excutite pulverem
de pedibus vestris et sursum apti quatenus
ad cognoscenda celestia revelentur sm
illud propheticum Revela oculos meos et
consi in de l tua Quod autem sandalia q
busdam in locis aperta quibusdam sunt
clausa designat quod evangelica predicat

nec omnibus revelari nec omnibus debet
abscondi sicut scriptum est Vobis datum
est nosse misterium regni dei ceteris autem
in parabolis Nolite sanctum dare canibus
nec margaritas spargere ante porcos.
Pus autem caligis induitur usque protensis
ad genua ibique consistitis quia predicator
pedibus suis rectos facere debet gressus
et genua debilia roborare Nam qui fecerit
et docuerit magnus vocabitur in regno
no celorum De Ablucione manuum

Deinde corporaliter lavat manus ut
spiritualiter mundet actus auctorita
te psalmiste dicentis lavabo inter inno
centes manus meas et cir. al. t. do.
Non enim lutum manuum divina sacramenta
contaminat. sed siquis indigne man
ducat et bibit iudicium sibi manducat et bibit
De quo dictum est. Quia non lotis ma
nibus manducare non coinquinat hominem
Que vero de ore procedunt de corde
exeunt et ea coinquinant hominem cogita
tiones male homicidia adulteria
fornicaciones furta falsa testimonia
blasphemie hec sunt que coinquinant
hominem Unde sollicite sathagen
dum est ut non tam exteriora manuum
quam interiora mentium inquinamenta pur
gentur De [illegible] capitulum

Lotis utrisque ma De amictu
nibus sumit amictum qui super
humeros circumquaque diffunditur per
quem operum fortitudo designatur hume
ri quippe fortes sunt ad opera peragen
da secundum illud patriarche Jacob su
pposuit humerum ad portandum et factus
est tributis serviens Duo vasculi qui
bus amictus circa pectus ligatur significant
intencionem et finem quibus infor
mandum est opus ne fiat in fermento
malicie et ne si m a s et verita
Sacerdos quoque non debet ociosus existere
sed bonis operibus insudare secundum
quod monet apostolus ad thymotheum la
bora tu sicut bonus miles christi
Quare Romanus pontifex post al
bam assumit orale et quare

Romanus autem pontifex post al
bam et cingulum assumit ora
le quod circa caput involvit et replicat
super humeros legalis pontificis
ordinem sequens qui post lineam
strictam et zonam induebat ephot
id est superhumerale cuius locum tenet a
mictus Et quare signo crucis aurea
lamina cessit pro lamina quam pon
tifex ille gerebat in fronte pontifex
iste gerebat in pectore crucem Nam misteri
um quod in quatuor litteris auri lamina con
tinebat in quatuor partibus forma crucis
exposuit iuxta quod monet apostolus ut com
prehendatis cum omnibus sanctis que sit lon
gitudo latitudo que sublimitas et pro
funditas Inde romanus pontifex
crucem quedam instam cathenulis
a collo suspensam sibi statuit ante
pectus ut sacramentum quod ille tunc
preferebat in fronte hic iam recondat
in pectore Nam corde creditur ad iu
sticiam ore fit confessio fit ad salu
tem etc. Capitulum de Alba

Alba membris corporis conveniens
apta nichil superfluum aut dis
solutum intra sacerdotis esse debere
demonstrat hec ob speciem candoris demon
strat munditiam secundum quod legi
tur Omni tempore vestimenta tua
sint candida fit autem de bysso
vel lino: propter quod scriptum est Bysso
enim sunt ordines sanctorum Sicut autem

et byssus vel linu candorem que ex
natura no habet multis tinsioni
bus attritum pariter acquirit sic et
homis caro mundiciam quam no obti
net p naturam multis castigacioni
bus inaciatam fortit per graciam Vn
sacerdos secundum aplim castiget corpus
suu et in svitutem redigat ne forte al
aliis pdicauit ipse rephus fiat h ves
tis in ueteri sacerdocio stricta fuisse de
scribit ppt spm svitutis in timore In
nouo larga ppt spm adopcoinis i li
bertate qd augustinu habet et gra
matica in diuersis locis aciatis op
us ad decorem illud insinuat qd pro
pheta dicat in psmo Astitit regina
a dextris tuis in u de a c u De zona

Debet igitur · et succinctorio
alba circa lumbos pcingi ut cas
titas sacerdotis nullis incentiuorum
stimulis dissoluatur Unde sint lum
bi uri pcincti et luc ar in ma v
In lumbis enim luxuria dominatur
sicut dns loquens dyabolo manifestat
Virtus eius in lumbis eius et forti
tudo illius in umbilico ventris
eius Debent ergo pcingi lumbos per
continenciam et duo succingi sup ab
stinenciam quam hoc genus demoniorum no
eicitur nisi in oratione et ieiunio hinc
etiam apls ait State succincti lum
bos in veritate De Stola

Post hoc stolam que alio nomine vo
catur orarium sup collum sacer
dos sibi imponit ut iugum domini se
suscepisse significet que a collo super a
nterius descendens dextrum et sinistrum
latus adornat quia p arma iusti
cie a dextris et a sinistris i i psperis
et aduersis sacerdos debet esse munitus

Stola quippe significat paciam de qua scp
tum est paciencia vobis necia est ut repo
rtetis pmissiones Et item In paciencia vra
possidebitis aias vras hinc est ergo qd
stola cum zona quibusdam nexibus colligatur
quia uirtutes uirtutibus sociantur ne aliq
moueantur temptacionis impulsu De
bet autem sacerdos secundum decretum bracca
iensis concilii de vno eodemque orario ceruice
pit et utrumque humerum pmere sig cau
cis in suo pectore ppare Si quis autem aliter
egerit excommunicacione debite subiace
bit nisi quis forte dicit hoc decretum per
contrarie cetre consuetudinem abrogatum

Deinde tunicam ponit · De Tunica
iam i talarem significantem pseue
ranciam Unde Joseph inter fres suos talarem
tunicam habuisse describitur Cum enim
cetere virtutes currant in stadio pseuerancia
tamen accipit brauium · cum qui per
seuerauerit usque in finem hic saluus e
rit Unde pcipit Esto fidelis usque ad
mortem dabo tibi c u Habebat autem
hec uestis in ueteri sacerdocio p fimbri
is malapunica cum tintinnabulis
aureis quorum misteria sup exposuimus

Sup tunicam eps · De dalmatica
vestit dalmaticam sic dictam eo q
in dalmatica sit reperta que sui forma
significat largitatem quia largitas habet
manicas et protensas vt secundum
Aplim oportet epm esse no turpis lucri
cupidum sed hospitalem no ergo habeat ma
num ad dandum collectam no ad rapien
dum porrectam sed illud efficiat quod prophe
ta suadet frange esurienti panem tuum
et c u qz in m d t c u n o ecce ob
hoc forte dyaconi specialiter utuntur dal
maticis quia principaliter electi sunt

ab apostolis ut mensis ex officio ministrarent. Debet autem dalmatica habere duas lineas coccineas hinc inde ante et retro a summo usque deorsum ut pontifex habeat fervorem caritatis ad deum et ad proximum in prosperis et in adversis iuxta veteris et novi testamenti preceptum quod est diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et proximum sicut te ipsum. Unde Johannes: Karissimi non mandatum novum scribo vobis etc. In sinistro quoque latere dalmatice fimbrias solet habere sollicitudines vite active significat quas episcopus debet habere pro subditis iuxta quod dicit apostolus: preter illa que extrinsecus sunt instancia mea cottidiana sollicitudo omnium ecclesiarum.

De cyrothecis

Quia vero plerumque boni opus faciunt manum favore corrumpunt statim episcopus manum operit cyrotheca ut nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Per cyrothecam ergo cautela congrue designatur que sic facit opus in publico quod intencionem tenet in occulto. Nam et si dominus dixit luceat lux vestra coram hominibus ut videntes opera vestra bona glorificent patrem vestrum qui est in celis, propter quod cyrotheca circulum desuper habet aureum, ipse tamen precepit: attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab eis alioquin mercedem non habebitis apud deum patrem vestrum qui est in celis.

De planetha

Postremo super omnes vestes induit casulam vel planetam que significat caritatem. Caritas enim operit multitudinem peccatorum de qua dicit apostolus: adhuc excellenciorem viam vobis ostendendo. Si linguis hominum loquar et angelorum caritatem autem non habeam nichil sum.

hec est vestis nuptialis de qua dominus inquit in evangelio: Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. Quod amictus super os planete revolvitur insinuat quod opus bonum debet referri ad caritatem. Nam finis precepti caritas est de corde puro et consciencia bona et caritate non ficta. Item in extensione manuum in anteriorem et posteriorem partem ostenditur significari duo brachia caritatis ad deum scilicet et ad proximum. Diliges dominum deum tuum etc. In hiis duobus mandatis tota lex pendet et prophete. Latitudo planete significat latitudinem caritatis que usque ad inimicos extenditur. Unde latum mandatum tuum nimis.

De manipula

Ceterum quia mentibus bene compositis et divino cultui mancipatis sepe subripit accidia cum quedam torpore reddit animum dormientem dicente psalmista: Dormitavit anima mea pre tedio. In sinistra manu quedam apponitur mampula que mampulus desudarium appellatur qua sudorem mentis abstergat et soporem cordis excuciat ut depulso tedio vel torpore bonis operibus invigilet diligenter. Per maipulam ergo vigilancia designatur de qua dominus ait: Vigilate quia nescitis qua hora fur venturus sit. Unde sponsa dicit in Canticis: Ego dormio et cor meum vigilat.

De mitra

Mitra pontificis scienciam utriusque testamenti significat. Nam duo cornua duo sunt testamenta, due fimbrie spiritus et litera. Circulus aureus qui anteriorem et posteriorem partem complectitur indicat quod omnis scriba doctus in regno celorum de thesauro suo nova profert.

et ueteri. Caueat g° diligent' eps
ne p'us uelit esse magister quā no
uit esse discipulus. ne si cecus cecū
duxerit ambo in foueam cadant. Scp
tum est in p'pheta quia tu scienciā
repulisti ego te repellā ne sacerdoci
o fungaris michi. De annulo

Annulus est fidei sacramentum
a quo xp̄s sponsā suā scām ec
clesiam subarraute ut ipē d'se di
ce' ualeat Annulo suo subarrat'
me dn̄s meus ihesus xp̄us cuius
custodes et pedagogi sunt epi et p'
lati annulū p signo fertes in testi
moniū d' q̄bus sponsa dicat i Can
ticis Inuenerūt me vigiles q' cus
todiūt ciuitatē. hunc anulū dedit
pat' filio reu'tenti secundū illud
Date annulum in manu eius De baculo

Baculus consecracioēs
significat pastoralem. p'r' qd' in
consecracōne dicat' consecrato Accipe
baculum pastoralem &c. De quo di
cit Apl's In virga ueniā ad uos.
Qui' autē acutus est in fine rectus
in medio retortus in summo desig
nat q' pontifex debet pungē pigrs
regē debiles colligere uagos. Qd'
vno carmine quidā uersificator exp'
sit Collige sustenta stimula uaga
morbida lenta. Romanus autē
pontifex pastorali virga nō utitur
p eo q' b'tus petrus apls baculū su
um misit euchario p'mo treueroꝝ
epō quē vna cum ualeriano & ma
tno ad p'dicandum ewangeliū gē
ti theutonice destinaut' cui successi
sit in epatum maternus q' p bacu
lum pet' de morte fuerat suscitat'
quē baculū usq' hodie cum magn̄
ueneratōne treuerensis seruat ecclia

De palleo

Palleum quoq' ma
iores utunt' epi' signat discipli
nā qua seipsos et subditos archiepi
dn̄t regere per hanc acquirit' torques
aurea quā legittime certantes ac
cipiunt. D' quo dicit Salomon i p'abo
lis Audi fili mi disciplinā pat's tui
et ne dimittas legem mr̄is tue ut
addat' grā capiti tuo & torques collo
tuo Sit enī palleum de candida lana
contextū desuper h'ns circulum hume
ros constringentem et duas lineas ab
utroq' p'te pendentes. Quatuor autē
cruces purpureas ante et retro a dex
tris et a sinistris. s' a sinistris est duplex
et simplex a dextris. hec omnia moralib'
sunt imbuta misteriis et diuinis gracia
sacramentis Nā ut scr'ptura testatur
in thesauris sapiencie significatio disciplinē
In lana q'ppe notat' asp'itas in candore
benignitas designatur Nā ecclesiastica disci
plina contra rebelles et obstinatos se
ueritate exercet sed erga penitentes
et humiles exhibet pietatem. p'r' qd' de
lana nō cuiuslibet aīalis s' ouis tan
tū efficit' que mansuetū est aīal. Vnde
p'pheta Tamquā ouis ad occisionē
ductus est et corā tondente se nō a.
o. s. Hinc est q' illius seminiui cor
ne'bus quā samaritanus duxit i sta
bulū et vinū adhibēt et oleum ut p
vinū mordeant' wlnera p oleū foue
antur. q'tenus qui saluandis wlneri
bus preest vino morsum seueritatis
adhibeat in oleo mollitiem pietatis
s' h' mimꝫ et p cortinam thabernaculi de
signatur In qua cū tabulis vesti bis
signanti iacinctus et marma. qm̄ i iure
te rectis cum scr'ptura scīe debet esse.

virga discipline et manna dulcedi
nis ut severitas immoderate non ser
uiat et pietas plusquam expedit non in
dulgeat Circulus pallei per quam hu
meri constringuntur est timor domini per
quem opera cohibentur ne vel ad illicita
diffluant vel ad superflua relaxentur
quam disciplina sinistra ab
illicitis formidine pene dextera vero
temperat a superfluis amore iusticie
Beatus enim vir qui semper est pavidus
Nam iuxta sententiam sapientis timor domini
peccatum expellit quia qui sine timore consistit
iustificari non poterit hinc est ergo quod pal
leum ante pectus et super humeros firmi
ter aptatur Quatuor autem acus pur
puree sunt quatuor virtutes politice
Iusticia fortitudo prudencia tem
perancia que non tamen christi sanguine pur
purantur falsum sibi virtutis nomen
usurpant et ad veram beatitudinis gloriam
non perveniunt Unde dominus mirum apostolis Nisi
habundaverit iusticia vestra plus quam
scribarum et phariseorum hoc est purpura regis
canalibus quam salomon commemorat
in canticis canticorum Is ergo qui pallei
gloria decoratur si cupit esse quod dicitur cum
omni parte debet habere iusticiam ut reddat
unicuique quod suum est In posteriori pru
denciam ut caveat quod unicuique nocivum
est fortitudinem a sinistris ut eum
adversa non deprimant Temperanciam a
dextris ut eum prospera non extollant Due
linee quarum una post dorsum et altera
progreditur ante pectus activam vitam
et contemplativam significant quas ita de
bet exercere prelatus ut exemplo moysi
nunc in montem ascendat ubi pertractetur
cum domino nunc cum domino descendat et
ibi necessitatibus invigilet populorum
Insistens attencius ut cum sepe se de
derit aliis interdum se sepe restituat
quatenus et cum martha circa frequens
satagat ministerium et cum maria au
diat verbum salvatoris utrique tamen
gravat inferius quia corpus quod
corrumpitur aggravat animam et deprimit
terrena inhabitatio sensum mul
ta cogitantem Quapropter et palleum
duplex est in sinistra et simplex in
dextera quia vita presens que per sinistram
accipitur multis est subiecta mole
stiis sed vita futura que per dexteram desig
natur in una semper est collecta quiete
quod veritas ipsa designavit cum inqui
lit Martha Martha sollicita es et turba
ris erga plurima porro unum est necessarium maria op
timam partem elegit que non auferetur ab ea
Palleum duplex est in sinistra qua
tenus ad tollerandas vite presentis
molestias prelatus fortis existat Sim
plex in dextera quatenus ad optinen
dam vite future quietem toto suspi
ret affectu verbum illud prophete dicentis
Unam peciit a domino hanc requiram ut in
habitem in domo domini omnibus diebus vite mee
Tres autem acus que palleo infigun
tur ante pectus super humerum et pa
tergum designant compassionem pro
in administratione officii distinctio
nem iudicii quarum una pungit ani
mum per dolorem secunda per laborem tercia per
timorem Prima pungebat Quis in
firmatur et ego non infirmor Quis
scandalizatur et ego non uror Secunda
preter illa que extrinsecus sunt instancia
mea cottidiana sollicitudo omnium ec
clesiarum Tercia si iustus vix salvabi
tur impius et peccator ubi parebunt
Super dexterum humerum non infigitur

aculeus, quoniam in eterna quiete nullus est afflictionis aculeus, nullus stimulus punctionis. Absterget enim deus omnem lacrimam ab oculis sanctorum, et iam non erit amplius neque luctus neque clamor, sed nec ullus dolor, quoniam priora transierunt. Acus autem que aurea est inferius est acuta et superius est rotunda, lapidem continens preciosum, quia nimirum bonus pastor propter gregem ovium in terris affligitur, sed in celis eternaliter coronabitur, consummatam preciosam illam margaritam habebit, de qua dominus in evangelio: Simile est regnum celorum homini negotiatori querenti bonas margaritas; inventa una preciosa margarita, dedit omnia bona sua et comparavit eam. Dicitur autem pallium plenitudo pontificalis officii, quoniam cum ipso et in ipso confertur pontificalis officii plenitudo.

[illegible] pallio decoretur, non debet electus ordinare pontifices, consecrare vel etiam dedicare.

Ista sunt — *De armatura virtutum* — arma que pontifex debet induere contra spirituales nequitias pugnaturus. Nam ut inquit apostolus: arma militie nostre non sunt carnalia, sed ad destructionem munitionum potentia. De quibus idem apostolus in alia dicit epistola: Induite vos armaturam dei ut possitis stare adversus insidias dyaboli. State ergo succincti lumbos vestros in veritate et induite loricam iustitie, et calciati pedes in preparationem evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissima ignea extinguere, et galeam salutis assumite et gladium spiritus sancti quod est verbum dei. Provideat ergo diligenter episcopus et attendat studiose sacerdos ut signum sine significatione non ferat, ut vestem sine virtute non portet, ne forte similis sit sepulcro deforis dealbato, intus autem pleno omni spurcitia. Quisquis enim sacris indumentis ornatur et honestis moribus non induitur, quanto venerabilior omnibus apparet, tanto redditur indignior apud deum. Pontificalem itaque gloriam non iam honor commendat vestium sed splendor animarum, quoniam et illa que quondam carnalibus blandiebantur obtutibus, ea potius que in ipsis erant intelligenda poscebant, ut quicquid illa in fulgore auri, in nitore gemmarum et in multimodi operis varietate signabant, hoc iam in moribus actibusque clarescat, quia et apud veteres reverentiam ipsa significatio omnis species obtineret, et apud nos certiora sint experimenta rerum quam enigmata.

[illegible] vero aut valles habundabunt frumento aut arietes ovium sunt induti.

De quatuor coloribus principalibus quibus secundum proprietatem sacre vestes sunt distinguende.

Quatuor autem sunt principales colores quibus secundum proprietates dierum sacras vestes ecclesia romana distinguit: albus et rubeus, niger et viridis. Nam et in legalibus indumentis quatuor colores fuisse leguntur: byssus et purpura, iacinctus et coccus. Albis utitur vestimentis in festivitatibus confessorum et virginum, rubeis in sollempnitatibus apostolorum et martyrum. Hinc sponsa dicit in Canticis: Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex milibus. Candidus in confessoribus et virginibus, rubicundus in apostolis et martyribus. Hii et illi sunt flores rosarum et lilia convallium. Ab hiis igitur indumentis utendum est in festivitatibus confessorum et virginum propter integritatem

et innocenciam. Nam candidi facti sunt nazarei eius et ambulant cum eo semper in albis. Virgines enim sunt et secuntur agnum quocumque ierit. Propter eandem causam utendum est albis in festiuitatibus angelorum, de quorum nitore dominus loquitur: Lucifer ubi eras cum me laudarent astra matutina. In natiuitate saluatoris et precursoris, quoniam uterque natus est mundus, id est carens originali peccato. Ascendit enim dominus super nubem leuem, id est assumpsit carnem. Spiritus sanctus superueniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi etc. Johannes autem, etsi fuit in peccato conceptus, fuit tamen sanctificatus in utero, secundum illud propheticum: Antequam exires de vulva sanctificaui te. Nam et angelus inquit ad Zachariam: Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris sue. In Epiphania propter splendorem stelle que magos adduxit, secundum illud propheticum: Ambulabunt gentes in lumine tuo et reges in splendore ortus tui. In Ypopanti propter puritatem marie que iuxta canticum symeonis obtulit lumen ad reuelacionem gencium etc. In cena domini propter confessionem crismatis quod ad mundacionem anime consecratur. Nam et euangelica leccio mundiciam principaliter in illa sollempnitate commendat: Qui lotus est inquit non indiget nisi ut pedes lauet, et est mundus totus. Et iterum: Si non lauero te non habebis partem mecum. In resurreccione propter angelum testem resurreccionis et nuncium, qui stola candida coopertus, de quo dicit matheus quod erat aspectus eius sicut fulgur et vestimentum eius sicut nix. In ascensione propter nubem lucidam in qua xpistus ascendit. Nam et duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis qui et dixerunt: Viri galilei quid statis etc. Illud autem non [illegible] notandum est quod licet in consecracione pontificis talibus sit vestimentis utendum qualia secundum diei festiuitatem conueniunt. In dedicacione tamen ecclesie semper utendum est albis quocumque die dedicacio celebratur, quamuis in consecracione pontificis cantatur missa diei; sed in dedicacione basilice dedicacionis missa cantatur. Nam et ecclesia virgineo nomine nuncupatur secundum illud apostoli: Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere xpisto; de qua sponsus ait in Canticis: Tota pulcra es amica mea et macula non est in te. Veni de libano etc. Rubeis autem utendum est indumentis in sollempnitatibus apostolorum et martirum propter sanguinem passionis quem pro xpisto fuderunt. Nam ipsi sunt qui venerunt ex magna tribulacione. In festo crucis de qua xpistus sanguinem suum fudit. Unde propheta: Quare rubeum est indumentum tuum sicut calcancium in torculari. In pentecosten propter spiritus sancti feruorem qui super apostolos igneis linguis apparuit. Nam apparuerunt illis dispertite lingue tamquam ignis seditque etc. Unde propheta: Misit ignem in ossibus meis. Licet autem in apostolorum petri et pauli martirio rubeis sit utendum, in conuersione tamen et kathedra utendum est albis. Sicut licet in natiuitate Johannis sit albis utendum, in decollacione tamen ipsius utendum est rubeis. Cum aliqua festiuitas celebratur qui simul est et martir et virgo, martirium virginitati prefertur, quia signum est perfectissime caritatis, iuxta quod veritas ait: Maiorem caritatem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

Quare xpi et in omni commemoratione sanctorum quidam rubeis indumentis utuntur. Alii vero candidis, sed non tamen de eadem, sed de eadem sollempnitate dicit ecclesia quod sancti secundum apokalipsim Johannis stabant in conspectu agni amicti stolis albis et palme in manibus eorum. Nigris autem utendum est in diebus afflictionis et abstinencie pro peccatis et pro defunctis ab adventu videlicet usque ad natalis vigilias et a septuagesima usque ad sabbatum pasche. Sponsa quippe dicit in canticis Nigra sum sed formosa filie Jerusalem sicut tabernacula cedar sicut pelles Salomonis. Nolite considerare quod fusca sim quia decoloravit me sol. In festo autem innocentium quidam nigris alii vero rubeis indumentis utendum esse contendunt. Illi propter tristiciam quia vox in rama audita est ploratus et ululatus Rachel plorantis filios suos etc. Nam propter eandem causam cantica leticie subticentur et sine aurifrigio mitra defertur. Isti propter martirium quod principaliter commemoratur in ecclesia. Sub ara dei omnes sancti clamant vindica sanguinem nostrum deus noster. Propter tristiciam ergo quod silenantur cantica leticie mitra que fertur non est aurifrigio insignita. Sed propter martirium rubeis indumentis est utendum sicut in letare Jerusalem propter leticiam quam aurea rosa designat Romanus pontifex portat mitram aurifrigio insignitam. Sed propter abstinenciam nigris utitur indumentis.

Restat igitur ut in diebus ferialibus et communibus viridibus sit indumentis utendum quia viridis color medius est inter albedinem et nigredinem et ruborem. Hic color exprimitur ubi dicitur Cypri cum nardo nardus et crocus. Ad hos quatuor ceteri referuntur. Ad rubeum colorem coccineus, ad nigrum violaceus, ad viridem croceus, quamquam nonnulli rosas ad martires, croceum ad confessores, lilium ad virgines referunt.

Explicit prima particula. Incipiunt capitula in secunda particula.

De accessu pontificis ad altare ubi agitur de presbitero et dyacono qui hinc inde pontificem. De subdyacono qui precedit clausum portans codicem evangelii. De pontifice qui dum pervenit ad altare codicem osculatur apertum. De processione romani pontificis a secretario ad altare ubi agitur de sex ordinibus personarum. De duobus dyaconis qui ducunt pontificem. De mappula quatuor bacillis colligata que super pontificem portatur extensa. De cereis et incenso. De igne quem in manipulo stuppe pontifex apponit in cereo. De primicerio qui pontificis precedentis dextrum humerum osculatur. De tribus sacerdotibus qui coram altari venientes inclinant os et pectus pontificis osculantes. De dispositione processionis et ordine. De confessione ubi agitur de pectoris tunsione in qua tria notantur ictus sonus tactus. De incenso quod sacerdos representat in capsula et episcopus apponit thuribulo. De triplici osculo videlicet altaris oris et pectoris. De thurificatione qua pontifex incensat altare et sacerdos episcopum ubi agitur de thuribulo quod episcopus accipit a dyacono. De forma thuribuli et de duplici causa thurificandi spirituali et legali. De antiphona que dicitur ad introitum ubi traditur quis ipsam repetit et compositam gloria trinitatis quis eam cantare instituit. De kyri

ubi docetur quare nomen decantatur
et quare sex vicibus dicitur kyrieleyson
et tribus vicibus kyrieleyson. De gloria in ex
celsis deo ubi agitur de triplici pace ostendi
ditur etiam quis ympnum angelicum
ad missam cantari instituit. De
candelabris et cruce que super altare
medium collocantur. De situ orandi u
bi agitur de mutacione sacerdotis
ab una parte altaris ad alteram.
De salutacione maioris et minoris sa
cerdotis ad populum ubi agitur de revela
cione capitis cum oratur assis
tunt ubi ostenditur quociens populus sa
lutatur in missa. Utrum sacerdos mi
nus quam duobus presentibus debeat ce
lebrare ubi docetur quod in officio mis
se angeli. De oracione et conclusione
et responsione ubi docetur unde sit for
ma oracionis conclusionis et responsionis
assumpta. Quare oraciones dicun
tur collecte et quot sint in missa dicen
de ubi traditur qui fuerunt auctores
earum. De extensione manuum sa
cerdotis in missa ubi traditur quare
ministri sustentant manus hinc inde
pontificis. et quare sacerdos coram eo
tenet sacramentorum. De epistola que p
mittitur ewangelio. ubi traditur quare
subdyaconus legens epistolam solus co
mitatur acolitus. dyaconum vero legen
tem ewangelium tam subdyaconi quam
acoliti comitantur. ostenditur autem epistola
non semper legitur de prophetis. nec semper
legitur de apostolis. sed interdum sumitur de
veteri testamento. interdum de novo. De reve
rencia quam subdyaconus exhibet episcopo
post epistolam ubi traditur quare subdyaco
nus post finem epistole dyaconus autem
ante principium ewangelii reverenciam ex

hibet sacerdoti. De graduali ubi
monstratur cum in diebus penthecostes
graduale non dicatur ostenditur etiam
unde dicatur et quare sit cantandum.
De alleluia quae post graduale
cantatur. ubi docetur quid significet
alleluia et quare nomen istud interpretatum
non fuit et quis instituit ut cantaretur
ad missam. De usu qualis esse debe
at et quare imponatur et cum in of
ficio misse tum ligwarum concinentur
diversitas. De sacerdotis consensu dum
epistola legitur et graduale canitur.
De mutacione sacerdotis ab una par
te altaris ad alteram cur latus est e
wangelium. Quare dyaconus qui lec
turus est ewangelium dexteram ponti
ficis osculatur. Quando manus et
quando pedes summi pontificis debeat os
culari. ubi docetur quod preter oblacionem
panis et eam que pro defunctis offertur
quas manibus tangit ceteras recipit
oblaciones ad pedes. De benedictio
ne quam dyaconus petit et accipit.
De suscepcione codicis ewangelica
de altari. De hiis qui perdunt dic
cionem cum incensu et cereis. Qua
re subdyaconus in eundo sequitur et re
deundo precedit ferens ewangelium.
Quare dyaconus in unam partem ascen
dit in pulpitum et per aliam partem descen
dit ubi docetur quod dyaconus cum silen
cio debet procedere nil ferens preter co
dicem ewangelii. Quare versus aqui
lonem legitur ewangelium ubi traditur
quod ewangelium debet pronunciari in altio
ri qui latus est ewangelium signat
sibi pectus os frontem et labium.
De cereis insticio et multiplici eius
effectu. Quo signum crucis sit exp

pãnendũ De salutacõne q̃ pmit
titur in ewangelio De pnunc
cia ewangely Quare post ewã
geliũ liber et thuribulũ ad epm
reportatur De simbolo qđ post
ewangeliũ cantatur ubi traditur q̃
et quot fuerint eius auctores et q̃s
illud instituit ad missam cantari
De duodecim ptibus utriusq; symboli
tam aplici quã constantinopolita
ni Quibus diebus simbolũ sit di
cendũ in missa Et quibus et ubi
simbolũ sit canendum De offer
torio ubi traditur quare post ewã
geliũ cantatur symbolum et cantatur
offertoriũ De silencio post ewã
geliũ De ablucõne manuũ ante
quã sacrificiũ offeratur De corpora
libus ubi docetur cur una pars
ostenditur et altera complicatur
De oblatis et incenso ubi docetur
quare sacerdos trio sup duat et cir
cumducat incensum et quare totum
undiq; incensatur altare De mo
do et ordine sacrificiũ offerendi ubi
agitur de aqua que vino miscetur
in calice ostenditur etiam quare sa
cerdos signat vinum qua que accipitur
De patena sup quã sacrificium pa
nis offertur ubi docetur quare
post susceptam oblatam sacerdos
abscondit sub corporali patenam
vel ab altari remota subdyacono
traditur conservanda donec tempore
fractionis resumatur ab eo De sa
cerdotis inclinacõne De pfacio
ne ubi agitur de ymno pmum an
gelico pmum humano traditur e
ciam quis ymnum cantare instituit
et quis necnon pfaciones dictavit
De pfacionis exposicione ubi queri
tur et ostenditur quare cum ix sint
ordines angelorum tres pnominan
tur ex illis Expliciunt capitula
Incipit particula secunda de ascensu

Pontificis ad altare

His indumentis ornatus epus ad
altare pcedit duobus cum hinc inde
ducentibus sacerdote videlicet et leui
ta subdyacono pcedente qui clausum
portat codicem ewangely donec epus
ad altare pveniat ibiq; codicem osculatur
latur apertum hec omnia divinis plena
sunt sacramentis Epus enim illum in
se representat pontificem de quo dicit apls
xpus assistens pontifex futurorum
bonorum peramplius et pfectius taber
naculum non manufactum id non huius
creacionis Sacerdos et levita signi
ficant legem et pphiam secundum illud
quod dns ipse pposuit in parabolam sau
ciati quia sacerdos quidam descendit
eadem via et viso illo pteriit Similiter
et levita Moyses etiam helias in figu
ra legis et pphecie apparuerunt in mon
te cum xpo loquentes Sacerdos igitur et
levita deducunt epm quia lex et pphe
cia xpm annunciaverunt et pmiserunt
Moyses enim inquit in lege pphetam sus
citabit nobis deus de fratribus nostris
ipsum tamquam me audietis Et Ysaias
Ecce veniet ppheta magnus et ipse
renovabit urbem Subdyaconus qui pce
dit Johem baptistam significat qui pre
cessit in spu et virtute helie parare dno
plebem pfectam Hic autem pontificem portat
codicem ewangely quia Johes ante xpm
pdicavit et ewangelicam inchoavit
Penitenciam inquit agite appropinquavit
enim regnum celorum Qui autem sub clau
sis tenetur donec pontifex ad altare
pveniat et tunc aperitur illud insinu
at quod in Apokalipsi describit quia ne
mo dignus inventus est aperire librum
qui scriptus erat intus et foris signa
tus sigillis vii ubi leo de tribu iuda vi
cit Iacob qui librum aperuit et sep
tem eius signacula solvit Per altare
significatur ecclia iuxta quod dns inquit
in exodo Si altare lapidum feceris mi

cii· non edificabis illud de sectis lapidibus qui sectione lapidum prohibet in altari divisionem fidelium reprobat in ecclesia· ne videlicet dividatur per errores et scismata Tunc ergo liber aperitur cum episcopus pervenit ad altare· quoniam ubi Christus primitivam apostolorum congregavit ecclesiam docens et predicans scripture misteria revelavit Vobis inquit est datum nosse misterium regni dei ceteris autem in parabolis· Unde post resurrectionem aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas Rectius ergo facit episcopus cum ipsemet aperit librum evangeliarum quoniam ipse per ministros suos Christus patefecit misterium scripturarum. Osculatur episcopus codicem evangeliarum osculatur in signum quod Christus pacem in evangelio predicavit· Pacem inquit meam do vobis pacem relinquo vobis· non quomodo mundus dat ego do vobis ·:–

De processione romani pontificis a secretario ad altare

Cum autem stationalis sollempnitas celebratur romanus pontifex cum sex prefatis ordinibus a secretario processionaliter ad altare progreditur designans quod Christus exivit a patre et venit in mundum· Huius enim processionis ordo generationis Christi seriem representat quam matheus evangelista describit in qua sex inveniuntur ordines personarum a quibus secundum carnem traxit originem et processit in mundum patriarche videlicet et prophete· reges et principes· pastores et duces Abraham patriarcha David propheta Salomon rex Salmon princeps Iudas pastor zorababel dux/ Duo diaconi qui deducunt pontificem designant abraham et david quibus incarnationis Christi facta est repromissio Nam illi promissum est In semine tuo benedicentur omnes gentes Isti pollicitum De fructu ventris tui ponam super sedem tuam· propter quod evangelista significatur hos duos in generatione Christi preminsit inquit liber generationis ihesu Christi filii david filii abraham Isti fuerunt due columpne quas rex pacificus in vestibulo templi posuit ante hostium quas ambit funiculus ·xii· cubitorum i· quos fides ·xii· apostolorum amplectitur de quorum medio Christi hostium ardentibus aperitur Quatuor autem ministri super pontificem ferunt mappulam quatuor baculis colligatam propter quod ipsi ministri mappularii nuncupantur/ Mappula que diversis est ymaginibus figurata sacram scripturam significat que multis est misteriis insignita Hec quatuor baculis super pontificem portatur extensa quia sacra scriptura quatuor modis super Christum fertur exposita· secundum hystoriam secundum allegoriam· secundum anogogen et secundum tropologiam· hic est fluvius paradisi qui quatuor in capita diversus progreditur/ Hec est mensa propositionis que quatuor pedibus elevata subsistit/ Hec super pontificem pontificem portatur extensa ut eius presentie monstretur quecumque lex scripserat et prophete Nam ipsemet Christus incipiens a moyse et prophetis interpretabatur omnibus scripturis que de ipso erant propter quod ipse dicit alibi Si crederetis moysi crederetis et michi· de me enim ille scripsit Et ideo preferuntur duo luminaria cum incenso quia lex et prophete cum psalmis Christi pronunciaverunt adventum Christo attestante qui ait· Necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me In maioribus autem sollempnitatibus vii· candelabra coram pontifice deferuntur per quod illud ostenditur quod iohannes in apokalipsi describit Conversus inquit vidi vii candelabra aurea et in medio vii· candelabrorum aureorum similem filio hominis vestitum podere ut ille

per hoc adueniße monstratur sup
quem requieuit spus gracie septifor
mis · secundum vaticinium ysaie · Egre
dietur inquit virga de radice yesse et
flos de radice eius ascendat et req
escet sup eum spus sapie et intell
tus · s · c · et · f · s · s · r p · t · r · s · e · s · d ·
In quibusdam basilicis circa medium co
ri manipulos stuppe sup colum
nas appendit cui pontifex ignem
apponit ut in conspectu populi subi
to combinatur · per hoc secundum aduen
tum commemorans in quo xpus iudi
cabit viuos et mortuos et seculum
per ignem · Nam ignis in conspec
tu eius ardebit et mar · c · r · ua ·
Ne quis ergo male securus existat
qui quod prius primum blanditur per secundum deu
terret · quia qui iudicandus ue
nit in primo iudicaturus veniet
in scdo / vel potius · quia secundum Ja
cobum Aplum vita uita vapor est
ad modicum parens · Pontifex igitur
ponit in stuppam ne forte qui gloriose pro
incedit in tempali gloria delectetur · Nam
caro fenum · et omnis gloria eius · quasi
flos feni · Cum iam pontifex ap
pinquat altari primicerius scole
cantorum accedens · dexterum ipsius
humerum coram astantibus osculatur
tur · quia cum xpus nascitur in mun
do · angelus ille cum quo patefecit
de quo dicit propheta · Puer natus
est nobis · et filius datus est nob
et factus est principatus sup humere
re eius · Tres sacerdotes qui ponti
fici uenienti coram altari reuerentur
occurrunt et inclinantes os eius os
culantur et pectus · tres illos ma
gos significat qui venerunt iherusalem
dicentes · Vbi est qui natus est rex
iudeorum · et procidentes adoraue
runt inuentum · et apertis thesauris
suis · o · c · m · a · t · c · m · Per ge
minum osculum · geminam in xpo confitemur

tur naturam · diuinam scilicet et huma
nam · diuinam · quasi latentem in pecto
re · humanam quasi patentem in ore · quasi
per oblata quam munera magis mistice
figuratum · Osculum enim signum est recon
ciliacionis iuxta quod hester · summitatem virge regis
legitur osculata · disponitur autem ista pro
cessio velut castrorum acies ordinata · Nam
maiores et fortiores · quasi custodes et
exactus preueniunt et secuntur · minores
autem quasi debiliores colliguntur in me
dio · precedunt enim epi et presbri · subse
quuntur pontifici et diaconi · colliguntur
in medio subdyaconi et acoliti · Can
tores autem quasi tubicines precedunt
exercitum ut eum ad prelium confortent demones
exterreant et inuitent · De quo prelio di
cit apls · Non est colluctacio nob aduer
sus carnem et sanguinem sed aduersus spua
lia nequicie in celestibus · vnde Buccinate
nate in inicio mensis tuba in die in
signis sollempnitatis vre · Crux uero
quasi regale uexillum premittitur ut perfer
ut fugiant a facie eius qui oderunt
eum · Nobis autem absit gloriari nisi in cru
ce domini nostri ihu xpi per quam mundus · et
nos mundo crucifigi debemus ·

De confessione

Cum enim custus in sermone principio ac
cusator est sui pontifex ad altare per
ueniens et ad seipsum reuertens an
quam sacrum ordinatur officium de peccatis
suis cum assistentibus confitetur psalmum
illum premittens · qui manifeste per
totum ad hoc sibi demonstratur conuenire
Judica me deus et discerne causam · vnde dis
tinctus a gente non sancta ut ab homi
ne liberatus · iniquo ad altare dei
dignus intrat · Illud autem in confessi
one hac notandum est · quia non ut
quidam minus proude faciunt in speciali
sunt in genere sunt confitenda peccata
quoniam ista confessio non est occulta sed ma
nifesta pcutimus autem pectus cum con
fitemur peccata · quatinus exemplo publica

ni qui palcebat pectus suu dicens
Due propicius esto michi peccatori
iustificati descendamus in domu In
tunsione pectoris tria sunt ictus so
nus et tactus quibus significantur illa
tria que sunt in vera penitencia necessa
ria videlicet cordis contricio oris
confessio et operis satisfactio Nam
sicut tribus modis peccamus corde
de cogitando opere per peccando ore lo
quendo ita tribus modis penitere debe
mus corde per dolorem ore per pudo
rem et opere per laborem De incen
Ingressurus ergo pontifex so
ad altare incensum apponit
thuribulo per hoc illud insinuans
quod angelus venit et stetit ante al
tare habens thuribulum aureum
quod impleuit de igne altaris Et
data sunt ei incensa multa ut
daret de oracionibus sanctorum Ange
lus enim xpus thuribulum aureum cor
pus immaculatum altare ecclesia ig
nis caritas incensum oracio secundum
illud propheticum Dirigatur oracio mea
sicut incensum in conspectu tuo Venit
angelus id est xpus et stetit ante
altare id est in conspectu ecclesie habens
thuribulum aureum id est corpus imma
culatum id est caritate et da
ta sunt ei id est a fidelibus incensa id est
oraciones ut daret id est representaret
eas patri de oracionibus sanctorum non
dicit oraciones quia xpus non omnes o
raciones exaudit sed de omnibus ali
que pertinent ad salutem Unde cum
paulus ter dominum rogasset ut ab eo
stimulum carnis auferret dixit ei
dominus Sufficiat tibi gracia mea nam
virtus in infirmitate perficitur Epus
vero thus apponit thuribulo quia
xpus oraciones inspirat animo ut per
ipm offeratur incensum dignum in o
dore suauitatis Ipse nos preuenit in
benediccione dulcedinis ut eius don
num sit medium quia non accipit
nisi qui tribuit Sine me inquit ni
chil potestis facere quia palmites non
possunt facere fructum a semetipso nisi
manserit in vite Sacerdos autem
incensum representat epo quia lex il
lud preciosum tymiama conficeat quod
in odorem suauitatis offertur altis
simo de quo quia deus subdit in ex
odo Talem composicionem non fa
cietis in usus vestros quia sanctum est
domino homo quicumque fecerit simile ut
odore illius perfruatur peribit de po
pulis suis Fuerunt qui dicerent
quod si descendat thuribulum ab alta
ri tunc aliud ibi thus sine benediccio
ne ponendum et horibus offerendum
tamquam illud spectat ad latamni
stro ad dulia melius tamen secundum
spiritum litteram intelligitur Nam littera oc
cidit spiritus autem viuificat De osculo
Cum accedens epus sacrum
osculatur altare significans
quod xpus veniens sanctam sibi copula
uit ecclesiam secundum illud epithala
mium Osculetur me osculo oris sui
In osculo siquidem os ori coniungitur
et in xpo non solum humanitas est
unita diuinitati verum eciam spon
sam ornauit monilibus Unde Johannes
qui habet sponsam sponsus est Nam
in sole posuit tabernaculum suum et ipse
tamquam sponsus procedens de thalamo suo Deinde conuersus
epus osculatur dyacones ut osten
dat pacem illam in aduentu xpi ue
nisse quam prophete promiserunt
Unde dauid Orietur in diebus eius iu
sticia et habundancia pacis donec auferatur luna Et alibi
idem propheta Lux erit in terra nostra
cum venerit Et ideo xpo nascente
uox intonuit angelorum Et in terra
pax hominibus bone voluntatis Osculum enim vere
pacem significat iuxta quod dicit apostolus
Salutate vos inuicem in osculo san
cto Deus autem pacis sit cum omnibus no

bis amen Dyaconus g° statim in
clinans osculat' pectus epi designans
q inspiratione diuina prophete
pacem predixere futuram Nam et Iohes
supra pectus xpi recumbens eciam
geny silencia de s. d. p. f. p. De thu

rificacione

Episcus g° thuribulum
celum accipiens a dyacono sa
crum incensat altare quia xpus cor
pus assumens de gente prophetarum factus
ex semine dauid secundum carnem suis o
racionibus fouet ecclesiam secundum
q dicit in ewangelio Pater sancte ego
pro eis rogo et non pro eis tantum sed etiam
qui credituri sunt per verbum eorum Q° autem
dyaconus thuribulum recipit ut in
censat epm moraliter instruit q si
digne volumus incensum oracionis
offerre thuribulum incarnacionis de
bemus tenere Nam sine fide media
toris homines deo placere non possunt
sed iuxta verbum promissionis ipsius
siquid pecierint in oracione ardenter
accipient per thuribulum enim verbum acci
pitur incarnatum Nam sicut in thu
ribulo pars superior et inferior tribus ca
themulis iunguntur ita et in xpo sunt
iniores quibus diuinitas et huma
nitas coniunguntur vnio carnis ad ani
mam vnio diuinitatis ad carnem et
vnio diuinitatis ad animam quidam
autem vnionem quartam assignant vide
licet diuinitatis ad compositum ex anima
simul et carne nam et quidam thu
ribula quatuor habent cathenulas
ex hoc thuribulo moyses mistice spi
ritualiter ad Aaron Tolle thuribulum
et hausto igne de altari mitte incen
sum desuper pro mistica racione
ab ecclesia incensatur altare ut omnis
ab eo demonis nequicia propellatur
fumus enim incensi si valere creditur
ad demones effugandos Vnde
cum Thobias interrogasset angelum
quod remedium haberent ea que de pisce
referuauit respondit cordis
eius particulam si super carbonas ponas
fumus eius omne genus demoniorum ex
tricat De Introitu

Incipit chorus concinit antiphonam
qua repetit interposita gloria
trinitatis porro sicut introitus sacerdo
tis aduentum xpi significat sic et antipho
na que dicitur ad introitum desiderium ad
uentum eius significat insinuat de quo do
minus insinuabat sequitur apostolus Multi
reges et prophete voluerunt videre
que vos videtis et non viderunt
et audire que auditis et non audierunt
chorus g° dilatat animam suam et iubi
lo cantat introitum quia prophete reges
et sacerdotes omnesque fideles aduentum
xpi cum magno desiderio expectabant
clamantes et implorantes Emitte
agnum domine dominatorem terre de pe
de s. a. mo. fi. syon Veni domine et
noli tardare r. f. p. t. ysrael hinc g°
symeon ille iustus et senex benedixit
Nunc dimittis seruum tuum domine se. v.
t. i. pa. quia vi. oc. m. sa. tuum Ex
eorum g° persona cantatur introitus per
quos xpus introiuit in mundum iuxta
quod inquit apostolus Et cum introducit
primogenitum in orbem terre dicit et ado
rent eum omnes angeli eius Anti
phone repeticio multiplicacione clamo
ris insinuat Vnde propheta Manda re
manda expecta reexpecta modicum
ibi modicum ibi Si moram fecerit expec
ta eum quia veniens veniet et non
tardabit Interposicio glorie designat
captacionem beniuolencie Vt enim quod
expectabant facilius obtinerent ad
totam trinitatem glorificacione clamabant
Ostende nobis domine mi. tuam et
sa. t. da nobis Qui sedes super cheru
byn a. e. e. b. et m. quorum tandem cla
morem spiritus sanctus exaudiens perunxit eum
oleo leticie pre consortibus suis et ad
euangelizandum pauperibus destinauit

sed qd ipse filius prophetam testatur. Sps
domini sup me propter qd vnxit me euan
gelizare pauperibus misit me. Hec ergo de
siderium antiquorum introitum representat
no semper intellectum liz. Et iubilo canti
lene Celestinus papa constituit ut psal
mi dauid c. l. ante sacrificium canerent.
Antiphonam autem ex omnibus quia antea non
fiebat sed epistola tantum et ewangelium legebā
tur. Excepti sunt ergo de predictis introitus
gradualia quoque ac offertoria. nec non com
muniones que cum modulacione referunt
ad missam in ecclesia Romana cantan
tur. Antiphona grece. latine dicitur vox
reciproca. quia duo chori reciprocando
vicissim melodiarum cantus alternant

Cum ergo iam tem De kyrieleyson :-
pus plenitudinis et annus
benignitatis aduenerit sicut predictum
fuit a psalmista Tu exurgens misere
beris syon q. u. t. m. eius. congrue cho
rus tunc subiungit concinendo kyrie
leyson qd interpretatur. Domine miserere. Vnde
propheta Domine miserere mei te e. c. Dicitur
autem hec nouies contra nouem genera pecca
torum. Est enim peccatum originale. veniale et
mortale. hec est serpens mulier et vir.
serpens enim. i. concupiscencia suggerit
originaliter. mulier. i. delectacio comedit
venialiter. vir. i. racio consentit morta
liter. Item est peccatum cogitacionis. locuci
onis et perpetracionis. cogitacionis in
corde. locucionis in ore. perpetracionis in
opere. hec est mors in domo. mors in porta
mors in monumento. Rursus est peccatum
fragilitatis. simplicitatis et malignita
tis. fragilitatis per impotenciam. simpli
citatis per ignoranciam. malignitatis
per immundiciam. hec est peccatum in patrem
peccatum in filium. peccatum in spiritum sanctum. Et ideo
ter dicitur ad patrem kyrieleyson. ter ad filium
christeleyson. ter ad spiritum sanctum kyrieleyson.
Sed ad patrem et spiritum sanctum sub eodem tantum
vocabulo. quia pater et spiritus sanctus sunt
eiusdem tantum nature. ad filium vero specialiter

quia filius hic sit eiusdem nature cum il
lis tamen alterius. ut gemine gigas substancie.
Vel ideo dicitur hec nouies. ut ordo decimus
ex hominibus reparatus nouem associe
tur ordinibus angelorum. beatus gre
gorius ad missam ympnum canta
ri precepit a clero quod apud grecos ab
omni populo cantabatur. De gloria

Mox sequitur in excelsis deo
ympnus angelicus tempora
li christi natiuitati perhibens testimoni
um. quem ille primus inchoando pronun
ciat qui angelum magni consilii
representat. Chorus autem concinen
do prosequitur. quia subito facta est
cum angelo multitudo celestis mi
licie laudancium deum et dicencium Gloria
in excelsis deo et in terra pax ho. bo.
voluntatis. ympnus iste non tantum est an
gelorum sed hominum congratulancium. quod
mulier illa que perdiderat dragmam
decimam iam lucernam accendit ut drag
mam perditam inueniret. Et pastor
dimissis nonaginta nouem ouibus
in deserto iam venerat ut quereret
ouem centesimam quam perdiderat.
Ante natiuitatem enim christi tres erant
inimiciciarum parietes. primus inter
deum et hominem. Secundus inter
angelum et hominem. Tercius inter
hominem et hominem. homo namque per
inobedienciam creatorem offenderat
per suum casum restauracionem ange
licam impedierat. per varios ritus
se ab homine separauerat. Iudeus enim
cerimonias colebat. gentilis ydo
latriam exercebat. utrisque ritus alterius
displicebat. sed veniens pax nostra
fecit utraque unum destruxit inimi
cicias in carne sua. et concurrentes
parietes in se angularem lapidem co
pulauit. ut de cetero esset vnum ouile
et vnus pastor. Abstulit ergo pec
catum et reconciliauit hominem deo
Reparauit casum et reconciliauit

hominem angelo destruxit et ius et reconciliavit hominem homini restauravit quod secundum apostolum que in celis et que in terris sunt et ob hoc illa celestis milicie multitudo psallebat gloria in excelsis id est in angelis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis iudeis et gentibus bone voluntatis. Hinc est etiam quod angelus loquitur et congaudet pastoribus quia pax est inter angelos et homines reformata. Nascitur deus homo quia pax est inter deum et hominem restaurata. Nascitur in presepi bovis et asini quia pax est inter hominem et hominem reparata per bovem enim iudaicus per asinum gentilis populus figuratur secundum illud Cognovit bos possessorem suum et asinus presepe domini sui. Simachus papa constituit tam dominico die quam natalicijs martirum gloria in excelsis deo ad missam cantari quem ympnum telesphorus papa nonus a petro ad missam nocturnam natalis domini quam ipse instituit cantari preceperat et ideo ad angelorum verba que secuntur addicit quamquam a pluribus asseratur quod autem beatus hylarius pictaviensis adiecit. De candelabris et cetera

Ad significandum itaque gaudium duorum populorum de christi nativitate letancium in cornibus altaris duo sunt constituta candelabra que mediante cruce faculas ferunt accensas. Angelus enim inquit pastoribus annuncio vobis gaudium magnum quod erit omni populo quia natus est vobis salvator mundi et cetera. Hec est necnon ysaac qui risus interpretatur lumen autem candelabro et fides est populi. Nam ad iudaicum populum inquit propheta Surge illuminare ierusalem quia venit lumen tuum et gloria domini super te orta est. Ad populum vero gentilem dicit apostolus Eratis enim aliquando tenebre nunc autem lux in domino. Nam et in ortu christi nova stella magis apparuit secundum vaticinium balaam Item duo candelabra. Orietur inquit stella ex Iacob et consurget virga ex israhel. Item duo candelabra crux in altari media collocatur quoniam inter duos populos christus in ecclesia mediator existit lapis angularis qui fecit utraque unum ad quem pastores a iudea et magi ab oriente venerunt

De mutacione sacerdotis ab una parte altaris ad alteram ; C ;

Pontifex maturos ad sedem ascendit et stans collectam pronunciat quam libro legit apto quia sicut ewangelista testatur venit ihesus in nazareth ubi erat nutritus et intravit secundum consuetudinem diei sabbati in sinagogam et surrexit legere et traditus est ei liber ysaie prophete quem ut revolvit et invenit locum ubi scriptum erat spiritus domini super me propter quod unxit me et cum plicuisset librum reddidit ministro et sedit Porro secundum consuetudinem aliorum cum episcopus orat ad dexteram consistit altaris in hoc illud significans quod fuerat propheta deus ab austro veniet. Et quoniam ea que sunt leta significantur per dexteram ea que sunt tristia per sinistram. Ideo pontifex ad dexteram partem altaris primum accedit ut gaudium dominice nativitatis ostendit deinde post ewangelium ad sinistram conducitur et tristiciam passionis insinuat. Secundum iterum redit ad dexteram ut gaudium resurrectionis annunciet hoc ipsum ezechiel in despeccione quatuor animalium figuravit facies inquit hominis et facies leonis a dextris ipsorum quatuor Per hominem quippe nativitas per leonem resurrectio per bovem ymmolacio designatur et ideo facies hominis et facies leonis erant a dextris facies autem vituli a sinistris quia nativitas et resurrectio gaudium intulerunt

passio vero instancia inspiratur prout quod et
ipse dicebat Tristis est anima mea usque
ad mortem Debet autem sacerdos ad do-
minus orientem orare quia visitavit nos
oriens ex alto de quo legitur Ecce vir o-
riens nomen eius cuius argumentum in
libro sapientie spectatur oportet igitur ad ori-
entem lucis adorare Nam quod divina ma-
iestas localiter in oriente consistat que
tamen essencialiter est ubique Celum
inquit et terram ego impleo Sed quidam ti-
mentibus deum oritur sol iusticie qui
illuminet omnem hominem venientem in hunc
mundum Nam et templum Salomonis
et thabernaculum moysi leguntur ad ori-
entem hostium habuisse In illis autem
ecclesiis que hostium habent ab occidente sa-
cerdos coram altari consistens ut ad ori-
entem adoret semper in salutacione se con-
vertit ad populum excepto prefacionis et
fraccionis articulo cum oracioni totus in-
tentus et cor habet sursum ad dominum et
eucaristie peragit sacramentum De salu-
tacione pontificis et sacerdotis ad populum

Oraturus episcopus mitram deponit qui-
a vir secundum apostolum velato capite
debet orare Quia mens ipsius ad deum ve-
lum sit malicie velamen inesse non debet ut
revelata facie domini gloriam contempletur
Pontifex ergo salutacionem premittit ad
populum dicens Pax vobis illius utens eu-
logio cuius fungitur pontificio Minor autem
sacerdos cum salutat populum dicat do-
minus vobiscum quod utique verbum booz le-
gitur dixisse messoribus quia in booz
est figuram salvatoris expressit qui ruth
moabitidem duxit uxorem Chorus
autem utique respondet Et cum spiritu tuo
Ut autem episcopus ostendat se esse christi vicari-
um prima vice dicat pax vobis quam hec
fuit prima vox domini ad discipulos cum
eis post resurreccionem apparuit In star
vero ceterorum sacerdotum per cetera dicat dominus
vobiscum ut se unum ex ipsis ostendat

Ceterum septem vicibus populus saluta-
tur in missa continuus vii vicibus capi-
talibus suscipiat gratiam septiformem
Utrum sacerdos minus quam duobus
presentibus debeat celebrare

Statutum est autem in sacris canoni-
bus ut nullus presbiterorum mis-
sarum sollempnia celebrare presumat
nisi duobus presentibus sibique responden-
tibus ipse tercius habeatur quia cum
pluraliter ab eo dicatur dominus vobiscum
et illud in secretis orate pro me aptis-
sime convenit ut eius salutacioni re-
spondeatur a pluribus Verum autem ali-
ud est necessitatis articulus et ali-
ud religionis contemptus Die quoque
credendus esse et sanctis auctori-
bus approbatur quod angeli dei comites
existunt orantibus secundum illud
propheticum In conspectu angelo-
rum psallam tibi Et angelus ad
Thobiam qui orabat cum lacrimis
Ego obtuli oracionem tuam domino
Sed et canone continetur Supplices
te rogamus omnipotens deus iu-
be hec perferri per manus sancti ange-
li tui in sublime altare tuum Certe si-
ne quilibet homo suum habet an-
gelum ad custodiam Unde legitur
in actibus apostolorum quod cum puella que
cucurrit ad hostium ut petri nunc-
ciaret adventum dicebat angelus
eius est Et dominus in ewangelio loquens
de parvulis ait angeli eorum semper
vident faciem patris Illos ergo habeamus
in oracione participes quos habe-
bimus in glorificacione consortes
Item de salutacione oracione et non con-
clusione

Salutacione presbiter
summissa per quam auditores red-
dantur attenti subsequitur oraciones que
designantur in apokalipsi per fumum
aromatum qui ascendit in con-
spectu dei de manu angeli christus

enim uerus homo passionem xpi nos
destinatus cuius illa vox est holocau
sta etiam pro delicto non postulasti tunc dixi
ecce venio semper tuum verbum pro no
bis orabat qui secundum apostolum in diebus
carnis sue preces supplicationesque
ad deum qui salvum illum posse facere
a morte cum clamore ualido et la
crimis offerens exauditus est in omnibus
pro qua reverentia. Quod autem post finem orationis
subiungit per dominum nostrum ihesum xpistum il
lud significat quod ipse dicit in ewangelio
quodcumque petieritis patrem in nomine meo
fiet uobis. non enim per aliam uiam ad
nos etiam dei beneficia possunt de
curre quam per eum qui est mediator
dei et hominum homo ihesus xpistus sicut
per medianter cristallum mutuamus
ignem in escam suppositam a sole
longinquo. Sumptum est autem de e
pistola ad Romanos. Gloriamur in christo
domino per dominum nostrum ihesum xpistum et inde
uult quod sequitur qui tecum viuit et reg
nat in unitate spiritus sancti deus ita potest simpliciter
et non imprudenter intelligi quia cum
patre vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus id est una cum sancto
spiritu Nam pater et filius et spiritus sanctus
sunt unus deus vel in unitate spiritus sancti
id est in spiritu sancto qui est unitas patris et
filii et amor et connexio utriusque. per
omnia secula seculorum hoc vel conse
cutiue vel anthonomastice pot-
est intelligi consecutiue significat generatio
nes generationum. anthonomastice sig-
nificat canticum canticorum. Amen op-
tantis vel affirmantis ostendit af-
fectum Nam in fine psalmorum u-
bi nos dicimus Fiat fiat hebreus
dicit amen amen Et xpistus in ewan
gelio sepe dicit amen amen dico vo
bis id est uere vel vere dico vobis secundum il-
lud quod alibi dicit Sit sermo vester
est est. Respicit ergo vel ad formam
orationis ut quod oratur optetur vel
ad modum conclusionis ut quod con-
cluditur affirmetur. Ubi gratia cum sacer-
dos orat. Da nobis quesumus domine salutem
mentis et corporis populus optando re-
spondit Amen id est fiat per omnia secula se-
culorum populus affirmando respondit
amen id est verum est. Quare orationes
dicuntur collecte et quot sunt in missa dicende

Orationes autem que circa principium
misse dicuntur collecte vocantur
eo quod sacerdos qui fungitur ad deum legati
one pro populo petitiones omnium in eis colli
git et concludit. Ipse tamen dicuntur collecte
que super collectam populi fiunt dum colligi
tur populus ut ad stationem faciendam
de una ecclesia procedat ad alteram Ora-
tionum vero plures et varii fuerunt auctores
et in tantum crevit numerus et diversus excresce-
bat quod octauum affricanum concilium au-
ctoritate augustini instituit ita statuit nulle
preces vel orationes vel misse vel prefatio
nes vel commendationes vel manus impo
sitiones dicantur nisi in concilio fuerint
approbate Nam et gelasius papa tam a
se quam ab aliis compositas preces
dicitur ordinasse. Ceterum autem gregorius sedu-
lus hiis que nimia vel incongrua uide-
bantur venerabiliter coadunauit et congru
a multa pro se nominata super addens. Qui-
dam vero modum et ordinem excedentes tot
tamen orationes multiplicant ut audientibus
sine tedium generet et fastidium. Contra eos
dominus dicit in ewangelio. Cum oratis
nolite multum loqui sicut ethnici
faciunt. putant enim in multiloquio ex-
audiri. Cum ergo ei dixissent apostoli domine
doce nos orare compendiosam eos
orationem edocuit Pater noster qui es in ce-
lis. Huius igitur orationis formam sequentes
sacerdotes in missa septenarium ora-
tionum numerum non excedunt Nam xpistus sep
tem petitionibus omnia corporis et anime
necessaria comprehendit. quia uero numero im-
pari gaudet similiter quidam obseruant
ut impares dicant orationes in mis
sa videlicet una vel tres vel quinque vel

septem. Una vel tres, propter unitatem sacra-
menti vel misterium trinitatis. Quinque vel .vii.
propter quinque partita domini passionem vel spiritus
gratie septiformis. Deus enim divisionem et
discordiam detestatur. Unde ait ceterorum dierum
operibus benedixit, operibus secunde diei benedix-
isse non legitur, quia binarius primo ab unita-
te recedit et ab eo ceteri divisibiles numeri
sortiuntur originem. ¶ De extensione manuum

Stans igitur pontifex sacerdotis in missa .xxvi.

Stans igitur pontifex adorandum manus levat et
extendit, ymmo eum minister qui manus eius
sustentat sacerdote coram eo tenen-
te sacramentorum. Lex quippe sacramentum
illud insinuat. Legitur enim in exodo quod
cum israel pugnaret adversus amalech
in deserto moyses ascendit super verticem
collis. Cumque levaret moyses manus
vincebat israhel. Si autem remisisset pau-
lulum amalech superabat. Aaron autem
et hur sustentabant manus eius ex
utraque parte. Et factum est ut manus eius
non lassarentur usque ad solis occasum
fugavitque Josue amalech et populum
eius in ore gladii. Propter hoc igitur sacer-
dos ostendit manus in missa cum o-
rat. Nam christus cum expandisset manus
in cruce pro persecutoribus exoravit et
dixit Pater dimitte illis quia nesciunt
quid faciunt. Moraliter instruens quia
christus semper est paratus recipere penitentes
iuxta quod ipse promisit. Omnis qui venit
ad me non eiciam foras. Cum autem vero
moyses id est christus elevat manus id est impen-
dit auxilium et solacium vincit israel id
est ecclesia. Nam si deus pro nobis quis contra
nos. Si autem paululum manus remittit
id est si peccatis exigentibus subtrahit auxili-
um et solamen superat amelech id est dya-
bolus quia non est volentis neque cur-
rentis sed dei miserentis. quia christus vobis pro-
misit dicens. Vobiscum sum usque ad con-
summacionem seculi. Ob hoc aaron id est mons
fortitudinis et hur id est ignis caritatis
sustentat manus eius ut in fortitu-
dine ferat auxilium et ex caritate so-
lacium ne manus eius lassentur usque
ad solis occasum id est usque ad finem
mundi. Sicque Josue duce id est christo duc-
tore israel fugat amelech et populum
eius id est ecclesia superat dyabolum et exerci-
tum demonum in ore gladii id est pro virtute
oracionis. Gladius enim est verbum dei.
Si quis igitur vult oracionis virtute supera-
re dyabolum debet elevare manus
id est actus ad deum ut eius conversacio
sit in celis. Unde dimissas manus
erigite et genua debilia roborate.
Nam elevacio manuum sacrificium vesper-
tinum. Bona est oracio cum ieiunio et
elemosina. fides autem sine operibus
mortua est. Levemus igitur puras ma-
nus sine disceptacione querentes que
sursum sunt non que super terram ubi christus
est in dextera dei sedens. ¶ De Epistola

Epistola que premittitur evangelio pre-
cursoris designat officium quod Jo-
hannes ante christum exercuit qui preivit ante
faciem domini parare vias eius sicut
ipse testatur. Ego vox clamantis in de-
serto parate viam domini. Johannes igitur quasi sub-
dyaconus fuit id est subminister illius
qui de se dicit Non veni ministrari
sed ministrare. Lex enim quasi pedagogus in-
fantem dei populum per manum moysi
custodiendum suscipiens illius ad-
ventum docuit expectare quem eidem
populo iam adulto per os digito quoque iohannis
presentem in carne monstravit ut eum
ducem sequeretur ad regnum. Ecce inquit
agnus dei ecce qui tollit peccata mun-
di. Precessit namque lex evangelium sicut
umbra lucem. littera spiritum. timor cari-
tatem. initium perfectionem. ordinans
preceptum. amonens consilium. Nam lex per
moysen data est gratia et veritas per
ihesum christum facta est. Epistola non legis
vox est suam imperfectionem Johannis
testimonio profitentis ad perfectionem
evangelicam transmittentis. hic est

inquit de quo dixi vobis qui post me
venit a. m. f. e. q. p. m. e. n. s. d. e. c. s. uie o
portet minui illum autem crescere
non erat ille lux sed ut testimonium
perhiberet de lumine Erat lux vera que
que illuminat omnem hominem veni
entem in hunc mundum lex quippe
neminem duxit ad perfectum hinc est er
go quod dyaconum legentem ewangeli
tam subdyaconus quam acoliti comitan
tur quia predicacionem Johannis pauci se
cuti sunt sed predicacionem ewangelij
plurimi susceperunt Unde discipuli le
guntur dixisse Iohanni rabi qui erat
tecum trans iordanem cui testimonium per
hibuisti ecce hic baptizat et omnes
veniunt ad eum Ut ergo cognovit ihesus
quia pharisei audierunt quod ihesus
plures discipulos facit quam iohannes re
liquit iudeam etc. Quia vero Johannes
fuit limes precedencium et sequencium
medius inter apostolos et prophetas Nam
lex et prophete usque ad Johannem et ex
hoc regnum dei ewangelizatur et
omnis in illud vim facit ideo epistola
nec semper legitur de prophetis nec sem
per legitur de apostolis sed medium fuit
de veteri testamento interdum de novo quia Jo
hannes cuius vocem representat epistola ad
uenturum christum predixit uenturum Qui
post me veniet a. m. f. est Et aut
in modernis christum ostendit presentem Ecce
ecce agnus dei e. q. t. p. m. Epistola vero
grece latine supermissio vel super
erogacio nuncupatur quod nomen be
ne congruit litteris apostolicis que super
erogate sunt ewangelio de quibus
frequenter leguntur epistole apostolicis est
ordo per illum stabularium intelli
gitur cui samaritanus commisit ho
minem a latronibus spoliatum et
wlneratum et semiuiuum relictum
prebens duos denarios et dicens ei Cu
ram illius habe et quodcumque super
erogaveris ego cum rediero reddam tibi

De Reverencia quam subdyaconus exhi
bet episcopo post epistolam :-

Quod autem subdyaconus cum acoli
to post lectam epistolam ad sacer
dotem accedit illud insinuat quod Johannes
cum audisset in vinculis opera christi
mittens duos de discipulis suis ait illi
Tu es qui venturus es an alium expe
tamus ut per ipsa miracula christum iam
venisse cognosceret Unde ihesus responden
ait illis Euntes renunciate Johanni
que vidistis ceci vident surdi audiunt
claudi ambulant leprosi mundantur
mortui resurgunt pauperes ewangeli
zantur Et quia dextra domini fecit vir
tutem ideo subdyaconus osculatur
dexteram sacerdotis quia non per ipsam
miracula cognovit hunc esse de quo magister
predixerat Qui post me venit a. m.
f. est cuius n. s. d. c. c. s. prius ad pedes
cilicium cuius romani pontificis oscula
tur Sacerdos ergo subdyacono bene
dicat quia christus commendavit iohannem
Ut inquit existis in desertum videre prophetam
etiam dico vobis plusquam prophetam A
men dico vobis inter natos mulie
rum non surrexit maior Johanne baptista
Subdyaconus ergo post finem sed dyaco
nus ante principium lectionis ad sacer
dotem accedit et exhibet reverenciam
quia lex finem accepit in christo sed ewan
gelium inicium sumpsit ab ipso Nam lex
et prophete usque ad Johannem ewangelium
christi et apostoli post Johannem De graduali

Verum quia Johannes penitenciam predica
bat penitenciam agite appropinquabit
enim regnum celorum Et iterum facite
dignos fructus penitencie merito post e
pistolam gradale sequitur quod penitencie lamen
tum insinuat propter quod in diebus pen
thecostes tollitur de officio quia vide
licet dies illi futurum in regno dei fe
licem ecclesie statum significant quia ia

area xpi uentilabro qd est in manu eius
purgata grana reponentur in horreo
felicitatis eterne. dicitur autem gradale uel
graduale a gradibus humilitatis uel
potius illi conueniens qui nec dum ascendit
de uirtute in uirtutem sed adhuc in conual
le positus lacrimarum lamentum ascensi
onis in corde disposuit. Rectius ergo
hoc faciunt qui gradale non festiuis
aut modulatis uocibus efferunt sed
quasi cantum grauem et asperum sim
pliciter potius et lamentabiliter canunt
pt tamen responsorium istud qd gradua
le uocatur ad uocacionem aplorum refer
ri. quia xpo uocante post me ipsi non
tantum uerbo sed opere responderunt quia
relictis omnibus secuti sunt eum. et i
deo gradale cantatur quia apli gra
diebantur post dominum. discipuli post
magistrum post eplam ergo gradale can
tatur. quia post predicacionem iohis
discipuli sunt xpm sicut Johes euan
gelista describit Stabat magister Johanes
et ex discipulis eius duo et respiciens
ihm ambulantem dicit Ecce agnus dei
etc. Et audierunt eum duo discipuli
loquentem et secuti sunt ihesum Erat
autem andreas frater symonis petri unus
ex duobus qui audierant a iohe et secu
ti fuerant eum. Et gradale cantatur
cum inuenit primum fratrem suum symonem
et dicit ei Inuenimus messiam qd est
interpretatum xpus et adduxit eum ad ie
sum Philippus ergo gradale cantauit
cum inuenit nathanaelem et dicit
ei Quem scripsit moyses in lege et
prophete inuenimus ihm filium Joseph a
nazareth ueni et uide ; De alleluia

Post luctum sequitur consolacio. Na
beati qui lugent. quoniam ipsi consola
buntur. et ideo post gradale cantatur alle
luia qd significat ineffabile gaudium
angelorum et hominum in eterna felici
tate letancium. hoc est semper laudare
deum Nam beati qui habitant in domo tua domine in

secula seculorum laudabunt te. In uoce exultacionis et
confessionis sonus epulantis. Quod sit alleluia
ia centesimus duodecimo psalmus
exponit cum eciam alia psalmi titulatur in
tytulo statim psalmus exponendo ti
tulum incipit. laudate pueri dominum
hoc ineffabile gaudium uite presentis
inopia nullatenus habere meretur.
Sed pregustans illud in spe sitit desiur.
qd gustauit donec mittetur in rem
et fides in speciem. quapropter nomen est
hebraicum interpretatum remansit ut per
grinum ab hac uita gaudium peregrinum
quasi uocabulum signaret pocius quam
exprimeret cuius misterium uelut quoddam
gaudium stillicidium de diuinis super
ne urbis primum in mentes patriarcharum
et prophetarum post in aplorum ora ple
nius per spiritum sanctum dilapsum est. quoniam
igitur altera future beatitudinis qui
pocius est uocabulum uite magis eo
tempore frequentat quo xpus resurgens
eiusdem beatitudinis spem nobis tri
buit et promissum ut aliis ter
poribus canetur ad missam olim ec
clesie romana consuetudo non erat sed
a beato Gregorio constitutum ymmo pocius
restitutum est. Nam a tempore damasi
pape ante plus fuisset eadem consuetu
do defecerat Demum cum de hoc et q
busdam aliis quosdam murmurare
sentiret tanquam constantinopolita
ne ecclesie consuetudines sequeretur non
est dedignatus reddere racionem di
cens Nos in nullo horum aliam ecclesiam
secuti sumus. nam ut alleluia hic non di
ceretur de ierosolimorum ecclesia ex be
ati Jeronimi tradicione tempore beate me
morie damasi pape traditur tracta
tum et ideo in hac magna sede il
lam consuetudinem amputauimus
que hic a grecis tradita fuerat. Cu
mmque alleluia post gradale canitur
leticie post luctum prime summopere
intentes exprimere magnitudinem q

solacionis que reposita est lugenti
bus et ii laudes ponit quia canen
tes namque brevem digni sermonis sil
labam in plures neumas protrahimus
ut iocunde auditu mens attonita re
pleatur et rapiatur illuc ubi semper
est vita sine morte dies sine nocte
certe sine forte iocunditas sine do
lore securitas sine timore tranquil
litas sine labore pulchritudo sine dif
formitate fortitudo sine debilitate
rectitudo sine perversitate veritas sine
fallacia caritas sine malicia felici
tas sine miseria Preterea tamen alleluia
refert ad exultacionem eorum qui de mi
raculis Christi gaudebant laudantes
dominum et dicentes quia vidimus mira
bilia hodie et quia dominus visitavit
plebem suam Tunc enim cantatur in iu
bilo alleluia cum omnis plebs ut vidit de
dit laudem deo et omnis populus gau
debat in universis que gloriose fiebant
ab eo Nam et septuaginta duo rever
si sunt cum gaudio dicentes domi
ne etiam demonia subiciuntur nobis
sub nomine tuo hinc est quod a septua
gesima usque ad pascha non cantatur allelu
ia quia tempore tristicie non debet can
ticum leticie decantari secundum illud prophetic(um)
Quomodo cantabimus canticum d. i. t.
a. Septuagesima namque tempus ba
bilonice captivitatis spiritualiter repre
sentat in qua super flumina babilo
nis sedentes et flentes in salicibus
organa suspenderunt Cantatur
autem tractus qui cum asperitate
vocum cum prolixitate verborum miseri
am presentis incolatus insinuat de
qua dicit psalmista heu me quia
incolatus meus prolongatus est h.
c. hi. ce. mul. i. f. a. mea. Quare
interposito versu repetitur alleluia

Quod autem interposito versu bis
alleluia cantatur designat quod
in eterna leticia sancti glorificatoris
stolam accipient mentis et corporis
Nam secundum stolam mentis exultabunt
sancti in gloria l. in c. suis Secundum stolam cor
poris fulgebunt iusti et t. s. in a. dis
c. Versus quoque sinistrum cum triste sed totum
iocundum et dulce debet sonare quales
sunt Dominus regnavit decorem indutus
Dominus regnavit exultet terra Jubilate
deo Justus ut palma florebit quoniam
absterget deus omnem lacrimam ab oculis
sanctorum et iam non erit amplius neque
lu. n. c. q. p. t. hoc ipsum significat quod
in quibusdam ecclesiis sequencia post al
leluia cantatur quasi iubilo dulciter
canere Notandum est quod in officio mis
se trium linguarum concurrit diversitas
ut omnis lingua confiteatur quia dominus
Jhesus Christus in gloria est dei patris et quod titu
lus crucis ostendit qui scriptus fuit lit
teris grecis hebraicis et latinis Jhesus
nazarenus rex iudeorum. De sacer
dotis sessione dum epistola legitur et graduale

Hactenus tractus se – cantatur.
debat sacerdos illud quod predicat
Johannes Christus quondam tacebat aperte sed
ut tradit evangelista postquam tradi
tus est Johannes venit Jhesus in galileam
predicans evangelium regni vel quia
sedere incomis est sessio sacerdotis vic
toria Christi significat qui post ieiunium
vicit dyabolum Nam reliquit eum tem
ptator et accesserunt angeli et ministra
bant ei. De mutacione sacerdotis

Hijs ergo inter premissis sacerdos ad
sinistram partem altaris accedens
pronunciat evangelium significans quod Christus
non venit vocare iustos sed peccatores
iuxta quod dicit ipse in evangelio quia
non indigent qui sani sunt medico
sed qui male habent. Per dexteram ergo
iusti per sinistram peccatores significantur
propter quod dominus in iudicio statuet quidem
oves a dextris, edos autem a sinistris. Qui
dam tamen dixerunt in hoc loco quod
ideo sacerdotes in principio misse consistunt.

ad dexteram. Cum autem pronunciat ewan-
gelium vertitur ad sinistram et ita sic
iterum redit ad dexteram quia verbum fi-
dei primo fuit in populo iudeorum. deinde
transiuit ad gentes et circa finem iterum
reuertetur ad iudeos ad predicationem E-
noch et helie qui conuertent corda patrum
in filios quia in diebus illis sal-
uabitur Iuda et reliquie israel salue fi-
ent. Sed cum sacerdos qui pronunciat ewan-
gelium ipsius christi representat personam
et christus non predicauit gentibus sed iu-
deis iuxta quod ipse dicit in ewangelio
non sum missus nisi a. d. o. q. p. d. i.
vicium illud recte dicatur prudens audi-
tor aduertat. De una parte altaris ad alteram

Porro cum episcopus celebrat
omnia sollempnius peraguntur.
Diaconus enim dextera pontificis oscu-
lata codicem ewangelii suscipiens de
altari benedictionem postulat ab episcopo qua
data procedit ad pulpitum precedentibus
ceroferariis qui faculas ferunt accen-
sas et thuribulum cum incenso. Iam
figura mutatur. nam diaconus qui prius
prophetabat prophetam modo representat ewan-
gelistam. Usque enim lex prophete usque ad
Iohannem et ex eo regnum celorum ewan-
gelizatur. puteus altus est sed si fuerit
diligenter exhauritus hauriemus aquas
in gaudio de fontibus saluatoris. Dia-
conus ergo dexteram pontificis osculatur
quia predicator ewangelizare debet
et pro gloria sempiterna de qua sponsa di-
cit in canticis dextera illius amplex-
abitur me. Nam et angelus qui resur-
rectionis christi gloriam venerat nunciare
sedebat in dextris stola candida coop-
ertus. licet ergo christus apostolus qui semi-
nauit spiritualia metere possit carnalia
non est tamen seminandum pro carnalibus
temporalibus sed pro spiritualibus et eternis. Nam
qui seminat in benedictione n. d. t. b. d.
et m. n. et etiam mercenarius enim est
qui predicationis officio non querit pre-
mium sempiternum sed comodum temporale.

Cur manus et pedes summi pontificis de-
beant osculari

Ceterum subdiaconus non manus sed pedes sum-
mi pontificis vel romani osculatur
ut et summo pontifici summam exhibe-
at reuerenciam et eum illius ostendat
esse vicarium cuius pedes osculabatur
mulier illa que fuerat in ciuitate
peccatrix. ad adorandum est enim sca-
bellum pedum eius quia sanctum est. cuius
pedes mulieres tenentes resurgen-
tem a mortuis adorauerunt. Speciali-
ter autem nemo debet manus summi
pontificis osculari nisi cum de mani-
bus eius aliquid recipit vel cum ad
manus eius aliquid tradit ut osten-
datur quod ex utroque debemus ei gratias
exhibere qui sicut semper dat pro-
pria sic numquam recipit aliena. Ipse
vero preter oblationem panis nullam
oblationem manibus tangit nisi quod
pro defunctis offertur quam ideo in
manibus accipit ut eorum suggillet
errorem qui dogmatizauit elemo-
sinas non valere pro defunctis. panem
vero attingit propter reuerenciam sacri-
ficii quod ex pane conficitur et quia
vicarius est illius qui dicit de se
Ego sum panis viuus. Ceteras
autem oblationes ad pedes accipit
propter quod in actibus apostolorum habetur
quod afferebant precia eorum que ven-
debant et ponebant ante pedes a-
postolorum. De susceptione codi-
cis ewangelii de altari

Suscipiens ergo diaconus codi-
cem ewangelii benedictionem
postulat ab episcopo. quia nullus debet
predicare nisi mittatur secundum illud a-
postoli. quomodo predicabunt nisi mittan-
tur. Et dominus inquit apostolis messis qui-
dem multa operarii autem pauci.
Rogate ergo dominum messis ut mittat
operarios in messem suam. Ysaias

qd' enim audissz voce dni dicent
quem mittam et quis ibit p nobis
Respondit ecce ego sum mitte me
Dixit qz dns vade et dices popu
lo huic audite audientes etc. Post
hec ergo visibilit' bndicat dyacono q
lecturus est ewangeliu qd' no facie
tat subdyacono qui lecturus erat
eplam quia xpus invisibilis ma
nens legem et pphetas invisibilit'
misit. Sed po quam in terris visus e
et cum hominibus conversatus est
Aplos et ewangelistas visibiliter
misit et docuit Euntes igit' pdi
cate dicentes Appropinquabit regnu
celor. Illi aut' egressi circuibant ca
stella ewangelizantes et curantes
ubiqz. Item de susceptione textus de

Textum ewangelij sub altari
de altari quia de syon exivit
lex et vbum dni de ierlm. Syon ura
qz lex mosaica que quondaz exi
erat de monte syna sed lex ewan
gelica de qua ppheta. Ecce dies veni
unt dicit dns et consumabo testa
mentu novu sup domu israhel et
sup domu iuda. non scdm testame
tum qd' dedi patribus eor. et in cor
da eor sup scribam eas. et ero illis i
deu et ipsi erunt michi in ppl'm. lex
quippe mosaica scripta fuit in tabu
lis lapideis sed lex ewangelica sc
bit' in tabulis cordis digito dei. Illa
illa dabatur duris hntibus cor lapi
deu si n dat' obedientib' sicut ipse
dicit in psalmo Populus quem no
cognovi svivit m. in au. o. mich

De hijs qui pcedunt cum cereis et incensis

Dyaconos pmittit
ceroferarios cu facul is et ince
so. quia pdicator debet odorez bo
ne opinionis emitte' scdm illud Apli
Xi bonus odor sumus in omi loco
Nam cui vita despicit' restat qd'
eius pdicatio contempnatur. Et

dicit' Medice cura teipm. eice pmo t
bem de oculo tuo et tunc deicies fes
tucaz de oculo fris tui. Debet etia de
siderium et gaudium in cordibus audi
tium accendere. qtenus libent' audi
ant et gratanti obediant. Quis eni
no desiderat bonu nuciu et de bono
nuncio quis no gaudeat. ewangeliu
eni bonu nunciu ipsa sui nomis inter
pretacone signat. Vel ppt' hoc epos
pmittit acolutas an dyaconu qui le
cturus est ewangeliu portantes cere
os et incensu notat' qz xpus pmitte
bat binos nuncios an faciem suam in
omem civitatem et locu quo erat
ipse venturus pferentes choruscacones
miraculor et odorem vtutu. Unde re
versi dixerunt Domine in nomie tuo
etiam demonia subiciunt' nobis. faci
es eni xpi adventum' hic intelligun
tur apli qui forma doctrine sue popu
lis ostendebat ppt' qd' ipsis dicebat
qui vos recipit me recipit. Vel ido
libr ewangeliu pcedunt thuribula
et candelabra quia doctrinaz xi vtus
et fama pibant ewangelista testa
te. Exivit ihus in vtute et spu i ga
lileam et fama exivit in unisam
regionez de illo et ipse docebat in syna
gogis eorum. Quare dyaconus in

Eundo sequit' et redeundo pcedit

Dyaconus ergo pcedit ut doctor. Sub
dyaconus aut' sequit' ut auditor.
Ille pcedit ut pdicet iste sequitur ut
ministret quia dignus est operarius
mercede sua. Scdm qd' dns illegeppte
pit Non claudes os bovis triturantis
Pq redeunt vo subdyaconus quasi suf
ficienter edoctus pcedit referens ewan
geliu. qm mercedem ewangelij de sua mi
nistracione portat. Scdm illud qd' dns
ipse pmisit in ewangelio Qui recipit
ppham in nomie pphete. p. m. a. que
ido pmittit dyaconus ad epm ut oste
dat se fructum pdicacionis referre qz qo

dominus inferat posui vos ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. In quibusdam tamen ecclesiis subdyaconus precedit dyaconum ferens pulvillum quem libro supponat ut molliter sedeat pro pulvillo qui sessio supponitur ad gestem significans inter solacia ut videlicet auditores quasi pro mercede laboris predicans sibi necessaria sub ministrent. Nam ut inquit apostolus Qui altari deserviunt cum altario participant.

Quare dyaconus per unam partem ascendit et per aliam descendit

Procedit ergo dyaconus cum silencio preferens codicem ewangelii iuxta illud quod dominus ipse precepit Neminem salutaveritis per viam etc. Subdyaconum autem per unam viam et dyaconus per aliam ascendit in pulpitum quoniam ille docendo et iste discendo procedit in augmentum sciencie vel quia ministrator per viam operis et predicator per viam oris progreditur in augmentum iusticie de qua psalmista dicit Iusticia tua sicut montes dei. Sed per eandem viam revertitur ad presulem quia per finalem perseveranciam pertingitur ad premium sicut dominus ait Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Et quia predicacio non sufficit sine opere Cepit enim ihesus facere et docere. Ideo predicator per eandem viam revertitur per quam ministrator accesserat. Vel ideo dyaconus qui lecturus est ewangelium ab una parte progreditur et ab altera parte regreditur quoniam apostoli prius predicaverunt iudeis et postea predicaverunt gentibus secundum quod inquiunt ad Judeos quia repulistis verbum dei et indignos vos fecistis ecce convertimur ad gentes.

Quare versus aquilonem legitur ewangelium

Dyaconus igitur in ambonem ascendit ut annunciat ewangelium secundum illud propheticum Super montem excelsum ascende tu qui ewangelizas syon exalta in fortitudine vocem tuam. Et dominus inquit in ewangelio quod dico vobis in tenebris dicite in lucem et quod in aure auditis predicate super tecta. Nam ipse dominus ascendit in montem ut ewangelium predicaret et aperiens os suum docebat discipulos suos dicens Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum etc. Faciem autem suam versus aquilonem apponit ut ostendat predicacionem xpi contra eum specialiter dirigi qui ait Ponam sedem meam ad aquilonem et ero similis altissimo. Nam et secundum prophetam Ab aquilone pandetur omne malum super habitatores terre. Adversus aquilonem ergo legitur ewangelium ut aquilo surgat et auster adveniat id est ut dyabolus fugiat et spiritus sanctus accedat. Cum dyaconus munit se signaculo crucis ne dyabolus qui bonis insidiatur operibus tollat ei devocionem de corde vel sermonem de ore.

Qui lecturus ewangelium signat os frontem pectus et librum

Sacerdos itaque vel dyaconus cum lecturus est ewangelium signare se debet in fronte in ore pariter et in pectore ac si dicat Ego autem non erubesco sed corde credo quod ore confiteor. Predicamus inquit apostolus ihesum xpm et hunc crucifixum iudeis quidem scandalum gentibus autem stulticiam. Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri. Et dominus ait in ewangelio Qui me erubuerit et sermones meos habet filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua et patris et sanctorum angelorum. Debet eciam signare librum et osculari pro eo quod est liber crucifixi per quem reconciliacionem accepimus.

De virtute ewangelii

O quam profundum est ewangelium ... osculum quod ... sacramentum legitur enim quod moyses ad ...

tum domini serpentem eneum erexit
pro signo quem aspicientes qui percussi
fuerant a serpentibus sanabantur
quod ipse Christus exponens inquit in evan
gelio Sicut moyses exaltavit serpen
tem in deserto sic exaltari oportet filium
hominis ut omnis qui credit in ipsum
non pereat sed habeat vitam eternam. Legitur
eciam quod cum Joseph applicuisset manas
sem et effraym ad Jacob statuens mino
rem ad dexteram et maiorem ad sinistram
ut eis secundum ordinem benediceret Jacob
manus commutans id est in modum cru
cis cancellans dexteram posuit su
per caput effraym iunioris et sinis
tram super caput manasse maioris et
dixit Angelus qui eruit me de cunc
tis malis benedicat pueris istis etc. Eze
chiel autem audivit dominum dicentem
ad virum vestitum lineis habentem atra
mentarium scriptoris ad renes transi
per mediam civitatem et signa thau
in frontibus virorum dolencium et
gemencium. Post hec dixit viris
Transite per mediam civitatem et per
cutite omnem super quem non videbi
tis thau. Item pater oculis
vester Johannes quoque vidit angelum
ascendentem ab ortu solis habentem
signum dei vivi et clamavit voce
magna quatuor angelis quibus
datum est nocere terre et mari dicens
Nolite nocere terre et mari neque ar
boribus quoadusque signemus servos dei nostri in fron
tibus eorum. Hinc est quod cum dominus egipciorum
percuteret primogenita domos hebre
orum absque lesione transcendit
eo quod sanguinem agni super liminari et
utrumque poste vidisset. Dum moy
ses manus tenebat extensas is
rahel pugnans amalech superabat.
lignum missum in marath aquas
dulcoravit amaras et ad lig
num missum in Jordanem ferrum
quod ceciderat enatavit. Hoc est

lignum vite in medio paradisi de quo
sapiens protestatur benedictum lignum per
quod fit iusticia. quoniam regnavit a ligno
deus et c. o. t. q. n. eo qui dixerit
morte turpissima condempnemus eum
nescierunt sacramenta dei neque com
prehenderunt que sit longitudo latitu
do quae sublimitas et profundum. Crux
enim sanitatem restituit benediccionem
impedit discernit a perfidis liberat
a periculis hostes expellit victores con
stituit crux misterium fidei firmamen
tum spei clavis sciencie forma iusti
cie magnificencia regum gloria sacer
dotum Inopum sustentacio pauperum
consolacio cecorum dux claudorum
baculus spes desperatorum resurreccio
mortuorum. Quibus digitis signum sit faci

Est autem signum crucis endum
tribus digitis exprimendum quia
sub invocacione trinitatis imprimitur
de qua dicit propheta Quis appendit
tribus digitis molem terre. ita quod a su
periori descendat in inferius et a dextera
transeat ad sinistram quia Christus de
celo descendit in terram et a iudeis
transivit ad gentes. Quidam tamen
signum crucis a sinistra producunt
in dexteram quia a miseria transire
debemus ad gloriam, presertim ut se ip
sos et alios uno pariter modo quo ipsi
consignent. Constat enim quod cum su
per alios signum crucis imprimimus
ipsos a sinistra consignamus in dex
teram. Verum si diligenter eciam
super alios signum crucis a dextera
producimus in sinistram quia non
consignamus eos quasi vertentes
dorsum sed quasi faciem presenta
tes. De salutacione que premittitur evan

Dyaconus igitur in am gelio
bone consistens salutat po
pulum dicens Dominus vobiscum il
lud observantes quod dominus iusserit
In quamcumque domum intraveritis

primu dicite pax huic domui · Stans
autem ipse q̄ aut nō fecerat cū epi
stola legetur deuotius et attentius ·
respondet · et cum spū tuo statim q̄
dyaconus · ut eos beniuolus reddat
et dociles subdit · Sequencia sancti
ewangely · Et ipsi cum reuerencia et
honore respondent · Gloria tibi domine
glorificantes deum q̄ miserat eis v̄
bum salutis · sicut in actibus aplorum
legitur et glorificauerunt deum dicentes
Ergo et gentibus deus hiis p̄niam dedit
ad vitam · De preminencia ewangely

Nam sicut caput preminet cor
pori et ei cetera membra subser
uiunt · Sic ewangelium totum precellit offi
cio · et ei cetere partes intellectuali racio
ne consenciunt / hoc est verbum verbi · sermo
sermonis · sapiencia sapiencie · verbum ubi · q̄
erat in principio apud deum · omnia
per ipsum facta sunt · et sine ipso factum
est nichil · Sermo sermonis · cum venit
a regalibus sedibus · in similando po
tans impiud viuus et efficax et pene
trabilior omni gladio ancipiti · Sapi
encia sapiencie · que attingit a fine usque
ad finem fortiter · et d · o · s · paradisus
deliciarum · ortus aromatum · cella vi
naria · cenaculum magnum · mensa pro
posicionis · quadriga aminadab ·
turris dauid · Gazophilacium templi ·
Thesaurus prissannhac · hic est fons
ortorum · puteus aquarum viuencium
q̄ fluunt impetu de libano · Nunc
ergo dyaconus corde puro · ore mun
dum et ope castum se studeat exhi
bere · quatenus sacrosanctum ewangeli
um possit digne proferre · q̄r puteus a
quarum viuencium dominus · i · ewangeli
ca predicacio fluit impetu · i · libere de
libano · i · de corde casto et ore candido
non est enim speciosa laus in ore peccatoris
Sed peccatori dicit deus · Quare tu enarras
iusticias meas · et assumis t · in · p
o · t · Illam non loquitur moyses · qui
ab heri et nudius tercius nō est eloquens
sed impedicioris et tardioris lingwe factus
est ex quo dominum sibi loquentem audi
uit · hic nō loquitur ysaias · qui de se
dicit · ve m · quia tacui · quia vir pol
lutus labys ego sum · hic nō loq̄
tur Jeremias · qui dicit · a · a · a · domine
deus nescio loqui · q · p · e · s · Sed
hic loquitur pater in filio · quem con
stituit heredem vniuersorum per quem
fecit et secula · Quare post ewange
lium liber et thuribulum ad epm portatur

Ewangelio perlecto liber et thuri
bulum ad pontificem portā
tur · quia ad deum omnia bona sunt
referenda · a quo cuncta procedunt ·
Unde multi psalmorum intitulantur
in finem psalmus dauid · quia xpc
est finis consumans · si nō consumens
alpha et o · primus et nouissimus
inicium et finis · Episcopus go thus ado
rat et codicem osculatur · quia xpc
q̄ inspirauit et docuit · hoc approba
bat et acceptat · deus enim nichil ac
cipit nec remunerat nisi q̄d dedit
quia sicut cuncta q̄ facit sunt bona
sic nulla sunt bona · nisi q̄ facit ·
Nam vidit deus cuncta q̄ fecerat et
erant valde bona ·

Quia vero corde creditur ad iusti
ciam ore fit confessio ad salu
tem · ut ostendat ecclesia q̄ ewange
ly verbum corde recepit mox fidei
symbolum ore decantat · q̄ tamen
a pre incipit · ut significet omne bo
num a xpo procedere · Nam omne datum
optimum et omne d · per · d · e · d · a
p · l · Nouissime ut musicus ille ce
lestis dicent · Cantauimus vobis
et nō saltastis · chorus catholice
ewangelice doctrine consona voce
respondet · et sollempni tripudio fi
dem catholicam profitetur · Symbo
lum autem grece latine sonat iudi
cium vel collacio · tum quia simul

continet articulum fidei. Traditur enim quod postquam apli spm paraclitum acceperunt cum iam forent ad predicandum ewangelium profecturi conferentes in unum super articulis sibi statuerunt, ut sicut omnes erant in una fide concordes. sic omnes unam fidem concorditer predicarent. Et ideo symbolum componentes unusquisque bolum i. particulam unam apposuit. Unde secundum aplorum katalogum duodecim particulas demonstratur continere symbolum. Ergo post ewangelium fidem post predicationem audit verbi Johannes h eo loquente multi crediderunt in eum. Nam et secundum aplum fides ex auditu. auditus autem per verbum xpi. Damasus papa constituit ut symbolum cantetur ad missam ex decreto universalis synodo apud constantinopolim celebrate. De duodecim particulis synodi

Petrus Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre. Andreas Et in ihm xpm. fi. eius. uni. d. n. Jacobus. qui conceptus est de s. s. na. ex m. v. Johes passus sub pon. pi. c. m. et se. Philippus descendit ad inferna. t. di. re. a mor. Bartholomeus ascendit in celum se. ad dex. d. p. o. Thomas Inde venturus est iudi. vi. et mor. Matheus Credo in spm sanctum. Jacobus Sanctam ecclesiam katholicam. sco. co. Symon remissionem peccatorum Thadeus Carnis resurrectionem Mathias Vitam eternam

Constantinopoli

Continetur symbolum duodecim clausulis demonstratur continere prima Credo in unum deum Secunda et in unum ihm xpm Tercia qui propter nos homines Quarta Crucifixus etiam pro nobis Quinta et resurrexit tercia die Sexta ascendit in celum Septima Et iterum venturus est cum gloria iudicare Octava Et in spm sanctum Nona et unam sanctam katholicam Decima Et vitam venturi seculi Amen. Ipsi sunt duodecim panes qui recentes et calidi

super mensam propositionis coram domino ponebantur. hec sunt dona que princeps obtulit in consecratione altaris duodecim obtulit diebus. Duodenarius enim numerus multiplicatus est sacratus. In xii fontibus xii lapidibus et xii sedibus In xii horis. xii ascensibus et xii annis. In xii signis. xii stellis et xii gemmis In xii portis xii angelis et xii fundamentis In xii virgis xii avibus et xii cophinis In xii fialis et xii acetabulis et xii mortariolis In xii bobus xii leunculis et xii arietibus Est autem numerus superhabundans constans ex duobus senariis significantibus perfectionem cogitationis et operis sive mentis et corporis. ex ternario multiplicato per quaternarium et quaternario per ternarium significantibus fidem individue trinitatis et iiii ewangeliorum doctrinam sive tres virtutes katholicas et quatuor virtutes politicas. Hii numeri ex suis partibus aggregatis excrescunt in se decenarium qui constat ex senario et denario mandatorum execucionem significans. quia x. sunt legis mandata. que sex diebus exercentur. excrescentes in caritatis perfectionem. que secundum aplum sexdecim proprietates nobis demonstrat. Caritas inquit paciens est. benigna est. non emulatur non agit perperam non est a. n. q. q. s. s. n. i. n. c. m. n. g. s. i. c. au. n. om. sufferet omnia credit o. s. o. p. Caritas numquam excidet. Quibus diebus sit symbolum cantandum

Symbolum autem in illis tam sollempnitatibus cantari debet ad missam de quibus aliqua mencio sit in symbolo. videlicet omnibus diebus dominicis. natali domini. Epiphania. Cena domini. pascha. Ascensione. penthecoste. omnibus festivitatibus bte marie et sce crucis. angelorum. aplorum. dedicationibus ecclesiarum et commemoratione omnium scorum. quamquam in ipsa sit dedicationis festivitas. Infra octavas natalis, excepta die innocentum in quo

cantica leticie subticent̄ tū q̄a vox ī ra
ma audita est ploratus ⁊ vlulatus
multus rachel plorans filios suos. tū
quiā innocentes descenderunt ad infe
ros. tū etiā quiā nō loquendo s; mori
endo confessi sunt. In octaua tū can
tat̄ ꝓpt' resurrectionis gl'am quā oc
taua significat. Infra oct' epiphā. pasce
ascensionis. penthecostes. aplōꝝ pet'
⁊ pauli. et assumpcionis b'te marie c
Unde licet in nat' b'ti Johis bapt' et
festiuit' s'ci laurencij symbolū nō can
tat̄ in octaua tū eoꝝ cantat̄ eo q̄
infra oct' aplōꝝ et assumpcionis ad
ueniāt. et ob h' in octaua s'ti Johis
ꝑfacio d' aplis et in octā s'ti lauren
cij ꝑfacio d' assūpcione cantat̄. hoꝝ
oīm commemoracō fit in symbolo. quo
rundā tamē obscure ut epiphanie
q' est festū baptismatis. d' quo ꝯfi
tetur in symbolo. Confiteor vnū ba
ptisma. cene dn̄i q' est sollempnitas
eukaristie. ad quē respiat illud qđ ī
symbolo continetur. Scōꝝ cōmunionē.
angeloꝝ qui nomie celi dn̄t intelligi
cum in symbolo dicit̄. creatorē vel
factorem celi et tre. s'm illud In prīci
pio creauit deus celū et trā. ⁊ natu
ram angelicā et mundanā. Qui
busdam tamen videtur in festiuita
tibus angeloꝝ nō est symbolū decan
tandum eo q' angeli in qua habeant
fidem. s; spem nō credentes s; agnoscē
tes. dedicacionis ecclie. ad quā respi
at illud. Scām ecclam katholicam
Tunc enī ut ita dicā sc'ificat̄ et ka
tholizat̄ ecclia cum dedicat̄. ad octa
uas respiat resurreccō mortuoꝝ de
qua continet̄ in symbolo. Expecto re
surrectionē mortuoꝝ. In festo tū ag
netis s'cde. symbolū nō cantat̄. q'a
licet in octā celebret̄ nō est festū octa
ue. Unde nec in kl'ario scribit̄ nec ī ec
cl'a ꝓnūciat̄ octaua. Quidā non
absurde singulis diebꝰ paschalibꝰ

sicut oībus dieb; dominicis symbolū
cantat̄ a die resurreccōnis usq; ad
festum ascēsionis. Quidā etiā sym
bolū dicunt in sollempnitate sancte
marie magdalene dicentes illā apo
stoloꝝ ap'lam ꝓ eo q' ipsa ꝑma resur
reccōnis gaudiū aplis nunciauit.
De q'busdā tū mencio fit ī symbo
lo. in quoꝝ commemoracōne symbo
lum nō cantatur ut passionis et
sepulture. qm̄ illoꝝ dieꝝ officium
alioꝝ officioꝝ regulam nō sectat̄.
Quia vō xp̄us nō uenit ꝑdica
re gentibus s; iudeis iuxta qđ
ipse dicit in ewangelio Nō sū miss'
nisi ad oues q' perierunt domus
israhel. vn̄ ꝑcepit aplis. In viam
gencium ne abieritis. et in ciuitates
samaritanoꝝ nō intraueritis. donec
post resurrectionē ꝑcepit eisdem eū
tes in mundū vniu'sum ꝑdicate euā
geliū omī creature. Ideo Romano
pontifice sollempnit' celebrante sym
bolū fidei nō cantores in choro s; sub
dyacones ad altare decantant. et
ipi gn̄ale vniu'sa respondet. usq; d'
pontifex dicat. Pax domini sit semper
uobiscum. qm̄ usq; post xp̄i resurr'
cionē sola iudeoꝝ ecclia que p subdi
acones designat̄. qui sursū ad alta
re consistunt. corde credidit ad iusti
ciam et ore confessa est ad salutē
s; extunc cantores in choro respondent
et vniu'sa decantant. quia post re
surrectionē eccl'a gencium quā cantores
deo. ꝑcomia saluatori psallunt sig
nat. qui deorsū in choro subsistunt
fidē xp̄i suscepit. Int' ewangeliū
tū et sacrificiū chorus concinit off
torium. qm̄ int' ꝑdicacionē ⁊ passio
nē gentilitas fidei votū offerens
decantauit. qm̄ mulier chananea
a de finibꝰ tyri et sydonis egressa
clamauit et dixit. Miserere mei dn̄e
ne fili dauid. filia mea a demonio

Cuius tandem fidem commendans dominus
ait. O mulier magna est fides tua
fiat tibi sicut petisti. De offertorio

Dicturus sacerdos oremus pre
mittit dominus vobiscum quia impossibile
nobiscum sit dominus ad salutem orare non
possumus. Statim autem cantatur offerto
rium trahens nomen ab offerendo quia
dum offertorium cantatur sacerdos recipit
oblationes a populis vel hostias a
ministris. hylarem enim datorem diligit
deus ordo conveniens ut post predica
ciones sequatur fides in corde. laus
in ore. fructus in opere. fides in sym
bolo. laus in offertorio. fructus in
sacrificio. quapropter offerenda cantatur
quia sacrificium laudis offertur. Unde
psalmista. Circuibo et immolabo in
thabernaculo eius h. i. c. et p. d. do
mino. Et in paralipomenon Cum offer
rent holocausta ceperunt laudes ca
nere domino. et in diversis organis que da
vid rex domini operat concrepare. De
silencio post offertorium

Post hoc sacerdos expectat si
lencium solummodo instante me
moria dominice passionis illud in
sinuans quod ihesus iam non palam
ambulabat apud iudeos cum cogi
tarent eum interficere sed abiit in re
gionem iuxta desertum in civitatem que
dicitur effrem et ibi morabatur cum
discipulis suis Collegerunt ergo
pontifices et pharisei concilium et dice
bant quid facimus quia hic homo
multa signa facit si dimittimus
eum sic omnes credent in eum/ et
venient romani et tollent nostrum l. et
g. Unus autem ex ipsis Cayphas
nomine cum esset pontifex anni illius
dixit eis Vos nescitis quicquam nec
cogitatis quia expedit nobis ut
unus homo moriatur pro populo et n. t. g. p.
Ab illo ergo die cogitaverunt ut in
terficerent eum. Silencium ergo sacerdotis
latibulum christi significat. De ablutione manuum antequam sacrificium offerat/

Notandum vero cum autem sacerdos dixe
risset oremus non statim subiungit
orationem sed antequam ad altare procedat
manus abluit. quatenus lotis manibus
oblationem accipiat. incensum offerat
et orationem effundat. Scriptum est in ex
odo Facies labium eneum ad lavandum
ponesque illud in thabernaculo testi
monii et quando accessuri sunt ad alta
re manus lavent. Cum ergo iam ma
nus suas lavisset episcopus ingressurus
ad thabernaculum testimonii et qui ac
cessurus est ad altare magis magis
que mundatus offerat hostiam immacu
latam. scilicet deo que placentem/ unde psal
mista cum esset mundatus petebat
amplius mundari. Amplius inquit
lava me domine ab iniusticia mea et a
d. m. m. m. Sacerdos vero qui hostiam
oblaturus debet lavare confitendum la
crimas primo secundum illud lavabo per
singulas n. lec. m. la. m. stra. m. r.
Nam et christus antequam verum et uni
cum sacrificium in ara crucis offerret
in resurrectione lazari lacrimas in
sanctis effudit et evangelista testa
te Ihesus inquit infremuit spiritu tur
bavit semetipsum et lacrimatus est.
Interim vero dyacon/ De corporalibus

Lineas corporales pallas super alta
re disponit que significant lintea
mina quibus involutum fuit corpus christi
Pars autem illa que ponitur plicata super
calicem significat sudarium quod fuerat
super caput eius separatim involutum
in unum locum/ de hiis ita reperi
tur in canone consulto omnium constituimus
ut sacrificium altaris non in serico pan
no aut intincto numquam quis ce
lebrare presumat sed in puro linteo ab
episcopo consecrato terreno scilicet lino pro
creato atque contexto sicut corpus do
mini nostri ihesu christi in syndone munda linea

sepultum fuit post tamen in hys aliud figu
rari. duplex enim palla que dicitur corpora
le una quam dyaconus super altare
totam extendit. altam quam super calicem
plicatam imponit. pars extensa sig
nificat fidem pars plicata significat intel
lectum. hic enim misterium cordis deleri s
comprehendi non valet ut fides habe
at meritum cum humana racio non pro
bet experimentum. Credamus ergo ex cor
de puro et consciencia bona et fide non
ficta sed non presumamus discutere quia
perscrutator maiestatis opprimetur a gloria
Nam qui dixerunt durus est hic ser
mo et quis potest illum audire abierunt
retro et iam non ambulavit ad ypoc

De oblacione

Tunc surgens sa
cerdos ad altare procedit ubi in
stitutam oblacionem accipit a ministris il
lud insinuans quod Johannes ewangeli
sta describit Jhesus igitur ante sex dies
pasce venit bethaniam ubi fuerat
lazarus mortuus quem suscitavit
ihesus. fecerunt autem cenam ibi et
martha ministrabat oblacione sus
cepta statim adoletur incensum per
quod illud innuitur quod statim ab ewan
gelista subscribitur Maria ergo ac
cepit libram unguenti nardi pistici
preciosi et unxit pedes ihesu et domus
repleta est ex odore unguenti quod autem
sacerdos tercio superaddit circumduca
tur incensum designat quod maria ter
exhibuit et adhibuit unguentum circa
corpus ihesu primo cum unxit pedes
ipsius in domo symonis pharisei
secundo cum in domo symonis leprosi su
per caput eius unguentum effudit ter
cio cum emit aromata ut veniens
ungeret ihesum iam positum in sepulcro
voluntas enim reputatur pro facto cum
per ipsam non stetit quo minus comple
verit quod incepit quod undique totum in
censatur altare designat quod factum
illud undique respergit ecclesiam sicut
dominus ipse testatur Amen dico vobis
ubicumque predicatum fuerit hoc ewangeli
um in toto mundo dicetur et quod hec fe
cit in memoriam meam. Moraliter
autem incensum devocionis adolen
dum est in thuribulo cordis igne
caritatis ut odorem suavitatis e
mittat de quo dicit scriptura Fun
gi sacerdocio et habere l. in n. e. et
o. i. i. d. i. o. s. Item enim incensum sacer
dos accipit id est xpistus acceptat et
incensat ex eo sacrificium et altare

De aqua que vino miscetur in calice

Verumtamen adhuc oblacionis
misterium plenius explicare
subdyaconus enim calicem portat pa
nem et vinum in illo disponens quia in
minore lex que per subdiaconem hoc
congrue designatur huius oblacio
nis misterium presignavit docens
quod melchisedech rex salem protulit
panem et vinum abrahe erat enim
sacerdos altissimi quod exponens prophe
ta dicit ad xpistum Tu es sacerdos
in eternum secundum ordinem melchise
dech dyaconus autem calicem preparatum
accipiens in altari componit quia
ewangelium eius est figura dyaconi
huius sacrificii ritum commendavit ec
clesie quam per altare supra diximus
figurari. prius tamen dyaconus pate
nam cum hostia tradit episcopo quam
episcopus ipse super altare disponit insinu
ans quod ipse inter xpistus sacramen
tum instituit et ecclesie tribuit celebran
dum Hoc est inquit corpus meum
quod pro vobis tradetur hoc facite in
meam commemoracionem. Episcopus a
quam vino commiscet in calice quia
xpistus populum sibi reconciliavit in mor
te. Scriptum est enim quod aque multe sunt
populi multi. xpistus autem sanguinem suum
effudit pro populo sicut ipse testatur hic
est sanguis meus novi testamenti
q. p. m. e. i. r. pec. et de latere xpisti

simul exiuit sanguis et aqua. quoniam
nec xpūs sit sine populo nec populus
sine xpo. quia cum aqua vino mis
cetur xpo populus adunatur. Cum
hoc quod instituit lex mosaica prefigura
uit sicut exponit apls dicens Bi
bebant autem de consequenti eos
petra autem xpūs. quapropter ampulla
cum aqua tradit subdiaconus epo
quam epūs fundit in calicem ut si
cut aqua non separatur a vino sic po
pulus nunquam separatur a xpo. Calix
ponitur ad dextrum locum oblate qui
sanguinem xpi susceptaturus. qui de late
re domini creditur profluxisse. Nam sic pa
nis in corpus ita profecto vinum transmu
tatur in sanguinem. Deponens cum sacer
dos accipit patenam et urceolum
calicem ac thuribulum cum incenso
efficiat super ea crucis signaculum
ut per crucis virtutem omnis conatus
dyabolice malignitatis effugiat
ne contra sacerdotem vel sacrificium
aliquomodo prevaleat. ob hoc eodem modo
dum crucis superducit et circumducit
incensum in sacrificium et altare
quatinus crucis signaculo et thuris
incenso dyabolice fraudis malig
nitas extirpetur sicut prescriptum simul et os
tendimus ad id utrumque valere. De
Patena que dicitur patena
a patendo cor latum et amplum
significat. Super hanc patenam i. su
per latitudinem caritatis sacrificium
iustitie debet offerri. ut holocaustum
anime pingue fiat. hanc latitudi
nem cordis habebant apli cum pe
trus dicebat Et si oportuerit me mo
ri tecum non te negabo. Similiter
et omnes discipuli dixerunt. propter quod
dns monuit dicens Spūs quidem promp
tus est caro autem infirma. Sed lati
tudo cordis ab eis affugit et lati
it cum omnes discipuli magistro fuge
runt et latuerunt. Et ideo postquam sus

ceptam oblatam sacerdos abscondit
sub corporali patenam vel aput alta
re remotam subdiaconus continet
inuolutam. per quod discipulorum fuga vel
latibulum designatur. quia cum verum sacri
ficium offerretur relicto xpo fugerunt
et latuerunt sicut eis ipse predixerat
Omnes vos scandalum patiemini in me
in ista nocte. Scriptum est enim percutiam
pastorem et dispergentur oves gregis
Postquam autem surrexero precedam vos in
galileam. Et ideo sacerdos dominice re
surrectionis annunciaturus eulogi
um resumit patenam. quia cum esset se
ro die illa una sabbatorum et fores essent
clause ubi erant discipuli congrega
ti propter metum iudeorum. venit ihs et stetit
in medio eorum dixit eis pax vobis re
sumens oves que trepidantes [illegible] fu
gerant.

Tunc sacerdos inclinans ait pri
mum pro se deinde pro populo monens
ut pro eis oret pro ipso. Orate inquit pro
me fratres karissimi. Debemus enim inuicem
orare secundum aplm ut salvemur. Nam et
dns inquit in evangelio Amen dico
vobis quod si duo vel tres consenserint
de omni re super terram quecumque pe
tierint fiet illis a patre meo qui est in celis. Or
auit autem et xpus pro se primum. Pater
venit hora clarifica filium tuum ut filius
tuus clarificet te. Deinde pro populo di
cens Pater sancte serva eos quos de
disti michi ut sint unum sicut et nos.
Per hoc autem quod sacerdos inclinat se
humiliationem xpi significat qui exina
nivit se formam servi accipiens. factus o
bediens usque ad mortem mortem autem crucis. Nunc tandem sacer
dos dicit orationem quam intimisit. quia
tunc demum xpus redijt ierosolimam
ad domum orationis quam ad tempus
deseruerat cum secesserat in effrem. sicut
habetur in evangelio. Cum venisset
ihesus ierosolimam intravit in templum dei et
eiecit ementes et vendentes de templo di

dicens / domus mea domus orationis vo
cabitur **De prefacione**

Quia vero iam iterum palam ambu
labat ihesus ita quod in crasti
num turba multa que convenerat ad
diem festum cum audisset quia ve
nit ihesus ierosolimam acceperunt
ramos palmarum et obviam processerunt
clamantes Osanna benedictus qui venit
in nomine domini rex israhel. levat i
terum vocem sacerdos dicendo palam
per omnia secula seculorum. Finis orationis
est inicium prefacionis per quod sacerdos in
sinuat quia christus est lapis angula
ris. qui facit utraque unum iudeos con
iungens et gentiles ut sit unum ovile
et unus pastor Unde post laudem
iudeorum ewangelista describit fidem
gentilium. Erant inquit quidam gentiles
ex hiis qui ascenderant ut adorarent
in die festo. hii rogaverunt philippum
dicentes Domine volumus ihesum videre
Dicturus autem sacerdos verum atten
cione dignissimam salutacionem pre
mittit optans nos tales existere a
quibus dominus maneat dignetur et illud no
biscum celebrare convivium. ad quod con
vivium mulier attulit alabastrum
unguenti Unde statim sacerdos ad
iungit Sursum corda. Chorusque sub
iungit. habemus ad dominum. concentus illa
sicut vere mulier unguentaria sur
sum ad ipsam dei divinitatem cor
elevet. et illud caput quale deo per
fidem ungens unguento catholice
confessionis perungat. Cuius sane
precomium sacerdos prosequitur dicens
Gracias agamus domino deo nostro. chorus
que respondet. dignum et iustum est.
Gracias enim omnipotenti deo dignam referre
per christum dominum nostrum ardentes et
confitentes quod per ipsum maiestatem
eius laudant angeli adorant domina
ciones. tremunt potestates / Nimirum

hec divinitatis eius archanum / cuius un
guentum preciosum est super caput eius un
guentum effunde quod ewangelica pig
menti medulla Johannis ewangeliste
confitetur In principio erat verbum et ver
bum erat apud deum et deus erat verbum. Omnia per ipsum
facta sunt et sine ipso factum est nichil. hec sacre
confessionis precomium ita recte conclu
dit ecclesia ut tunc angelis et homini
bus decantet hunc devoti pectoris
ympnum Sanctus. sanctus sanctus etc. ympnus
iste partim angelorum partim hominum ver
ba complectitur. legitur enim in Y
saia quod seraphyn clamabant al
ter ad alterum et dicebant Sanc
tus. sanctus. sanctus dominus exercituum. plena
est terra omnis gloria eius. legitur quoque
in ewangelio quod qui preibant et qui
sequebantur clamabant dicentes O
sanna filio david benedictus qui venit in nomine
domini. osanna in altissimis. Vox an
gelorum trinitatis et unitatis in deo
commendat in deo archanum Vox
hominum divinitatis et humanitatis
in christo personat sacramentum Potest
tamen prefacionis officium ad aliud
referri quod ihesus ascendit in cena
culum magnum stratum in quo in
ta locutus est cum discipulis su
is. et gracias agens ympnum retulit
deo patri quem Johannes in ewangel
io describit usque dum egressus
esset trans torrentem cedron de quo
dicit matheus et ympno dicto exierunt
ad montem oliveti. Gelasius papa
tractus et ympnos composuit
et sacramentorum prefaciones tanto
quidem et elimato sermone dicta
vit. Istum autem ympnum cantari
constituit **Exposicio prefacionis**

Monet autem sacerdos ut cor
da sursum habeamus ad
dominum secundum exhortacionem apostoli
dicentis. Que sursum sunt querite

non que super terram Nam ubi est
thesaurus tuus ibi est et cor tuum
Multi quippe dum ore loquuntur cele
stia corde meditantur terrena
quibus dominus improperat per prophetam po
pulus hic labiis me honorat cor
autem eorum longe est a me In qualibet
igitur ordine peccatum est sed in ista peri
culum cor habet divisum ab ore vel
os habet divisum a corde Nam qui
semetipsum non audit nec deus illum
exaudit Chorus ergo respondens pro
fitetur se sacerdotis monita suscepisse
cum ait habemus ad dominum
Diligenter ergo provideat ne cor huius
deorsum ad seculum spiritus sanctus dam
nabiliter menciatur Sacerdos autem
postquam attentos reddidit et devo
tos hortatur ut gratias agamus domino
deo nostro quoniam ipse est deus et creator
Ipse est dominus i. redemptor Ipse est noster
i. salvator Tunc erit verissime
noster cum est omnia in omnibus i. suf
ficiencia singulorum Ipse est deus
qui de nichilo nos creavit ipse enim
dominus qui suo sanguine nos redemit
Ipse est noster qui suo munere nos
salvabit qui creando dedit nobis
naturam qui redimendo tribuit graciam
qui salvando conferet gloriam Cho
rus ergo respondens sacerdotis ver
bum approbat et affirmat dignum
inquit et iustum est dignum est quantum
ad deum quia ipse est dominus deus noster Ius
tum est quantum ad nos quia nos su
mus populus eius et oves pascue eius
Vere dignum et iustum est equum et
salutare nos tibi semper et ubique dignum
quia nos mera voluntate fecisti
Iustum quia nos pura misericordi
a redemisti equum quia gratuito nos
iustificas Salutare quia nos tecum
in glorificas agere gratias tibi do
mine sancte ubique pater omnipotens

semper eterne deus unde psalmista In omni loco
dominacionis eius b. a. m. d. Et iterum
Benedicam dominum in omni tempore s. l. e. i. o.
m. In do. la. per Christum dominum nostrum ad
vocatum enim habemus apud patrem Ie
sum Christum iustum qui interpellat pro
nobis et ipse est propiciacio pro peccatis no
stris qui exauditur in omnibus pro sua r
verencia per eundem ergo quasi per mediato
rem laudes offeramus per eum quasi
per advocatum gratias exhibemus Per
quam maiestatem tuam l. a. a. d. t. p. unde
per illum laudant adorant et tremunt
per quem omnia facta sunt per quem omnes
spirituum ordines sunt creati Nam deus
dixit fiat lux et factum est verbo dixit et
verbo fecit quia verbo domini celi firma
ti sunt et In principio erat verbum et v. e. a.
d. e. d. e. v. h. e. i. a. d. o. p. f. s.
e. s. i. f. e. n. laudant unde psalmista
in ista laudate eum omnes angeli eius
adorant unde Esdras exercitus celi et
tibi adorant tremunt unde Iob colump
ne contremiscunt et pavent ad nutum
eius Tremere vero dicuntur non metu for
titudinis cum sint perfecte beati sed cum
tremoris affectu vel obediencie famulatu
cum secundum apostolum omnes sint admini
stratorii spiritus in ministerium destinati Ce
li dicuntur laudare quia laudis pres
tant materiam unde propheta Celi celorum
et aque et aque que super celos sunt
laudant nomen domini Unde per celos h.
tronos accipit quia dominus ait Celum
mi sedes est Seraphym ardens vel
succendens interpretatur eo quod pre ceteris ar
dent vel succendunt in caritatem
Reperitur autem hoc nomen et neutrum
et masculinum sed neutraliter terminatur
in n. ut in hoc loco beata seraphym
masculinum enim terminatur in m. ut in propheta
Seraphym clamabant alter ad alte
rum Verum cum novem sint ordines
angelorum quare tribus exclusis sex

tantū in p̄sacione ponitur an nō illi
cū ceteris ꝑ maiestatem glificant et
adorant absit Nam v̄tutes celorum
omnes ordines comprehendunt Unde
p̄s̄lm̄ Verbo dom̄i celi firmati sunt
et spū o e o v e / Dn̄s virtutum ipse
est rex glorie Vel forte licet occulta
tamen cā purissima est tonc Dion
sius qui pre tres tradidit ordines an-
gelorum trinos in singulis ponens ut
similitudo trinitatis eis insinuetur in
ipsa Sunt enī tres ordines superiores
tres inferiores tres medii Superiores che
rubin Sera. Tronus. medii dnacōnes
pri. po Inferiores v̄tutes archangeli
angeli De singulis aut hic medius
ordo subtrahit. De superioribus autem
archangeli quia comparacione trinitat-
tis eius maiestatis hic proprie cōme
datur. omnis alia trinitas diminuta re
peritur et imperfecta Nam quis in nubibus
equabitur dn̄o a. q. s. e. d. i. f. d. Que
dam enī increate trinitatis relucet ve
stigium in omnibus creaturis tam in an
gelo quam in homine quam in mundo
Nam ad angelum inquit ꝓpheta Tu sig
naculū similitudinis plenus sapie
cia et perfectus decore De homine dicit
scriptura fecit deus hominem ad yma
ginem et similitudinem suā De mun
do dicit apl̄s Invisibilia dei per ea que
facta sunt a creatura mundi intel
lecta conspiciuntur Quelibet autem
trinitas sive spiritualis in angelo sive
corporalis in mundo sive spiritualis et cor
poralis in homine similitudinem quen
dam divine trinitatis ostendit Ipsius
tamen similitudinis nō parat veritate
tem Deus enī est spūs increatus
immensus incommutabilis quia non
variat affectum Summe potens cui ni-
chil impotencie Summe bonus cui ni
chil est invidencie a quo omnia per
quem omnia in quo omnia a quo omnia

sunt potenter creata per quem omnia
sunt sapienter formata in quo omnia sunt
diligenter conservata per diligenciam
per potenciam patrem causam efficientem
per sapiam filiū causā efficientem
per diligenciam spūm sanctū causā perfi
cientem Tres enī sunt qui testimoniū
dant in celo pater verbum et spūs scūs
et hii tres unū sunt Tres personaliter
sua quisque nocionum distinctus pater
generacione Verbum filiacione spūs
scūs processione Unū essencialiter to
tum omnes qui singuli natura poten
cia voluntate et omnino quicquid secundum substantiam
predicatur hanc etiam et individuā tr-
initatem laudant angeli adorant do
minaciones tremunt potestates Celi celorum
et virtutes voces Duas enī omnipotens
rācionales condidit creaturas angeli-
cam et humanam que laudibus di-
vinis insistunt et ei gratiarum referunt
actiones quas dum pari voto conce
lebrant tamquā superiores et inferio
res corde in celesti cythara sonant.
de qua dicit Johes Et audivi vocem
cytharedorum cytharisancium in c. s.
cantabant quasi canticum novum supplici
confessione quia nō superba presumpcio
ne sed humili laude dicentes Sancti
scūs scūs dn̄s deus sabaoth Ter
seraphyn clamabant sub excelso
dei solio secundum ꝓphetam sed et quatuor
animalia secundum Apokalipsim in circui-
tu sedis requiem nō habebant die ac
nocte dicencia Scūs. scūs. scūs.
dn̄s ds. omnipotens ds. ds. sanct-
ta scificans nō autem scificatus
Unde sci estote quia scūs sum ego
inquit ds noster Sanctus pater dicente
te filio Pater sanctifica eos in veri
tate quos dedisti michi quia tu scūs
es Sanctus filius angelo prestan
te quod nascetur ex te sanctum voca
bitur filius dei Scūs spūs sanctus

xpus docente Accipite spm scm quoz
remiseritis p r e Dicit aut dns deus
sabaoth i dns deus exercituu videli
cet angelorum et hom quoz tribulis
est ut castrorz acies ordinata Tot
enī exercitus deus habet in tra quot
sunt ordines in ecclia tot habet ce
lus qt sunt in angelis nomie celorz
i tre angeli et homines diuina plem
gracia phibent vel ad lram celi i
tra gla diuina replent quia deitas
est ubiq Unde psalmista Si ascē
dero in ce tu il es si de in i a e
Super omnia nō elatus Subt omia
nō pstratus int omnia non inclusq
extra omnia non exclusus Unde re
pit in Job Excelsior celo est i quo
facies profundior inferno i vnu
cognosces longior tra mensura
eius et lacior mari Osanna eos ne
cessariu est ad etiaz salutez incar
nacōis qz misteriz confitei recte
subiūgit Benedicta qui venit
in nomie domi Ego inqt veni in
nomie patris mei nomen patris ē
filius de quo dicit ppheta Ecce no
men dni venit de longinquo
Osanna in excelsis Vbuz hebre
um est qd dicit salua obsecro h
posuit ex osi q est salua i anna
q est interiectio obsecrantis vel o
si anna due sunt dictiones parti
dist prolate Bis aut dicit osan
na ppt duas ptes salutis que
sunt stola mentis et stola corpis
qbus sancti beatificant in gla h lau
dis versiculus in psalmo cente
simo septidecimo repit Hoc eni
turbe dixerunt osanna hoc est
q ibi dicit O dne saluu me f
et eisdez vbis subiūgit Bndic
tus qui venit in nomie domi
Explicit secunda particula Jn
cipiunt capitula tercie particule Cap

De sacramento eukaristie De di
uersis figuris eukaristie que pre
cesserunt in veti testamento Qua
re sacramentu corporis i sanguinis xpi
fuit institutu in spē panis i vini v
bi traditur q panis debet esse de fru
mento vinuqz de vite Vtz panis
nō fermentatus si azimus debet offerri
in sacrificio vbi ponuntur et soluuntur
obiectiones quas greci contra latinos
inducunt De tribus vbis que forte
consecratoie inducunt adiecta vbi mō
stratur q tm de vbis qm facta omnia
multa pretermiserunt ewangeliste que
apli suppleuerunt Quando xpc cō
fecit sub qua forma De veritate
corporis et sanguinis x sub spē panis i
vini vbi docetur qua vtute panis in
corpus et vinu transsubstanciatur in sanguinez
Ostenditur etiaz q ipse xpus i sacramento
comeditur integer et illesus et sicut
p substāciones cibo nō crescit ita p
gmestionez penitus non decrescit
Q sub tota forma totu corpus exsistit
ubi traditur q totalis panis in totale
corpus conuertitur ita q nulla ps panis
transit in aliquā ptem corporis De
tur etiaz vtz corpus x sub sacra
mento faciat localem distanciaz
et an habeat situ localem De frac
cione vbi dicitur quare fiat fractio
vel attricio Vtz accidencia panis et
vini post consecracionez sint i sb
iecto De confessione berengarii
qd etia a mure comeditur cu sacra
mento corroditur Quare corpus x
dedit in cena sup quo triplex opini
o recitatur Innuitur etia si pe aliq
sacramenti p tēmpus mortis reserua
ta fuisset quare remansisset corpus
sub illa Vtz Judas recepit euca
ristiam sup quo duplex assignatur
opinio dicitur etia vtz sacerdos negare
debeat eucaristiaz criminoso / dicitur etc

Utrum sumitur ad bonum an ad malum eucaristiam mox tradierit · traditur etiam quod eucaristia non debet dari iniuncta De duobus modis eukaristiam sumende dicitur Quid fiat de corpore xpi postquam sumptum fuit et comestum ubi dicitur quamdiu presentia manet corporalis quod a bus ille non consumitur · nec digeritur nec secessum a vomitus post solam eucaristie susceptionem eveniat utrum xpus localiter descendat de celo vel ascendat in celum cum exhibet aut subtrahit presentiam corporalem Quando fiat transsubstantiatio · quod demonstravit xpus sicut sacerdos cum dicat · hoc est corpus meum · sive dicendo · manducate ex hoc omnes / De forma verborum · utrum per additionem vel transmutationem vel transpositionem effectum consecrationis amittat De transsubstantiatione panis transsubstantietur in xpum / De modo transsubstantiationis utrum sit formalis an essentialis Cur eucaristiam sub duplici specie consecrat cum sub alterutra specie sumatur utrumque ubi queritur · utrum sanguis sub specie panis an caro sub specie vini bibatur aut comedatur / Utrum panem sine vino · vel vinum sine pane valeat consecrari ubi queritur si post prolationem illorum · hic est sanguis meus novi testamenti · impedimentum accidit sacerdoti · quominus procedere valeat quid sit in hoc articulo faciendum · et si vinum inveniri non possit vel aliquo casu defluat · utrum necessitate cogente vel casu intercedente sola panis materia possit in eucaristiam consecrari · quid etiam agendum est sacerdoti si post consecrationem vini in calice compiat contrarium / De duobus sacerdotibus super eandem oblatam concelebrantibus ubi queritur · an ille solus conficiat qui primus consecratoria verba pronunciat De hora institutionis ubi traditur quare xpus post cenam hoc sacramentum instituit et quare nunc ante aliud cibum sit tunc sumendum Quod corpus xpi totum simul est in pluribus locis / Quare sanguis xpi novum testamentum dicatur Quod aqua cum vino mixtatur in sanguinem · ubi ostenditur quare sacerdos postquam presumpsit eodem die denuo non sacrificaverit etiam Quod xpus resurgens a mortuis sanguinem illum resumpserit quem effudit in cruce De modo de circumcisione preputii vel umbilici precisione dicendum sit / et an sit verum sacramentum si plus apponatur aque quam vini / De vino post consecrationem admixto utrum mutatur in sanguinem an vinum sine aqua in sanguinem mutatur · Quod fermentatum transsubstantietur in carnem Quare sub alia specie sumitur eucaristia cum triplex gratia assignatur Quod sacramentum altaris simul est veritas et figura / De sacramenta et re sacramenti et re sacramenti · ubi tria discreta notantur quorum primum est sacramentum et non res / secundum est sacramentum et res Tertium est res et non sacramentum Quod species panis et vini dualibus ex causis intelligitur esse sacramentum corporis et sanguinis xpi · quia continet et significat · ubi queritur cum post consecrationem non sit in altari panis aut vinum quid tunc ibi sit sacramentum Utrum forma panis et vini · diversa sunt accidentia quod eorum dicendum sit sacramentum / Utrum forma panis et vini vel species accidentes et veritas corporis diversa sunt sacramenta / De distinctionibus signo rum ubi ostenditur quod sacramentum et active dicitur et passive · quod etiam sacramentum consistit in rebus · in factis et verbis Quod sanguis xpi dupliciter intelligitur in remissione peccatorum effusus Quod sumptio eucaristie

quitur. ita quod diuisa sunt continentia
a sed unitate est contentum Nam idem
sub utraque specie continetur licet non im
dem utraque substantia conuertatur sicut inferius
planius et plenius ostendetur. dicun
tur etiam sancta et illibata. quia panis
et vinum sacrosanctum corpus et inmacu
latum sanguinem ihesu christi. non enim dicitur
quasi nondum gustata sed potius illiba
ta dicitur. id est inmaculata. quia sine ma
cula cordis et corporis oportet offerri
continens et cor ab iniquitate purgetur
et corpus ab inmundicia. quoniam ut in
quit apostolus. Quicumque manducauerit pa
nem vel biberit calicem domini indig
ne reus erit corporis et sanguinis domi
ni. probet autem se ipsum homo. et sic de
pane illo edat et de calice bibat.
Qui enim manducat et bibit indigne
iudicium sibi manducat et bibit non
diiudicans corpus domini. Ideo sunt
multi infirmi et inbecilles. et dor
miunt multi. De tribus ecclesie sac-

Porro tria sunt ecclesie sa- rificiis
crificia que significata sunt in ue-
teri per propiciatorium. thuribulum et altare
videlicet sacrificium penitencie. sacrifici
um iusticie et sacrificium eucaristie. De
primo. Sacrificium deo spiritus contribulatus.
De secundo. Tunc acceptabis sacrificium
iusticie. De tercio. Tibi sacrificabo hosti
am laudis. Super altare crucis macta
tur. Infra thuribulum thus adoletur.
Ad propiciatorium sanguis infertur. Ca
ro mactatur in contricione. Sanguis
infertur pro redempcione. super altare
corporis. infra thuribulum cordis. ad
propiciatorium dei patris. In hiis sacrifici
is panis vinum et aqua spiritualiter
offeruntur. In sacrificium penitencie vinum
doloris et compunctionis. aqua meroris
et ploracionis. panis doloris et affec
cionis. doloris in corde. meroris in ore.
laboris in opere. In sacrificio iusticie pa
nis fortitudinis et constancie.

vinum rectitudinis et prudencie. aqua
mansuetudinis et temperancie. forti
tudinis inter aduersa. rectitudinis inter
iniqua. mansuetudinis inter probra.
In sacrificio eucaristie panis unitatis
vinum caritatis et aqua fidelitatis. pa
nis pro corpore. vinum pro anima. et aqua
pro populo. sicut infra plenius et planius
ostendetur. Inter hec sacrificia primum
educat. secundum deducat. tercium autem inducat.
Educat incipientes. deducat proficientes.
inducat perficientes. Ex egipto per deser
tum in patriam. Ex egipto confusionis
per desertum peregrinacionis in patriam glori
ficacionis. Hec tria sacrificia sacerdos of
fert in missa. primum in confessione. secundum
in prefacione. tercium in actione. Nam tria
sunt que secundum prophetam deus requirit
ab homine. diligere misericordiam. facere iudici
um. et sollicitum ambulare cum deo. Diligit
ergo misericordiam qui vult offerre sacrificium pe
nitencie. faciat iudicium qui vult offerre
sacrificium iusticie. cum deo sollicitus am
bulet qui vult offerre sacrificium eucaris
tie etc. Pro quibus sacrificium offeratur

In primis etc. Hic primo nobis investigan
dum occurrit. quibus videlicet et pro
quibus et qualiter et quare sacrificium al
taris debeamus offerre. quod quatuor ex ip
so canone possumus euidenter aduertere
quibus soli deo. videlicet in omnimode trini
tati. pro quibus pro ecclesia sancta katholica vi
delicet pro omnibus orthodoxis. qualiter
in unitate fidei videlicet in communione
sanctorum. et quare pro beneficiis corpora
libus spiritualibus et eternis. sed omnibus preter
deum primum notatur cum dicitur. tibi red
dunt vota sua eterno deo viuo et
vero. Secundum pro ecclesia tua sancta catholica.
Tercium communicantes et memoriam vene
rantes. Quartum pro redempcione animarum
suarum pro spe salutis et incolumitatis
sue. Sacrificium quoque laudis offertur genera
liter pro cunctis et specialiter pro quibusdam pro
prelatis et subditis pro viris et mulieribus.

pro sacerdotibus et astantibus pro no-
bis et pro nostris / de prelatis et subditis ibi
una cum papa nostro et omnibus orthodoxis (
De viris et mulieribus ibi memento
domine famulorum famularumque tuarum (
De sacerdotibus et astantibus ibi pro quibus tibi
et omnibus In primis i. principaliter offe-
rimus tibi pro ecclesia tua sancta katholica i.
universali toto terrarum orbe diffusa sed
fidei sacramentis unita quam pacifi-
care digneris ut pacem habeat ab hereticis
et scismaticis et adunare que dispersa
est inter perfidos et paganos quam eciam
custodire digneris a viciis et demoniis
et regere in prosperis et adversis Ideo ipsi
tamen videtur esse pacificare quod adunare
custodire quam regere Tunc enim pacificat
cum fidelium mentes adunat ut per
spiritum sanctum caritate diffusa multitudinis
credencium sint cor unum et anima una.
Tunc custodit cum inter mundi pericula
regit ut de sancto mittens auxilium eam
de Syon tueatur (licet enim septem in a-
pocalipsi scribantur ecclesie una tamen in can-
ticis est columba Nam sapiencia edificavit
ut edificavit sibi domum excidit co-
lumpnas vii. Una igitur est ecclesia vii.
ordinibus distributa vel vii. carisma-
tibus insignita quam ille pacificat
et adunat ille custodit et regit quod
per ipsius regimen et munimen possit
esse universalis ut omnes ab uno sicut cor-
pus a capite gubernatur pro quo statim
oratur una cum famulo tuo papa nostro
Unde constat ut dicit pelagius ab uni-
verso separatos orbe qui qualibet dis-
sensione inter sacra misteria apostolici pon-
tificis memoriam secundum consuetudinem
non frequentant Qui vero non sunt de Ro-
mana diocesi pro suo episcopo dicunt orate pro pon-
tifice cuius unitatem spiritus vinculo
pacis observent Orandum esse pro prin-
cipe apostolus docet ad thymotheum Obsecro
igitur primo omnium fieri obsecraciones ora-
ciones postulaciones graciarum acciones
pro omnibus hominibus regibus et omnibus
qui in sublimitate sunt positi ut
quietam et tranquillam vitam agamus
in omni pietate et castitate / Sicut
enim due sunt vite celestis videlicet
et terrena una qua spiritus vivit ex deo
et altera qua caro vivit ex spiritu sed
utraque vita nutritur ut possit sub-
sistere celestis spiritualibus et terrena car-
nalibus Ita due sunt potestates ecclesias-
tica scilicet et mundana una que moderatur
spiritualia et altera que moderatur carnalia
Ista per clericos et illa per laicos ut ista
vacet celestibus que pertinent ad animam et il-
la terrenis que pertinent ad corpus Post utramque
quam potestatem orandum est pro omnibus or-
thodoxis qui utraque fidei katholice
et apostolice veneratur et colunt Ortho-
doxi quasi recte glorificantes dicuntur qui deum
recte fidei confessione glorificant / licet
autem tantum unus offerat sacrificium (
pluraliter tamen dicitur offerimus quia
sacerdos non tantum in sua sed in totius
ecclesie persona sacrificat Quapropter in sacra-
mento corporis christi nil a bono maius
nil a bono minus perficitur sacerdo-
te / dummodo sacerdos cum ceteris in caritate
consistat et formam observet tradita
a columba quia non in merito sacerdotis
sed in verbo conficitur creatoris Non ergo sa-
cerdotis iniquitas effectum impedit
sacramenti sicut nec infirmitas me-
dici virtutem impedit medicine Quam-
vis ergo opus operantis aliquando sit immun-
dum sic omnia sunt immundis immun-
da Et sicut omnia sunt munda mun-
dis sic omnia sunt immundis immunda Ma-
lus ergo cum vita accipit mortem sau-
ciat Sic econtra bonus cum mortem sus-
tinet vitam acquirit Nam qui manducat
indigne iudicium sibi manducat

In loco isto dicit [illegible]

Memento domine famulorum famularumque

ne non est nimium differenda. Quod sacramentum altaris est commemoratio mortis Christi. De diversis causis institutionis eius. Expliciunt capitula. Incipit tertia particula de silentio p[...]

Post acclamationem (prefacionem) tantum misterium sequitur secretum silentium. Nam ut Johannes evangelista describit ubi Jhesus honorifice fuit susceptus a turbis cum palmis et laudibus abiit et abscondit se ab eis non utique trepidantis formidine sed dispensantis officio quia nondum venerat hora eius quam postquam advenit spontaneo ad passionem accessit. Surgite inquit eamus. Ecce appropinquat qui me tradet. Oblatus est enim quia ipse voluit. Unde cum cohors et ministri venissent cum laternis et facibus et armis ut comprehenderent illum sciens Jhesus omnia que ventura erant super eum processit et dixit eis: Quem queritis? Responderunt ei: Jhesum Nazarenum. Dixit eis Jhesus: Ego sum. Illud ergo Christi latibulum hoc secretum silentium representat in quo cessante clamore sola dirigitur ad deum intenta devotio. Tunc enim sacerdos intrare debet in cubiculum cordis et hostio sensuum incluso deum precari orare non in multiloquio sicut ethnici faciunt qui putant exaudiri sed corde puro et conscientia bona et fide non ficta. Deus enim non est auditor vocis sed cordis nec est commovendus clamoribus qui renum est scrutator et cordium. Unde Anna typum ecclesie legitur ecclesie gerens obtinuisse quod non petitione clamosa sed tacita devotione quod postea impetravit. Scriptum est enim in libro regum quod Anna loquebatur in corde suo tantumque labia illius movebantur et vox penitus non audiebatur. Item in psalmo dicitur in cordibus vestris et in cubilibus vestris compungimini. Spiritus est deus et eos qui adorant eum in spiritu et veritate oportet adorare. Ne vero musce morientes perdant suavitatem unguenti flabello fidei abigantur. Et tenens autem auctor adveniens prestet ordinem ut aromata fluant. Hoc est ne importune cogitationes tollant devotionem orationis inspiratione gratie repellantur. Et tenens sive custos accedens mentem secundet ut virtus habundet. Ceterum ne sacrosancta vilesceret dum omnes pene per usum ipsi scientes in plateis et viis aliisque locis incongruis decantarent decrevit ecclesia ut hec obsecratio que secreta censetur a sacerdote secrete dicatur. Unde ferunt quod ante eam consuetudinem que postmodum inolevit quidam pastores cum decantarent in agro divinitus sunt percussi. De secreta

In secreta recolitur memoria dominice passionis videlicet eorum que gesta sunt per ebdomadam ante paschalem a decima luna primi mensis qua Jhesus abiit Jerosolimam usque ad septimamdecimam qua resurrexit a mortuis. Propterea quod inter prefationem et canonem impleturque sacramentorum ymago crucifixi depingitur ut non solum intellectus littere verum etiam intellectus dominice passionis inspiret et forte divina factum est providentia licet humana non sit industria procuratum ut ab ea littera canon inciperet que sub forma signum crucis ostendit et exprimit in figura. Thau namque misterium crucis insinuat dicente domino per prophetam: Signa thau super frontes virorum dolentium et gementium.

De verbis signis que fiunt super oblatam in canone

Te igitur clementissime pater. Die qua laudes Christo a turbis sunt acclamate videlicet decima luna prima.

mensis qui secundum legem typicus ag
nus in domos hebreorum inferebatur uerus
agnus ingressus est Jerosolimam et a ne
quissimis Iudeis obsessus multis in
sidiis querebatur ad mortem Traditus
est autem a tribus a deo a Juda a Ju
deo. De prima tradicione dicit apostolus
Proprio filio suo non pepercit deus sed pro nobis
omnibus tradidit illum De secunda
scribitur a matheo querebat Judas oppor
tunitatem ut eum traderet De tercia le
gitur in Johanne Gens tua pontifices
tui tradiderunt te michi Prima fuit ex
gratia quia dilexit nos et tradidit
semetipsum pro nobis Secunda ex aua
ricia quia constituerunt ei triginta
argenteos ut eum traderet sine tur
bis Tercia ex invidia Sciebat enim
pilatus quod per invidiam tradidissent eum
Deus ergo tradidit illum ex dono Judas
pro munere Judeus in sacrificium illibatum
quod utique non Iudei libauerunt sed gentes
quoniam ablatum est eis regnum dei et datum
est genti facienti fructus eius Ad hoc
igitur designandum sacerdos facit cruces
super oblata et calicem cum dicit
hec dona hec munera hec sancta sacri
ficia illibata quia dicit offerimus
tibi clementissime pater hec dona hec
munera hec sancta s. i. quasi commemoran
tes illam tradicionem quam deus fe
cit ex dono Judas pro munere Judeus
in sacrificium illibatum Singuli tamen
ad mortem mortem autem tradentes ta
liter diuisi sunt operancia tamen
unum et idem extitit operatum Hec
tradicio tunc incepit cum filius ex de
creto dei patris ex consilio spiritus sancti
necnon ex Christo beneplacito veniens Je
rosolimam semetipsum exposuit pas
sioni qui cum venisset ibidem expos
suit ad quid venit Nisi granum
frumenti cadens in terram mortuum fuit
ipsum solum manet si autem mortuum fu

erit multum fructum affert Et ego si exaltatus
fuero a terra omnia traham ad meip
sum hoc autem dicebat significans qua
morte clarificaturus esset deum
Vel potius quia in medio sue capti-
vitatis post resurrectionem totum ad indi
uiduam trinitatem que tota tradidit
Christum in mortem ut tota per Christum nos
redimeret a morte Donum enim est dan
tis munus accipientis sacrificium
offerentis et pater dedit filius obtu
lit spiritus sanctus accepit Hinc ergo dicit
apostolus Christus per spiritum sanctum se[met]ipsum obtu
lit deo immaculatum Singuli tamen
dederunt obtulerunt et acceperunt
Sed ad distinctionem dicitur patrem dedisse
propter auctoritatem filium obtulisse propter
humanitatem spiritum sanctum accepisse
propter benignitatem Vel liberalis gratia
liberalitas graciosa quod deus dedit
nobis in donum hoc accepit a no
bis in munere Eadem enim sacrificia do
na sunt nobis collata munera a no
bis oblata Nam que sacerdotes offeruntur
altaribus et munera nuncupantur
et dona Unde dominus inquit in evangeli
o Si offers munus tuum ad altare
etc Et apostolus de pontifice ut offerat
dona et sacrificia pro peccatis Daniel
quoque dixit ad baltazar munera tua
tibi sint et dona tua alteri da Sy
nonima igitur in cumulacione pie de
uocionis est excitacio vel ineffa
bilis commendacio sacramenti Non
enim omnino aliquis invenitur vocabulum
quod tantum sacramentum digne valeat ap
pellari nisi quod grece melius dicitur
eucaristia quod exponitur gratia bona
Dicuntur autem pluraliter dona et sancta
sacrificia quia panis et vini prius
quam consecrentur et diuise sunt species
substanciarum et diuise sub speciis
Sed ubi consecracio celestis accesserit
species quidem remanent sed sub

tuarum et omnium circumstantium. Sed hec
inscriptura eorum manifeste continetur
quod Christi que quidem sit locus ubi sacerdos
specialiter quos voluit nominare debeat
vivorum tamen hic tantum debet nomina recen-
sere qui in presentibus locis occurrunt
ubi defunctorum ponit agere memoriam
specialem. Hinc eciam evidenter apparet
quam sanctum sit et salubre missarum
interesse misteriis cum sacrificium eucaristie
et pro circumstantibus specialiter offeratur. Unde
cautum est in canonibus quod omnes fideles
qui conveniunt in sacris sollempnitatibus
ad ecclesiam et scripturas apostolorum et ewa-
gelium audiant. Qui vero non perseverat
in oracione usque dum missa peragitur, ve-
lut inquietudinis excitatores a communione
conveniunt communione privari. Verum cum
deus ignoret nec aliquid valeat
oblivisci, quid est quod petimus ut deus
nostri meminerit? Potest deus dicere
scire quod approbat. Unde novit dominus qui
sunt eius, et dicitur nescire quod reprobat.
Unde non novi vos. Rursum dicitur
oblivisci malorum cum malus ad bo-
num convertitur, et dicitur oblivisci bo-
norum cum bonus ad malum pervertitur.
Unde si iustus a iusticia sua se aver-
terit, omnes iusticias eius non recorda-
bor. Unde si impius egerit penitenciam,
omnium iniquitatum eius non recordabor.
Deus autem quandoque recordatur ad misere-
randum. Unde Job: Memento mei domine
quia ventus est vita mea. Quandoque
recordatur ad puniendum. Unde psalmista:
Memento domine filiorum Edom in die Ihe-
rusalem. Cum ergo petimus ut nostri
meminerit, hoc est ut nostri misereatur
secundum illud: Reminiscere miseracionum
tuarum d. a. m. e. q. a. s. s. Quorum
tibi fides cognita est et nota devo-
cio, quasi qui preciaciam fidelibus et
devotis, quasi solus tu videns in conscien-
cia qui recte credant et devote te

diligant, utpote renum scrutator et
cordium. Dominus scienciarum dominus, occultus occul-
tator hominum perscrutator, in cuius conspec-
tu nulla creatura est invisibilis. Pro
quibus tibi offerimus vel qui tibi offerunt.
Quasi memento domine non solum eorum pro quibus
offerimus, sed sacerdotum qui offerunt. Cum
enim sacerdos offert pro populo, nichilominus
et pro se. Vel ideo dicitur pro quibus offerimus
vel qui tibi offerunt, quia non solum
offerunt sacerdotes, sed omnes simul fideles. Nam
quod specialiter adimpletur ministerio sacerdotum,
hoc universaliter agitur voto fidelium. Dicitur
autem sacrificium laudis secundum illud apostoli: Cum-
que facere debetis, omnia in laudem dei agi-
te, ut deus laudetur in vobis. Vel sac-
rificium laudis dicitur, quia cum deo quicquam of-
ferimus sua sibi reddimus, non nostra lar-
gimur. Unde: Si esuriero non dicam tibi. Meus
est e. o. t. p. e. Ergo ymolabo sacrifi-
cium laudis et redde altissimo vota tua.
Vel potius sacrificium laudis dicitur, quia
propter hoc maxime deum laudare debemus,
non solum quia se dedit pro nobis sponte,
sed eciam se dedit nobis in cibum. Unde per
precium redemit nos a morte, per cibum autem
ad vitam. Unde qui manducat me vivet
propter me. Pro se suisque omnibus, videlicet
consagneis vel affinibus, familiaribus
vel amicis. Licet enim diligere teneamur
et inimicos secundum illud: Diligite inimicos
vestros, servare tamen debemus ordinem
caritatis secundum illud: Introduxit me rex
in cellam vinariam et ordinavit in me
caritatem. Nam et apostolus ait: Dum tem-
pus habemus o. b. a. o. m. a. a. d.
fidei. De tribus bonis quibus sacrificium lau-
dis offertur.

Pro redempcione animarum suarum, quasi non
pro temporali lucro vel appetitu tereno,
sed pro spe salutis et incolumitatis,
id est pro salute et incolumitate sperata.
Spe namque salvi facti sumus. Pro salute
mentis et incolumitate corporis.

Nam utraque sanitas est ab illo qui di
cit Salus populi ego sum. Verum utraque
sanitas provenit ex redempcione anime
i. de remissione peccati. Sicut etiam de
reatu peccati procedit infirmitas utriusque
iuxta sentenciam veritatis Ecce sanus
factus es iam noli peccare ne de
terius aliquid tibi contingat. Porro tria
sunt hominis bona corporalia spirituali
a et eterna videlicet infima media et
suprema pro quibus sacerdos se dicit offer
re. pro corporalibus i. pro corporibus pro spi
ritualibus a. redempcione pro eternis i. sa
lute Nam et dominus docet nos pro hiis tri
bus orare. pro eternis cum Adveniat reg
num tuum pro spiritualibus cum fiat volun
tas tua sicut in celo et in terra. pro
corporalibus cum Panem nostrum cottidi
anum da nobis hodie. Offerimus
ergo sacrificium pro eternis ut dentur nobis
in premium pro spiritualibus ut dentur
nobis ad meritum / pro corporalibus
ut dentur nobis ad adminiculum ut
per hec et ista perveniamus ad alia a
lioquin non offerimus deo sacrificium nisi
propter seipsum quia ipse est dominus deus noster
cum propheta Confitemini domino quoniam bonus
Verum cum dicat apostolus Nam virtus in infir
mitate perficitur Et iterum cum infirmor tunc
fortior sum et potens Verum quando est quod
pro corporis incolumitate sacrificium lau
dis offerimus ut nobis conservata vel
reddita sanitate gratiarum actiones in ec
clesia referamus tibi reddunt vota su
a / *Quod sacrificium et qualiter offerendum
est individue trinitati*

Cum inradamus et aliena redda
mus / quomodo vota sua red
dunt et non potius donant vel si red
dant quod suum et non potius alienum
Sane votum bonum et hominis est et di
citur dei propter auctorem gracie hominis prop
ter liberalitatem arbitrii. propter quod di
cit apostolus Non autem ego sed gracia dei me
cum. Et enim coadiutores dei sumus.
eterno deo vivo et vero dicitur namque
dicuntur et homines et demones et y
magines / sed homines adoptive de
mones usurpative ymagines nun
cupative per adopcionem ut ibi Ego
dixi dii estis et filii excelsi omnes. Per usurpacionem
ut ibi omnes dii gentium demonia.
Per nuncupacionem ut ibi appella
verunt deos opera manuum hominum / Primi sunt
vivi et veri sed non eterni / Secundi sunt
vivi sed non eterni nec veri Tercii nec
eterni nec veri nec vivi Sed ille solus
eternus vivus et verus vivo vita
veritas et eternitas qui deus est per essen
ciam Qui de se dicit Ego sum deus
et non est alius preter me. Licet autem
hec obsecracio specialiter dirigatur ad pa
trem propter auctoritatem principii Nam
et filius ita docet nos orare Pater
noster qui es in celis etc. propter quod in
principio canonis dicitur Te igitur clemen
tissime pater per ihesum christum filium tu
um dominum nostrum supplices rogamus
et petimus Equaliter tamen individue
trinitati sacrificium laudis offertur
tam patri et filio quam utriusque spiritui
quorum sicut invisibilis est trinitas sic
invisibilis oracio iuxta quod veritas
dicit Veri adoratores adorabunt
patrem in spiritu et veritate Nam qui dicendo
sanctificantur veraciter adorare patrem a
dorant in spiritu sancto et veritate i. in fili
o quia pater essencialiter est in filio et
filius naturaliter est in patre et spiri
tus sanctus substancialiter in utroque secundum illud
Ego in patre et pater in me est Quia
propter non distare dignitatem cum dicatur
eterno deo vivo et vero ut quod est com
mune secundum essenciam appropietur propter
noticiam Trinitatis patri racione prin
cipii quia pater a nullo est et omnia
sunt ab eo / filius per generacionem
spiritus sanctus per processionem certa per racio

comitem veritas filio qui de se dicit
Ego sum veritas de quo dicit psal
mista veritas de terra orta est. veri
tas spiritui sancto sicut habetur in symbolo
Credo in spiritum sanctum dominum et vivifican
tem qui ex patre filioque procedit To
cius igitur individue trinitatis indi
visa est adoracio que principaliter
exhibetur in sacrificio **De tercia commemo
racione sanctorum que fit in secreta**

Communicantes etc. Secreta quod fit
divisos et canonem tacito nunci
patur non tota simul ab uno antiques
sacio reperitur. licet hoc ipsum pertineat
ad laudem et gloriam trinitatis In secun
da quippe commemoracione supplentur
que de primitivis sanctis deesse videbantur
in prima verum in ea commemoracione.
que fit ante consecracionem corporis
christi sanctorum consorcium imploratur
quia inimicorum antiquam corpus christi quod
est universalis ecclesia consecratur i.
antiquam regnum adveniat necessarium
est nobis in via sanctorum suffragium
ut meritis eorum et precibus divine
protectionis muniamur auxilio Sed ubi
corpus christi fuit consecratum i. ubi reg
num advenit assequemur in patria sancto
rum consorcium ut societatem et par
tem cum sanctis apostolis et martiribus ha
beamus In via quippe communicamus
sanctis per fidem quam ipsi habue
runt et nos habemus In patria
vero participabimus sanctis per speciem
et quam ipsi habent et nos habebimus
Nos enim fidem habemus et spem Illi
speciem habent et rem Nos currimus
stadium illi possident bravium nos pu
gnamus in via illi triumphant in patria
Communicantes igitur et memoriam ve
nerantes apostolorum ac martirum et precipue
gloriose virginis dei genitricis marie
ut eorum suffragio de fide perduca
mur ad speciem de stadio perveniamus
ad bravium de via transeamus ad pa
triam In hac autem commemoracione sanctorum
illud observet ecclesia quod antiquitus ecclesia
consuevit ut in orationibus suis recolat
patrum memoriam quatenus eorum intercedentibus
suffragiis facilius obtineat quod
implorat Sic moyses pro peccante po
pulo intercedens patrum memoriam
interposuit Recordare inquit abraham
ysaac et Jacob servorum tuorum etc.
Sic azarias legitur dixisse in fornace
ne quaeso ne auferas misericordiam tuam
a nobis domine deus noster propter abra
ham dilectum tuum et ysaac servum tuum
et israel sanctum tuum multum enim patrum
merita filiis suffragantur. Unde cum
ezechias divinum auxilium postularet
audivit protegam urbem hanc urbem
et salvabo eam propter me et propter
david servum meum Et alibi Ego scindam
regnum de manu salomonis verum
tamen una tribus remanebit ei propter
servum meum david ut remaneat lucer
na david servi mei cunctis diebus coram
me in israel Unde propter david servum tuum ci
vitas fit christi tui Et quoniam extra unitatem
ecclesie non est locus offerendi sacrificium
unitatis ideo secundum medietatem communica
mus in sacrificio et sumus in communio
ne sanctorum sacrificium offeramus Nam sicut
unus panis ex multis granis et
unum corpus ex multis membris sic
ex multis fidelibus una constat ecclesia
Scriptum est enim alienigena non vesca
tur ex eis quia sancta sunt et ideo solum
illum esum ad unius agni recipimus
qui in re est domus quinctus videli
cet omnes domesticos fidei a primate
usque ad plebem ab apostolo usque ad pub
licanum **Quare non fit commemoracio
confessorum in canone**

Illud autem oportet inquiri cur in canone nul
la fit commemoracio confessorum cum in
ter sanctos eorum memoriam magnifice vene

tur eccl'ia Sed ad hoc pot pbabiliter
responderi q° canon prius fuit edictus
qua memoria confessorum eccl'ia cele
braret Nam omnes fere sancti q° comme
morantur in canone precessere silvestrum
preter Johem et paulum marcellinum
et petrum qui proximo successerunt
Sancta vero post tempora b'ti silvestri ce
pit sanctorum confessorum memoria
venerari Nam et sedes ep'ales iux
ta disposicionem beati petri sunt in
singulis civitatibus antiquitus con
stitute no' i memoriam confessorum
sed ad honorem ap'lorum ac martirum
et precipue beate marie virginis ueru
deuocio dedicantur Nam et in eccl'iasti
ca hystoria reperitur q' s'cus bonifaci
us qui quartus a b'to gregorio Ro
mane sedis ep'atum tenebat suis
precibus a foca cesare impetrauit do
nari eccl'ie xpi templum Rome q' ab
antiquis pantheon ante vocabatur
in qua eliminata omni spurcicia fe
cit ecclesiam sancte dei genitricis at
q3 omnium sanctorum mrm in xpi Cano
ne ex eo q3 constat processisse q' ap'lo
rum cathalogus non ita reperitur i il
lo dispositus sicut in in ceteris omnibus
ewangeliis invenitur In pontibus et
edicionibus ut dicit Jeronimus no' so
lum ewangelistarum mutatus est ordo
sed eciam v'borum et sillabarum erat confu
sa coniunccio Tradit' autem q' Gelasi
us papa quinquagesimaprimus a petro
canone principaliter ordinauit Sed
ut b'tus Greg' asseruit in registro
scolastico illam oracionem apposuit q'
super eucaristiam dicit' in secreta

Seruare sacrificium est soli deo offerendum

Hanc igit' oblacionem etc' Due
sunt spe'es seruitutis vna q'
soli creatori debet' et dicit' latria alte
ra que creaturis impendit' et dici
tur dulia Vtraq3 spem dns' detin-

dicens Reddite que sunt cesaris
cesari et que sunt dei deo Ad latr'
iam pertinet templa altaria sacerdo
cia sacrificium et huiusmodi que so
li deo sunt exhibenda qui glorifica
tur in concilio sanctorum magnus et
metuendus super omnes qui in c
circuitu eius sunt non enim s'cis ad ho
norem dei s3 deo potius ad hono
rem s'corum dedicantur templa conse
crantur altaria sacerdocia statuunt'
sacrificia offerunt' ne forte si secus
agatur non theosebia sed ydolatria
committatur hinc ergo deus in lege p
cepit dominum deum tuum adorabis et
illi s' s' i' soli deo seruitutem ado
racionis impendes Diesq3 nros' etc'
Beatus Greg' has tres peticiones in
canone dicit' addidisse videlicet
dies nros' in tua pace disponi per
eum qui pro nobis est traditus in
manus eorum qui pacem oderunt
ab eterna dampnacione nos eripi p
eum qui p nobis temporali mor
te dampnatus est Et in electorum
grege numerari p eum q' p nob'
deputatus est cum iniquis Est au
pax peccatorum et pax iustorum pax
temporis et pax eternitatis porro
pax temporis interdum conceditur
et bonis et malis Sz pax eterni
tatis nunquam dabit' nisi bonis q'a
no' est impiis dicit dns' De peccatorum
pace dicit psalmista Zelaui super pec
catoribus pacem p iii' Conuersus
hanc pacem dns' inquit in ewangeli
o Non veni mittere pacem sed gla
dium de pace iustorum dicit ap'ls
fructus sp'us est caritatis gaudium
pax paciencia hanc pacem dns'
reliquit ap'lis dicens Pacem re
linquo vobis De pace temporis
inquit propheta Orietur in diebus
eius iusticia et habundancia pacis

hanc pacem incessanter petit ecclia
Da pacem dne in diebus nris q n
e a q p p n c d. noster. de pace
eternitatis dns dixit aplis pacem meã
do vobis nõ quõ mundus dat ego
do vobis. hoc est secundũ prophetam
pax sup pacem de qua dicit ps In
pace in idipsum dormiam et requiescã
propter hanc triplicem pacem et orã
in missa. dies nostros in tua pace
dispone. Da propicius pacem i diebus
nostris. Dona nobis pacem. ut sp̃u
et temporis p pacem pectoris trãseã
ad pacem eternitatis. Ob hẽ etiam
sacerdos i missa ter osculatur altare
In principio. i medio. In fine. De
cruce signis que sedo loco fiunt su
Quam per oblatam et calicem
oblacionem etc. Quarta
feria Judas vnus ex xii. a diabo
lo supplantatus in mane sacrilegi
um perpetrauit. dnm filiũ dei xxx
sol argenteis vendidit phariseis
in recompensacione dampni qd in
currit propter effusionem vngenti
quare inquit hoc vngentum non
venditur trecentis denariis et da
tum est egenis. dixit autẽ hoc nõ
quia de egenis pertinebat ad eũ sed
quia fur erat et loculus habens
ea que mittebantur portabat Qui
ber autem argenteus valebat de
cem denarios vsuales et tãm damp
nũ vngenti qd valuerat ccc. dña
nos vsuales dicemus quod iudas ve
didit xpm quasi vile mancipium
xxx. denariis qui sunt decima
ccc. denariorum qd valuerat v
gentum propter qd dns despectiue
loquitur p prophetam Appenderunt igit
mercedem meam xxx. argenteis
de quorum precium quod appreciatus sũ ab
eis Ad designandũ ergo precii qua
ntitatem quo xpus venditus facẽ
dos hic facit tres cruces cõmuniter
super oblatam et calicem cũ dicit
bñdictam asscriptam et ratam. Nam
et ecclia partitur et xxx. multiplicaci
one suscipiunt eternalia. Postmo
dum autẽ ad designandũ vendicionem
et empcionem duas cruces imprimit
singillatim vnã super oblatam et
alterã sup calicem dicit. vt fiat cor
pus et sanguis etc. Illa vendicio
fuit maledicta proscripta. irrita inquit
et detestabilis Sed tu ds hanc obla
cionem dignus facẽ. bñdictam ascrip
tam. ratam. racionabilem Judas eũ
dilexit maledictionem et veniet ei
noluit benediccionem prolongabitur ab
eo. Sed tu deus hanc oblacionem facere
digneris ascriptam p quã nos inter
electos ascribas Judas enim laqueo se
suspendit et episcopatum eius accipiat al
ter. Sed tu deus hanc oblacionem dig
neris facere ratam p quã ratum sit no
stre salutis promissum Judas exut
in pctm et oro eius facta est in pctm
sed tu deus hanc oblacionem facere
digneris racionabilem p quam racionabile
sit nrẽ seruitutis obsequium Ju
das reddidit mala p bonis et odi
um p dileccione retribuit. Sed tu
deus hanc oblacionem facere digneris
acceptabilem. p quam nos tibi red
dat acceptos Vel ideo sacerdos fa
cit tres cruces communiter sup oblatã
et calicem. quia xpus communiter egit
circa panem et vinum. accepit. bene
dixit et dedit. Postmodũ vnã cru
cem facit super oblatã. specialiter. quia
dixit comedite. hoc est corpus me
um. et alterã facit specialiter sup ca
licem quia dixit. bibite. hic est sang
uis meus no. testi. Et secundũ
hunc sensum recte subiungitur Qui
pridie quam pateretur etc. Vel prout quia
Judas vendidit xpm ad crucifigend

sacerdotibus scribis et phariseis Ideo
sacerdos ad notandum commutatores
emptores tres communiter cruces
super oblatam et calicem ad dicendum bene
dictam acceptam et ratam Ad notandum
vero discrete venditorem et ven
ditum facit duas cruces discrete super
oblatam et calicem cum dicit ut fi
at corpus et sanguis Petimus igitur
ut deus hanc oblacionem faciat
benedictam acceptam et ratam i. ut
eam consecret approbet et confirmet
in racionabilem hostiam et acceptabi
le sacrificium ut ita nobis i. ad nostram
salutem panis fiat corpus et vi
num sanguis dilectissimi filii domini nostri
ihesu christi Vel oramus ut deus hanc
oblacionem facere dignetur acceptam
i. talem que de memoria mortis
sue nulla possit oblivione deleri
Eam petimus eciam fieri ratam i. ta
lem que de beneplacito suo nulla pos
sit oblivione convelli Racionabile eciam
fieri deposcimus i. talem que divine
racioni conveniat Refert enim inter racio
nabile atque racionale quia racionabile
dicitur quod de racione procedit et raciona
le quod utitur racione vel ita quam oblacionem
tu deus digneris facere in omnibus bene
dictam hoc est tu effice ut eam hostiam
que est omnimodis benedicta accepta ra
SImiliter licet sub alterutra

specie sumatur utrumque scilicet corpus et san
guis utrumque tamen species consecratur et
neutra superfluit ut ostendatur quod
christus naturam humanam totam assump
sit ut totam redimeret panis enim
refertur ad carnem et vinum ad animam
quia vinum sanguinem operatur in quo
sedes est anime unde legitur in levi
tico Anima carnis in sanguine est
Moyses quippe testatur quod caro pro cor
pore sanguis autem pro anima offertur
Quocirca panis et vinum in sacrificium
offeruntur quod valet ad unionem car
nis et anime ne si sub alterutra tan
tum specie sumeretur ad alterius tan
tum putaretur pertinere salutem Et consimilis
sub specie sanguinis panis sumatur cum cor
pore et sub specie vini corpus sumatur
cum sanguine sub specie panis nec cor
pus sub specie vini bibitur aut come
ditur anima sicut non sanguis come
ditur nec corpus bibitur aut sub specie
vini manducatur Et si concessibi
le videatur quod corpus bibendo et san
guis comedendo consumatur est ergo
modus sumendi carnem et sanguinem
quo neutrum manducatur aut bibitur
Utrum panis sine vino vel vinum sine
Sequitur pane valeat consecrari
Utrum panis sine vino vel vinum
sine pane non dico debeat sed vale
at consecrari Sunt enim ad prolatio
nem istorum verborum hic est sanguis me
us vinum mutetur in sanguinem Si post
prolationem istorum et ante prolationem
illorum impedimentum accidat sacer
doti quominus procedere valeat vide
tur ergo quod panis sit mutatus in car
nem vino in sanguinem non mutato
Secundo ergo incipiet in hoc articu
lo faciendum an alius sacerdos
totum repetat a principio et sic super
pane iteratio consecracionis Aut
ab eo loco incipiet in quo sacerdos

ille dimisit et sic dividitur misterium uni-
tatis. De hoc utique statutum legitur in
concilio Toletano. Censuimus conve-
nire ut cum a sacerdotibus missarum
tempore sacra misteria consecrantur si egri-
tudinis accidit quislibet eventus
quo ceptum nequeat consecrationis myste-
rium sit liberum episcopo vel presbitero alteri con-
secrationem consequi cepti officium, ut
precedentibus licentur alii per complemen-
to succedant. Porro inter theologos
de tempore consecrationis sit diversa
sententia quibusdam dicentibus quod
totum est dictum totum est factum. Aliis autem
dicentibus quod panis ante mutatur in corpus
et postea vinum in sanguinem. Plerique
tamen prudentes affirmant quod a-
lius sacerdos consecrationem repetere
debet atque perficere quoniam ut tradit au-
ctoritas non dicitur iteratum quod nescitur
esse factum. Caveatur ne ulla fiat itera-
tio vel diminutio sacramenti ne aliquis
scrupulus erroris vel dubitationis
remaneat et tamen iudicatur ut illa
talis oblacio studiosissime recondatur
et super aliam totum officium celebretur.
Sed si vinum inveniri non possit vel a-
liquo casu defuit quare iterum necessi-
tate cogente vel casu intercedente
sola panis materia possit in eucharisti-
am consecrari. Sicut sub sola panis
specie debet eucharistia reservari. Sunt
sane qui dicunt quod cum verba et lecta
efficiant sacramentum nec forma
verborum nec materia rerum quas Christus
expressit mutari potest sine dimidiari
quia sicut vinum sine pane sic panis
sine vino minime consecratur. Unde
sine aqua pro vino mittatur in calice
sive ordeum pro frumento formetur in pane
sicut neutrum per se sic neutrum cum alio
subatur in carne aut mutatur in sangui-
nem. Nam si panis sine vino vel
vinum sine pane mutari posset in

carnem aut sanguinem. In hiis itaque
regionibus in quibus alterum inveniri
non potest licite posset alterum consecrari
minus enim ignorancia quam necessi-
tas vel negligencia quam difficul-
tas excusat. Alii vero dicunt quod Christus
prius convertit panem in carnem et postea
mutavit vinum in sanguinem sicut
evangelice lectionis textus ostendit
et sine vino panem et sine pane
vinum consecrari contingit. Gravi-
ter tamen offendit qui negligenter
aut ignoranter alterum a se pretermit-
tit. Gravius qui sciens et sponte
maxime si formam intendit mu-
tare vel heresim introducere. Quid
ergo faciendum est sacerdoti si post
consecrationem vinum percipiat pretermis-
sum. Dicunt aliqui quod vinum apponere
debet et super illud solummodo consecra-
tionem repetere. Alii quod apposito vino
pane consecrare sicut in die pa-
sceve debet dimittere sic quod sumere
sacrificium. Ego vero semper in dubiis
quod tucius est preferendum. De diver-
sis sacerdotibus super eandem hostiam

Cum autem celebrantibus
interdum viri pontifici
multi sacerdotes celebrent si for-
te non omnes simul consecratoria
verba pronunciant quis an ille solus
conficiat qui primus pronunciat cum
ergo cum fuerint an iterant sacra-
mentum potest ergo contingere quod ille
non conficit qui celebrat principa-
liter et ille conficiat qui secun-
dario celebrabit et sic principaliter cele-
brantis intencio defraudabitur.
Sane dici potest et probabilior re-
spondetur quod sicut prius sine pluribus
proferant sacerdotes referre debet
eorum intencio ad instans prolacio-
nis episcopi cum principaliter celebrantis
concelebrant et tunc omnes simul

consecrant et conficiunt cum quam nonnulli consecrant quod quisque primus pronunciat ille consecret et nec aliorum deficiat eorum intencio quia factum est quod intenderat Consueverunt autem presbiteri cardinales romanum circumstare pontificem et cum eo pariter celebrare cumque consumatum est sacrificium de manu eius communione accipere significantes apostolos qui cum domino pariter discumbentes sacram de manu eius eucaristiam acceperunt et in eo quod ipsi celebrant ostendunt apostolos tunc a domino ritum huius sacrificii didicisse / De hostia in stitucione.

Post ea quam cenatum est quarta decima luna mensis primi ad vesperam secundum legem typicum pascha cum apostolis celebravit de quo cum dixisset desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum antequam paciar cum hoc dixit statim ostendit ut scilicet veteri pasche finem pascere imponens novi pasche substitueret sacramentum Accipiens enim panem benedixit ac fregit dedit que discipulis suis dicens accipite et comedite hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur Similiter et calicem postquam cenavit dicens bibite ex hoc omnes hic est sanguis meus novi testamenti qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum / hoc facite in meam commemoracionem hac igitur institucione formam celebramus iugiter per ministerium quod semel offerebatur in passione Nam ubi veritas venit figura cessabat et signum sublatum est de medio cum iam non essent res aliqua que figura significaretur sed quod prius ceperat mansit tamen figura donec fieret in veritate complete quod in similitudine prius erat

exhibitum Ob id enim corpus et sanguinem suum ipsius post cenam dedit apostolis ut hoc sacramentum velut ultimum testatoris mandatum arcius memorie commendaretur unde novissimum condens heredibus testamentum vos inquit estis qui permansistis mecum in temptacionibus meis et ego dispono vobis regnum sicut pater meus michi disponit ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo Patet ergo cum primum acceperunt apostoli eucaristiam non eos accepisse ieiunos non ideo tamen est calumpniandum ecclesie quod a ieiunis semper accipitur / placuit enim spiritui sancto ut in honorem tanti sacramenti prius in os christiani dominicum corpus intraret sicut ubique mos iste servatur Nec quia post cibos dominus dedit ideo pransi pransis vel cenati debent illud accipere quemadmodum illi faciebant quos arguit apostolus dicens Convenientibus vobis in unum iam non est dominicam cenam manducare Unusquisque enim cenam suam presumit manducare et alius quidem esurit. alius ebrius est Salvator ergo pro premissis ex causis post cenam eucaristiam dedit Quo autem ordine deinceps sumeretur apostolis reservavit / Qualiter corpus christi totum est in singulis locis.

Hic accipiens et hunc preclarum calicem continens in metonomice ponitur pro contento Sanguis vinus et idem et tunc et nunc et hic et alibi sacrificatur ab hominibus Totus est in celo totus est in altari simul et sedet ad dexteram patris et manet sub specie sacramenti Mirandus quod verbum dei iuxta sacramenti virtutem totum simul in omnibus locis existit et non minatur quod verbum hominis iuxta vocis naturam totum simul est in auribus diver

sorum. Quia ergo ubique natura in Christi corpore, ubi sit natura sit ille natus de virgine. Sic ergo Christus in diversis locis est unus sicut in singulis particulis. [cera?] autem vinum in calice consecravit patet ex eo quod ipse subiunxit: non bibam amodo ex hoc genimine vitis etc.

Quare sanguis Christi dicatur novum testamentum

Hic est sanguis novi et eterni testamenti. Vetus testamentum quod hircorum et vitulorum fuit sanguine dedicatum promittebat homini temporalia. Novum autem quod Christi fuit sanguine confirmatum promittit eterna. Et ideo testamentum illud fuit vetus et transitorium; hoc autem novum est et eternum vel improbatur eternum id est perpetuum. Unde novum affertur id est ultimum. Novissimum enim hominis testamentum immobile perseverat, quia testatoris morte testatur, iuxta quod docet apostolus: Testamentum in mortuis confirmatum est; alioquin nondum valet dum vivit qui testatus est. Porro testamentum dicitur non solum scriptura sed et promissio, unde quemadmodum dicit apostolus: Ideo novi testamenti mediator est ut promissionem accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis. Et secundum hunc modum dicitur: Hic est sanguis novi et eterni testamenti, ac confirmatio nove et eterne promissionis, sicut dominus ipse promittit: Qui manducat carnem meam et bibit meum sanguinem habet vitam eternam. Unde [vii] … non primum ut inquit apostolus sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni legis mandato Moyses accipiens sanguinem hircorum et vitulorum cum … librum et omnem populum aspersit dicens: Hic est sanguis testamenti quod mandavit ad vos deus. Ecce quam ipse Moyses verba protulit quibus usus est Christus in cena.

Utrum aqua cum vino convertatur in sanguinem

Sequitur utrum aqua cum vino convertatur in sanguinem. Si convertatur ergo sacramentum est sanguinis. In primum in primo populi. Nam aque multe populi sunt multi et ob hoc aqua vino miscetur, in Christo populus adiungitur. Nam et de latere Christi sanguis exivit et aqua. Si tamen convertitur ubi post consecrationem existit et quo separatur a vino cum fuerat in vinum admixta. Preterea non solum sanguinem bibit sacerdos in hoc sacramento si post consecrationem aqua pura permanserit. Post unam ergo sumptionem iterum eodem die communicare non debet ac si prius aquam bibisset. Nam id est sacerdos post quam presumpserit eodem die iterum non sacrificat quia vinum primum assumit. An forte sicut vinum mutatur in sanguinem Christi sacramentum redemptionis, sic etiam aqua in sacramentum transit ablutionis que de latere Christi pariter effluxerunt. Quis hoc audeat diffinire. Nam et illud inquiritur utrum Christus resurgens a mortuis sanguinem illum resumpserit quem effudit in cruce. Si enim capillus de capite vestro non peribit, quanto magis sanguis ille non periit qui fuit de veritate nature. Quid ergo de circumcisione prepucii vel umbilici precisione dicetur? An in resurrectione Christi similiter redivit ad veritatem humane substantie? Creditur ergo in lateranensi ecclesia scilicet ad sancta sanctorum conservari, licet a quibusdam dicatur quod preputium Christi in Jherusalem delatum ab angelo Karolo magno, qui transtulit illud et posuit Aquisgrani; sed post a Karolo calvo positum est in ecclesia salvatoris apud Carrofum. Melius est tamen deo totum committere quam aliquid temere diffinire. Illud autem omnino nephas est opinari quod quidam dicere presumpserunt videlicet et

aquam in flegma conuerti. Nam et
de latere xpi non aquam sed humorem
aquaticum id est flecma meauitur ex
isse non attendentes quod de latere xpi
due precipue ecclesie sacramenta flu
xerunt videlicet sacramentum redem
cionis in sanguine et sacramentum regenera
cionis in aqua. Non enim baptizamur
in flegmate sed in aqua iuxta sententiam e
wangelii. Nisi quis renatus fuerit
ex aqua et spiritu sancto non intrabit in
regnum dei. Quibusdam vero non absur
de videtur quod aqua cum vino transit in
sanguinem ea videlicet racione quod aqua
per admixtionem transit in vinum et vi
num per consecracionem transit in sanguinem.
Nemo enim ambigat aquam in vinum
transire cum multo vino modicum in
funditur aqua. Alioquin tota vini sub
stancia propter guttam aque mutatur
ut quiddam fiat ex illis confusum.
quod nec sit aqua nec vinum. Sic ergo tota
fontis vel fluminis aqua propter modi
cam vini guttam in confusionis speciem
mutaretur. Nec panis ille posset in
eucaristia consecrari quia factus
est de frumento cui forte fuerat com
mixtum unum granum ordei vel aue
ne. Unde autem si plus apponatur
aque quam vini erit irritum sacra
mentum. Oportet quidem ut tantum
vini ponatur quod aque commixtum
saporem retineat. Licet autem di
ligenti studio vinum optimum sit que
rendum ut sacrificium offeratur veri
tamen vinum non maculat integrit
atem sacramenti. [illegible] ita sit vinum
nouum quod dicitur mustum sine vinum ac
cidum quod appellatur acetum in sacri
ficiis offeratur et dicitur consecra
tur. De vino post consecracionem admixto

Si vero post calicis conse cra
cionem aliud vinum mitta
tur in calicem illud quidem nec tran

sit in sanguinem nec sanguini commiscetur
sed accidentibus prioris vini commixtum
corpori quod sub eis latet undique cir
cumfunditur non madidamus circum
infusum. Ipsa tamen accidencia
vini appositi videntur afficere
quod in commiscetur. Et ubi aqua pura
fuerit apposita vini saporem assu
mit. Contingit igitur accidencia per
mutare. Cedit quippe miraculo et
vincit super consuetudinem operatur. Quidam
autem voluerunt asstruere quod sicut
aqua pura per aque benedicte contactu
efficitur consecrata vim benedicta sic
vinum per sacramenti contactum efficitur
consecratum et transit in sanguinem.
Quorum assercionem nunc racio suffra
gatur. Utrum vinum sine aqua con
secretur in sanguinem

Queritur autem an vinum sit quod ge
ritur si forte pretermittatur aqua.
Cautum est enim in canone quod non
potest calix domini esse aqua sola neque
vinum solum ubi utrumque miscetur.
Et Ciprianus calix domini non est a
qua sola aut vinum solum sicut nec cor
pus domini potest esse farina sola ubi
utrumque fuit adunatum et panis unica
compage solidatum. Hoc idem con
stanter affirmant dicentes quod si
cut aqua sine vino consecrari
non potest sic et vinum sine aqua
transsubstanciari non valet quia de la
tere christi simul utrumque manavit. Quidam
vero concedunt quod si quis quando
non intendens heresim introdu
cere oblivione vel ignorancia pre
termiserit aquam ille quidem vehemen
ter est corripiendus et arguitur
non tamen sit irritum sacramentum.
Quod autem predictum est vinum solum
offerri non posse determinari debet
quia recipit excepcionem hoc mo
do. Non potest ubi stat simpliciter vel

ignoranter vel non potest. i. non debet
quia non dicitur posse fieri quod de iu-
re non fit. Nam et Cyprianus excla-
diat aquam non apponere sacra
mento. Ait enim Cyprianus: Si quis
de antecessoribus vel ignoranter
vel simpliciter non observaverit
quod dominus nos facere exemplo et ma
gisterio docuit, potest simplici
tati eius indulgentia domini ve-
niam concedi. Nobis vero non potest
ignosci qui nunc a domino instructi
sumus ut calicem domini cum vino
mixtum secundum quod dominus obtu
lit offeramus. Hinc ergo colligitur
quod vinum aqua mixtum Christus in
cena discipulis dedit. Utrum fermen-
tatum sacrificet et conficiat sacerdos

Q vero utrum aut non fermenta
tum sacrificet conficiat sa
cramentum presbyter non negligenter
aut ignoranter hoc faciat. Supe
rius enim sufficienter ostensum est
quod Christus azimum consecravit ac
sacramentum instituit. Grecos adhuc
multi de fermentato sacrificant
quibus tamquam vere catholicis
ecclesia romana communicat. Verum
hec questio melius solvenda differ-
tur ut alias contenta absolva-
...natur sub alia specie sunt et cetera

T ribus autem ex causis sa-
cramentum corporis et sanguinis
sui Christus sub alia specie sumendum
instituit: ad augendum meritum, ad
fovendum sensum, et ad vitandum
ridiculum. Ad augendum meritum,
quia aliud ibi cernitur et aliud esse
creditur, ut fides habeat meritum cui
humana ratio non prebet experimen-
tum. Ad fovendum sensum, ne abhor-
reret quod cerneret oculus, quia non con-
suevimus carnem crudam comme-
dere vel sanguinem humanum potare,
ad vitandum ridiculum, ne insulta-
ret paganus cum id agere christianus
ut ita veritas assit et ridiculum
desit. Sic ergo Christus principalis et
cibum sumendum proposuit eucharis-
tiam ut sensus foveretur primo et
fides confirmaretur in altero. Fovetur
enim sensus in primo de solita perceptione,
confirmatur autem fides in altero, dum in
eo quod videt quale sit illud quod non
videt agnoscit. Proponitur autem species
panis et vini. Continentur in sumptio-
ne corporis et sanguinis Christi docetur
esse perfecta refectio. Plena quippe
refectio cibus et potus est. Cibus
autem et potus panis et vinum est
principalius substantia. Utrum sacra-
mentum altaris et veritas est et figura

M ysterium fidei ex hiis aliqui
que scripta sunt ubique quidem
munimentum erroris educere putave-
runt dicentes: In sacramento al-
taris veritatem corporis et sanguinis
Christi non esse sed ymaginem tantum et
speciem et figuram, pro eo quod scriptura
memorat aliquotiens id quod in al-
tari suscipimus esse sacramentum
et misterium et exemplum. Qui
profecto laqueum erroris incurrunt
quia nec sacramenta dei reveren-
ter suscipiunt nec veritatem scrip-
ture convenienter intelligunt nes-
cientes scripturas neque virtutem dei.
Quidam enim inquiunt: Ideo sacramentum
altaris veritas non est quia figura-
ta est. Et resurrectio Christi veritas
non est quia figurata est. Nam et
mortem et resurrectionem Christi fi-
guram et ymaginem et similitu-
dinem esse manifeste declarat
apostolus dicens: Christus mortuus est
propter delicta nostra et resurrexit prop-
ter iustificationem nostram. Et
Petrus apostolus: Christus passus est

pro nobis vobis relinquens exe
plum u. s. v. e. Ergo mors xpi
complexiv fuit ut peccato moriamur
et resurrectio eius exemplum fuit
ut iusticie vivamus Numquid ideo
veritas non fuit quia xpus vere mor
tuus non est et vere non resurre
xit si mors eius et resurrectio
vera non fuit absit Nam propheta
de xpo predixit Vere languores
nostros ipse tulit et d. n. i. p. Alte
rius igitur sacramentum est et ve
ritas et figura ;~ De sacrame
nto et re sacramenti

Visia quippe sunt in hoc sac
ramento discreta videlicet
forma visibilis veritas corporis
virtus spiritualis forma panis et vi
ni veritas carnis et sanguinis v
tus unitatis et caritatis Primum o
culo cernitur secundo animo creditur
tercio corde percipitur Primum est sacra
mentum et non res Secundum est sac
mentum et res Tercium vero res et non sa
cramentum Sed primum est sacramentum
rei Secundum autem est sacramentum
unius et res alterius Tercium vero est res
gemini sacramenti Nam forma pa
nis utramque xpi carnem significat
sed veram carnem et continet et signifi
cat misticam vero significat sed non
continet Sicut enim unus panis
ex multis granis conficitur et unum
vinum ex diversis acinis confluit sic
et corpus xpi ex multis membris
componitur et unitas ecclesiastica ex
diversis personis consistit In predesti
natis vocatis iustificatis et glo
rificatis Nam quos predestinavit
hos et vocavit et quos vocavit
hos et iustificavit etc. Item dicit
apostolus Unus panis et unum corpus
multi sumus in cuius rei typo fac
ta est archa domini de ligno cethim

que sunt imputribilia et alle forme
similia tamen aut inquinat liquor vel
tuber similitudine sanguinis represen
tat Frigidum autem calet aut redolet
perfectam caritatis ostendit Nam vi
num et sanguinem operatur et excitat cari
tatem Vinum cor bibentis exhilarat
et dilatat Patet igitur quod substancia corpo
ris et sanguinis xpi est sacramen
tum et res sed alterius sacramenti res
et alterius rei est sacramentum Est enim
res primi quia significatur et continetur
a primo videlicet a forma visibi
li et est sacramentum tercii quia sig
nificat et efficit tercium id est unitatem
ecclesiasticam Illud quoque sane debet intel
ligi quod dominus ait Pauperes semper habe
tis me a. n. s. h. ne videatur esse con
trarium illi quod alibi dicit Ecce ego vo
biscum sum o. d. u. a. c. s. Xpm enim
semper habemus nobiscum sub dominum
specie sacramenti et non semper habemus
nobiscum in propria forma presencie cor
poris misterium fidei quia aliud ibi cerni
tur enim ibi species panis et vini et cre
ditur veritas carnis et sanguinis Quod
autem hoc dicitur misterium fidei alibi dicitur
spiritus et vita Spiritus enim misterium se
cundum illud littera occidit spiritus autem
vivificat fides est vita secundum
illud Iustus ex fide vivit hinc quoque
dominus ait Verba que locutus sum vo
bis spiritus et vita sunt Species panis
duobus ex causis intelligitur esse sac
ramentum corporis ihesu xpi ~

Verum cum sacramento efficia
tur sacramentum et post con
secracionem non sit in altari panis
aut vinum quomodo panis est corporis et
quomodo vinum est sanguinis sacramentum
Si dicatur quod panis qui fuit vel vi
num quod extitit perfecto nec ille corpo
ris est nec illud est sanguinis sa
cramentum quia panis transivit

in corpus et vinum in sanguinem. Si vero
dicatur quod species que remansit illa quidem
non consistit ex granis nec confluxit ex
acinis quia ex hiis non provenit acci-
dens sed substancia. Quam ergo sim-
litudinem assignabimus inter sacramen-
tum rei et rem sacramenti. Nam si
sacramenta non habent similitudinem
rerum quarum sunt sacramenta proprie
sacramenta non dicuntur. Sicut in
sacramento baptismi quod est ab-
lucio carnis exterior similitudinem
habet significati quod est ablucio mentis
interior. Sane sacramentum istud in con-
gruit similitudine corporis in quo
panis similitudinem corporis in quo
panis similitudine representat. Species
ergo panis sacramentum est corporis
non solum racione rei significate ve-
rum eciam racione contente. Quod sacra-
mentum altaris et veritas est et
Misterium fidei ex hys figura
aliis scilicet separat vbi quidam
munimentum erroris duce putauit
dicentes in sacramento altaris veritatem
corporis et sanguinis Christi non esse sed
ymaginem tantum et speciem et figuram pro
eo quod scriptura memorat aliquociens
id quod in altari suscipimus esse sacra-
mentum et misterium et exemplum. Qui
profecto laqueum erroris incurrunt quia
nec sacramenta dei reuerenter suscipi-
unt nec veritatem scripture conueni-
enter intelligunt nescientes scripturas
neque virtutem dei. Primo enim nequaquam
ideo sacramentum altaris veritas non
est quia figuratum est. Ergo nec mors
Christi veritas figurata est. Et resurrec-
cio Christi veritas est non quia figura
est. Nam et mortem et resurrecci-
onem Christi figuram et ymaginem et
similitudinem esse manifeste decla-
rat apostolus dicens Christus passus est
pro delictis nostris et resurrexit
propter iustificacionem nostram. Et pre-
terea apostolus Christus passus est pro
nobis vobis rel. ex. u. s. v. eius.
Ergo mors Christi exemplum fuit ut pec-
cato moriamur. Et resurrectio eius
exemplum fuit ut iusticie viuamus.
Numquid ideo veritas non fuit. Ergo Christus
vere mortuus non est et vere non
resurrexit si mors eius et resur-
reccio vera non fuit. Absit. Nam prophe-
ta de Christo predixit vere languores
nostros ipse tulit et de. n. ip. p. Alta-
re igitur sacramentum est et veritas
et figura. Utrum in altari diuersa sint

Sequitur utrum species sacramenti
panis et veritas corporis unum
sint sacramentum an diuersa sint sa-
cramenta. Scriptum est enim perficiat
in nobis que tua sacramenta quod con-
tinent. Et alibi legitur. Opera ut hic
tui corporis et sanguinis sacramentum
non sit nobis reatus ad penam. Pre-
ca cum eandem rem sacramentum
significent verum est quod idem sit
sacramentum. Sed cum diuersa sint si-
gna videtur quod diuersa sint sacramen-
ta. Sunt sane qui dicunt quod
forma panis et forma vini sunt
unum sacramentum non propter unum
significatum sed propter unum conten-
tum species autem panis et veritas
corporis sunt unum sacramentum
non propter unum contentum sed propter
unum significatum. Hoc debet concedi
quod sicut diuerse res propter idem sig-
nificatum idem sit sacramentum
sic eadem res propter diuersa significa-
ta diuersa sunt sacramenta. Qui-
bus obicitur quod si species panis et
veritas corporis idem sunt sacra-
mentum cum species panis sacra-
mentum sit corporis ergo veritas cor-
poris idem est sacramentum et ita
sacramentum est sui. Non provenit

quia species panis est quidem sacramentum quod est veritas corporis et est quod non est illa quam est duo sacramenta divisa. Alii vero dicunt quod sunt divisa sunt significata sunt diversa significancia semper divisa sit sacramenta. Nos oportet concedere quod in altari sunt ad minus quatuor sacramenta videlicet species panis species vini veritas carnis et veritas sanguinis. Preterea cum panis et vini divisa sit significatione ut sapor et odor pondus et color quantitas et figura videtur quod singula per se sint varia sacramenta. Nam qua racione potius vinum quam aliud dicendum est sacramentum. Sed cum rei sacramenti est odor aut sapor potest non inconveniens respondere quod omnia simul accepta sunt unum dicturis ne sacramenta eo quod nullum per se significet sed omnia simul panis specie representant que corpus Christi secundum et significat

¶ De diversitate signorum

Signorum autem alia sunt naturalia et alia positiva. Nam naturalia sunt que secundum naturam significant quorum quedam sunt que per antecedens significant consequens ut rubore vespertino significatur serenitas matutina. Alia sunt que per consequens significant antecedens ut fumo vel cinere significatur ignis. Positiva sunt illa que secundum inposicionem significant quorum alia sunt signa rei sacre ut serpens eneus erectus in heremo. Alia sunt signa rei non sacre ut circulus tabernal[is] erectus in bivio. Signorum rei sacre alia sunt sacra ut baptismus alia non sacra ut agnus pascalis. Sacra sunt signa novi testamenti non sacra veteris. Primus enim utrique sunt signa rei sacre id est iustificancia sicut nonnulli dixerunt sacramenta legalia iustificasse. Hec enim est differencia et evangelica sacramenta quod illa significabant tantum et non iustificabant. Hec autem significant et iustificant. Verum quoque large quam stricte sacramentum accipitur. Large secundum quod omne signum rei sacre sive sit sacrum sive non sacrum dicitur sacramentum. Unde signa legalia sacramenta dicuntur. Stricte secundum quod sacre solummodo signum dicitur sacramentum. Sacramenti nomine sacramenti quandoque signum rei quandoque res signi rarius tamen accipitur. Secundum quod sacramentum accipitur pro signo rei sacramentum dicitur a sacro et signo quia sacrum significat. Secundum quod sacramentum accipitur pro re signi sacramentum dicitur a sacro et secreto quasi sacrans secretum. Species panis dicitur sacramentum active id est sacrum significans. Unitas autem ecclesie dicitur sacramentum passive id est sacrum signatum. Corpus vero domini utroque modo dicitur sacramentum id est et sacrum signans et sacrum significatum. Sacramentum vero consistit in tribus. In rebus factis et verbis. Secundum proprietatem similitudinem et interpretacionem leo namque secundum proprietatem designat diabolum unde adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem devoret. Seminare secundum similitudinem significat predicare unde exiit qui seminat seminare semen suum et aliud cecidit in terram bonam et aliud super petram et aliud inter spinas. Emanuel secundum interpretacionem significat Christum unde et vocabitur emanuel quod interpretatur nobiscum deus. Res ut aqua baptismi. Facta ut signaculum crucis. Verba ut invocacio trinitatis. Singula reperiuntur in hoc excellentissimo.

sacramento hec .i. corpus et sanguis
facti .i. esus et potus. verbum hoc
est corpus meum, hic est sanguis
meus. Quod sanguis xpi duobus modis
intelligitur in remissionem peccatorum

Qui pro multis effundetur in re-
missionem peccatorum pro solis
predestinatis effusus est quantum
ad efficaciam, sed pro cunctis homi-
bus est effusus quantum ad suf-
ficienciam. Effusio quippe sanguinis
iusti pro iniustis tam fuit dives ad pre-
cium ut si universitas crederet in re-
demptorem nullum omnino dyaboli vincu-
la retineret. Peccatum autem duobus
modis remittitur quo ad maculam culpe
et quo ad debitum pene. Maculam cul-
pe remittitur per sanguinem fidem quia iusti-
ficamur a culpa. Debitum pene remit-
titur per sanguinem precium quo redemp-
ti sumus a pena. Omnes enim quasi
oves erravimus unusquisque in viam suam
declinavit et dominus posuit in eo iniqui-
tates omnium nostrum. Vulneratus est propter
iniquitates nostras, attritus est propter sce-
lera nostra, disciplina pacis nostre super
eum et livore eius sanati sumus.
Vere languores nostros ipse tulit et
dolores nostros ipse portavit. Cum er-
go iustus iniuste punitus est, iniusti
iuste sunt liberati. Assumpsit enim
in se penam pro omnibus ut daret pro
se gloriam universis. De sumpcione
eucharistie non est nimis differenda

Hec quociensque feceritis. In
percepcione corporis et sangui-
nis xpi magna nobis est adhiben-
da discretio. Cavendum est enim ne si
nimium differatur mortis periculum
incurratur domino prestante: Nisi man-
ducaveritis carnem filii hominis et bi-
beritis s. n. h. v. in v. Si vero quis indig-
ne susceperit iudicium dampnacionis
incurrit apostolo testante: Qui man-
ducat et bibit indigne iudicium
sibi manducat et bibit. Ideoque iux-
ta vocem apostoli dicentis: probet
seipsum homo, et sic de pane il-
lo edat et de calice bibat. Inges
itaque nobis videtur bene cingendi
necessitas ne corpus domini vel in-
digne sumendo sumamus iudicium
vel sumere cessando incilomina incur-
ramus periculum. Necessario quippe
sumendus est agnus ut a vastan-
te angelo protegamur ut exire pos-
simus de egipto ubi celebrando
phase paschalem agnum edamus.
Dicit ergo quispiam communicandum
esse cotidie, dicit alius communican-
dum non esse. Faciat unusquisque quod
pie crediderit faciendum. Non enim
litigaverunt invicem nec alter alte-
ri se preposuit Zacheus et ille centurio
cum alter eorum gaudens in domo sua
xpm susceperit et alter dixerit
Domine non sum dignus ut intres
sub tectum meum. Audi quid super hoc
senciat Augustinus. Cotidie inquit
eucharistiam accipere nec laudo nec
vitupero. Omnibus tamen dominicis
hortor. Si tamen mens in affectu pec-
candi est, gravari magis dico eu-
caristie percepcionem quam purificari.
Et licet quis peccato mordeatur, si tamen
peccandi de cetero non habet vo-
luntatem et satisfaciat lacrimis
et orationibus securus accedat. Sed
hoc de illo dico quem mortalia pec-
cata non gravant. Cautum est autem
in canone quod si non frequencius
saltem ter in anno omnes com-
municent qui volunt christianis
censeri nominibus. In pascha, pente-
costen et natali. Quod sacramentum altaris est in memoriam mor-
tis xpi

In meam memoriam
facietis. In hoc sacramento

nobis cottidie mortis Christi memoria renovatur sic apostolus denunciat dicens Quocienscumque manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec veniat. Propter quod ipse docebat apostolus hoc facite in meam commemoracione. Hanc ultimam sui memoriam nobis dominus reliquit quemadmodum si quis pergit proficiscens aliquod pignus ei quem diligit delinquit ut quociens illud aspexerit ipsius debeat amiciciam memorari quem si perfecte dilexit absque magno fletu vel desiderio nequit illud aspicere. Propterea hoc salvator instituit sacramentum ut quia venerat eius hora qua de mundo transiret ad patrem quia necesse erat quod dicebat apostolis Quo ego vado vos non potestis venire modo. Nam et petro dicenti domine quo vadis dixit quo ego vado non potes me sequi modo compaciens illud hereditate conservans visibilem sui memorie commendaret hoc ergo facite in meam commemoracionem. Non enim solam spiritualem commemoracionem sufficere indicabat qui letargicum venerat et egrotum sanare. Unde nota eciam naturam que pars vii capitulo illud quod in ewangelio tam optimus unguentis fragrat antidotum verbum quod erat in principio apud deum per quem omnia facta sunt quod ipse caro factum est et habitavit in nobis Nec illud quidem ruminandum medela salubris est super mel et favum dulcius faucibus anime diligentis. Sed tamen cibus valde paucorum est et solius mentis est pabulum quo tunc anima plenissime saciabitur cum verbum ipsum in eterna felicitate gustabit. Ideo ille qui corpus assumpsit

et animam ut animam sanaret et corpus pigmenta sua preclare caritatis arte composuit quibus letificata mente egroti renovatam cottidie sue salutis commemoracione percoleret et edentula plebs quod verbum antiquum et eternum principium quasi solidum cibum ruminare non poterat hoc dulcissimo confecto liquamine in panis a tui sacramento quasi ne faceret sorbillare.

De diversis causis institucionis

Sapiencia dei que super visibilia manifestatur volens evidenter ostendere quod ipsa cibus est animarum carnem assumptam proposuit in cibum ut per cibum humanitatis mitteret ad gustum divinitatis de quo dicit psalmista Gustate et videte quoniam suavis est dominus. Ideo ergo se Christus exhibet nobis in cibum ut sicut divinitate nos reficiat quam spiritualiter corde gustamus ita nos humanitate reficiat quam ore corporaliter comedimus ut ita de visibilibus ad invisibilia de temporalibus ad eterna de terrenis ad celestia de humanis ad divina nos transferat. Ego sum inquit panis vivus qui de celo descendi. Ego cibus divinitatis et panis quem ego dabo caro mea est. Ego cibus humanitatis. panis igitur angelorum factus est cibus hominum secundum illud propheticum panem angelorum manducavit homo. Quatenus qui secundum animam divinitatis alimus et secundum carnem cibum humanitatis sumimus quoniam sicut anima racionalis et caro unus est homo ita deus et homo unus est Christus. Et quia per gustum homo mortem incurrit per vitam quam vitam recepit quatenus unde mors oriebatur inde vita resurgeret. Dictum est quippe de illo quacumque die comederis morte mo

vicius Dicitur aut de isto Si qs in
ex Wc p v meciu ?? Cibus ille mo
talis pependit in ligno sciencie bo
ni et mali Cibus iste vitalis pepe
dit in ligno vite qd est in medio pa
radisi Illud fuit lignu inobediencie
e ad qd homo manus extendit ut
fieret sicut dii iuxta qd spens illi p
misat Eritis sicut dii scientes bo
nu et malu Istud aut est lignu o
bediencie in quo dns manu ?
et factus est ho iuxta qd dicit a
plus Exinanivit se forma svi acci
piens in similitudine hom factus
et habitu factus ut homo hum etiam
factus obediens usqz ad morte mo
tem aut crucis Ut go sua erga
nos caritatem ostenderet et in am
plius se caritatem accenderet qui dedit
se pro nobis in preciu ipse tribuit se
nobis in cibum ut p preciu redimeret
nos a morte p cibum alet nos ad
vitam Jo vi Qui manducat me
vivit ppt me quo amplius umqu
potuit pro nob efficere preciu se dedit
p nobis in mortem et cibu se tri
buit nobis ad vitam ut mortem
nram sua morte perimeret et vi
ta nostra sua vita nutriret panis
iste si digne comedatur impinguat
calix iste si digne bibatur inebriat
non corpus sz cor non ventre sed
mentem Calix poculi tui inebrians
quam preclarus est post hunc go sa
cramenti virtutem virtus se virtutes
augentur et omni graciarum fructus
exuberat Jb enim in hoc sacrame
to sumitur totus et integer qui est
fons et origo tocius trinitatis virtu
tis et gracie Per crucis misterium
eripuit nos a potestate pcti per eucari
stie sacramentu liberat nos a volun
tate peccandi Nam eucaristia si dig
ne sumatur a malo liberat et confirmat

nota

in bono Venialia delet et cavet
mortalia Unde cu primittamus in
in oratione dominica panem nrm epyu
sion i supsubstancialem da nob hodie
statim adiungimus et dimitte no
bis debita nra ne nos inducas in
temptacionem sz libera nos a malo
quia p manu istam celestem libera
mur a malis preteritis psentibus et fu
turis Dedit go nobis hoc sacra
mentu salutis ut quia nos cotti
die peccamus et ipse iam mori non
pt p hoc sacramentu qd in memori
am mortis eius accipimus remissi
onem cottidie peccatorum consequamur
Non solu enim lavit nos a peccatis no
stris in sanguine suo qn sanguine sum
fudit pro nobis in crucis patibu
lo verum eciam cottidie lavat nos
a peccatis nostris in sanguine suo quoni
am nos sanguinem eius accipimus
in calicis poculo Ascensurus go
xpus ad patrem quia pmisit aplis
eorumqz sequacibus Vobiscum ero
cunctis diebus usqz ad consumaci
onem seculi voluit remanere cum
illis non solum p inhabitantem gra
ciam nec tm p divinam essenciam
verum eciam p corporalem presenciam Et
ideo sacramentum istud instituit in
quo pns est ipse nobiscum nec sub
aliqua forma sed in ipsa vera
substancia Congruum enim erat ut
qui hominem quem plasmavit fe
cit ad ymaginem et similitudinem
suam expressius insigniret Dispo
suit go celestis altitudo consilii ut
sicut tres sunt psone in unitate
subie Pater filius et spus ita tres
essent substancie in unitate psone
divinitas corpus et anima Cumqz
xpus sm naturam divinam tot modis
in rebus existat omibq p essenciam in
solis iustis p graciam in ipsa assumpto

per unionem voluit ut idem ipse se
cundum humanam naturam tribus modis
in rebus existeret localiter in loco
personaliter in verbo sacramentaliter
in altari Sicut enim secundum divinita
tem totus essencialiter in omnibus re
bus ita secundum humanitatem totus sacra
mentaliter est in pluribus locis huius
sacramenti virtute possibile sit ut
qui de terra sunt in celum ascendat Ait
enim ipse salvator Nemo ascendit in
celum nisi qui de celo descendit filius
hominis qui ascendit in celum ipse
christus cui tamquam suo capiti cuncta
membra corporis annectuntur omnes qui
huius sacramenti sumunt unitatem in
spiritus in vinculo pacis et sic unum
corpus una persona unus christus caput
cum suis membris in celum ascendit
dicatque gratulabundus gloriosam
sibi representans ecclesiam hoc nunc os ex
ossibus meis et caro de carne mea
et ostendens se cum illa in unam con
venisse personam Erunt inquit duo in
carne una Hoc autem inquit apostolus mag
num sacramentum est in christo et in ecclesia
quod eucaristia simul efficiat et signi
ficat secundum quod dominus ait Qui mandu
cat carnem meam et bibit meum sangui
nem in me manet et ego in eo Per
id ergo quod et ipse suscepit de nostro et
ipsi accepimus de suo tam insolubi
li nexu coniungimur ut quod est unum
cum patre per ineffabilem unitatem
fiat unum nobiscum per admirabilem uni
onem ac per hoc ipso communiter mediante
cum patre unum efficiamur Pater inquit
sancte serva eos in nomine tuo quos
dedisti michi ut sint unum sicut et nos
non pro eis autem rogo tantum sed pro
eis qui credituri sunt per verbum eorum
in me ut et ipsi in nobis unum sint
et mundus credat quia tu me mi
sisti et ego claritatem quam dedi

sti michi dedi eis ut sint unum sicut
et nos unum sumus ego in eis et
tu in me ut sint consummati in unum
et cognoscat mundus quia tu me mi
sisti Rogat unitas per unione ver
bum cum patre unum est in natura hoc
cum verbo unum est in persona membra
sint unio cum capite primum in iusticia
perimodum autem in gloria quia qui adhe
ret deo unus spiritus est cum eo ut enim
in iusticia unum sint cognoscat mun
dus quia tu me misisti Ut autem in
gloria unum sint volo ut ubi ego sum
et illi sint mecum ut videant clari
tatem meam quam dedisti michi quia
dilexisti me ante constitucionem
mundi Explicit particula tercia Inci
piunt capitula quarte particule

De signis que in tercio loco fiunt
super oblatam et calicem ubi
agitur de v plagis ostenditur eciam
quod nunquam in crucis signaculo pa
nis separatur a calice nisi cum sepa
tum nominatur in calice Quare
post consecracionem super eucaristi
am signa fiant ubi distinguitur
inter verbum et signum De figuris
novi sacrificii que presserunt in ve
teri ubi tam in offerentibus quam
in oblacionibus similitudo notatur

De signis que tercio loco fiunt su
per oblatam et calicem ubi agitur
de quinque plagis ostenditur eciam
quod nunquam in crucis signaculo
panis separatur a calice nisi cum sepa
tus nominatur in calice Quare
post consecracionem super eucharis
tiam signa fiant ubi distinguitur
inter verbum et signum De figuris
novi sacrificii que presserunt in vete
ri ubi tam in offerentibus quam in ob
lacionibus similitudo nominatur
De signis que quarto loco fiunt super
oblatam et calicem ubi agitur

de christi oratione et de Iude prodicione de criminalis et flagellis de spinis et alapis / De presumpta illorum uirorum intelligencia Iube hec perferri per manus angeli agitur de ministerio angelorum qui semper in sacramento presentes existunt / c Distinguitur etiam multiplicitas diuersorum altarium De memoria defunctorum ubi traditur quare mors in sacra scriptura comparetur / De secunda commemoracione sanctorum ubi dicitur quare Iohannes repetitur et quare steffanus Iohannem premittitur mathie ac barnabe De signis que quinto loco fiunt super corpus et sanguinem et in latere calicis ubi agitur de crucifixione que facta est hora tercia linguis iudeorum et de crucifixione que facta est hora sexta manibus gentilium De extensione manuum saluatoris in cruce de tribus cruciatibus quos christus sustinuit. De aqua et sanguine que de latere christi fluxerunt / De scissione veli de sepultura christi Quare pax post sacrificium exaltatur De saxo aduoluto ad hostium monumenti / ostenditur etiam quare dyaconus mensam altaris et armum pontificis osculatur Epilogus de numero et racione signorum que fiunt super oblatam et calicem De uocis expressione et pectoris tunsione De oratione dominica ubi agitur de dignitate orationis ad quam nulla uocalis oratio pro quibus orandum sit de numero peticionum et ordine De aptacione septem peticionum et vii donorum vii virtutum et septem beatitudinum De captacione beniuolencie De triplici malo a quo petimus liberari / De diuersis temptacionibus in quas petimus non induci De tribus debitis que petimus nobis dimitti / De quinque panibus que petimus nobis dari De voluntate dei quam in terra sicut in celo fieri postulamus De regno dei quod petimus aduenire De sanctificacione nominis patris quod quatuor modis sanctificatur in filijs duobus in via et duobus in patria Quod duplex ordo notandum est in oratione dominica unus in descendendo qui concordat cum donis et alter in ascendendo qui conuenit cum virtutibus Ostenditur etiam quare orationem dominicam post canonem super hostiam recitare censuit De silencio post orationem dominicam ubi agitur de gestis dominice sepulture et de descensu saluatoris ad inferos. Expliciunt capitula Incipit particula quarta de signis que tercio loco fiunt super oblatam

Unde memores (et calicem

Quia dominus ipse precepit ut hec in sui memoriam faceremus Ideo tanta commemoracio ponit ecclesie scilicet tam beatam passionem necnon et ab inferis resurrectionem sed et in celos gloriosam ascensionem quorum primum i. passio inducat caritatem. secundum i. resurrectio corroborat fidem. tercium i. ascensio letificat spem Quid enim magis in nobis caritatem accendit quam quod proprio filio suo non pepercit deus sed pro nobis omnibus tradidit illum Christus enim factus est pro nobis obediens usque ad mortem. mortem autem crucis. Quid magis in nobis fidem confirmat quam quod christus resurrexit a mortuis primicie dormiencium. quoniam quidem per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum. et sicut in Adam omnes moriuntur ita et in christo omnes uiuificabuntur / Quid ma

gīe in nobis amplificatur spē· quū
q̄ xp̄us ascendens in altū capti
uam duxit captiuitatem· ꝯ· ꝯ· ho
C ut ubi est ipse illic sit et minister
ipsius· Cruna vō dicat etiā medi
tem se dominice passionis statim ac
bibere spem ipsius passionis comme
morat recolens in quinque crucibus
quinque plagas domini per partes or
dinem dominice passionis prosequitur
sicut subsequens exposicio declara
bit· Ab hinc igitur usque dum corpo
rale desuper calice remouetur dñi
passio memoratur· Nam ubi dicit
sacerdos hostiā purā hostiam
sanctam· hostiam immaculatam panē
sanctum vite eterne et calicem salutis per
petue· qui in arca sanctas signacu
lum imprimit super oblatam et cali
cem significans illa comentis
petre foramina in quibus residet
immaculata columba fructuose
nidificans· cum iam perclara v cru
cis signacula· quinque dilecti sui
plagas videlicet duas manuum
totidemque pedum et vnū lateris
fidei tenet et contemplatur medi
tā· Tres autem cruces communiter
facit sacerdos super oblatā et ca
licem quia in tribus verbis utrumque
pariter intelligitur· Nunquam enim in
crucis signaculo panis separa
tur a calice nisi cum separatim no
minatur in canone· Verum erecta post
crucis solummodo super panem uni
uersa vero utrique super calicem exten
tendi quia erectū post crucē cor
pus sustinuit et brachia transuer
sa distendit· Crucē post consecr
acionem super eucaristiam signa fiunt·

HINC oritur questio non preter
eunda plenius· Cum enim
plene sit et perfecte celebratio con
secrata· nam materia panis tum
iam transiuit in substantiam carnis et sang
uinis· quare super eucaristiā benedictio
et plenissime consecratā adhuc be
nedictionis signum exprimitur aut ali
quid consecrationis verbum profertur·
Immo talia quedam subiunguntur in cano
ne que videntur innuere quod non dum
sit transsubstanciatio consummata· Ergo
super hanc questionem vellem doceri
pocius quam docere magister res
te qua prefer sentiam Verum quia
inchoatum a maioribus dictum super
hac re potius repperire dictam salua
fide quod senciō sine preiudicio melio
ris sentencie· In canone siquidem aliud
verba significant et aliud signa pre
tendunt· Verba namque principaliter
spectant ad eucharistiā consecra
dam· Signa vero principaliter pertinet
ad hystoriam recolendā Nam ver
bo utimur ad consecrandum panem
et vinum in corpus et sanguinem ihesu
xp̄i· Signis utimur ad recolendum
ea que per ebdomadā paschale ges
ta sunt circa xp̄m· Patet ergo quia
tam ad ordinem eucaristie conse
crande quod capitulum istud Qui p
die quam pateretur in fine cano
nis subici debuisset circum in con
secracio consummatur· Sed quia inpe
disset ordinem hystorie recolende
quia quod fuit gestum in medio re
colitur· In fine precedit canonis or
dinator ut ordinem seruaret hys
torie quasi quadam necessitate
compulsus capitulum illud Qui
pridie quam pateretur quasi cor ca
nonis in medio collocauit ut que
sequuntur intelliguntur retro secundum illam
figuram que sepe fit ut que narraci
one succedunt intellectu precedat
vel precedit ut tamen hec quia hystorie
suus ordo seruet· Dicitur itaque quod
signa pertinet ad hystoriam reco-

lendam sed vba ptinet ad euchari
stiam hoc modo consecratam Expo
sitio subsequentium

Nos tui servi videlicet sacerdotes
sed et plebs tua sancta s pplius
xamus Ita q pplius ait nota sacer
dotes fungimur ministerio offerimus
preclare maiestati tue i p ceteris clare
Nam si iusti fulgebunt sicut sol
in regno patris eorum quanto clari
us maiestati diuinitatis prefulget
de tuis donis i de frugibus sege
tum quantum ad panem qui est con
secratus in carnem Ac datis i
de frugibus arborum quantum ad vi
num quod est consecratum in sanguinem
De hiis inquid et illis offerimus
hostiam puram hostiam sanctam hosti
am immaculatam i eucaristiam
mundam ab omni culpa originali
veniali et criminali Vel puram
quantum ad cogitacionem sanctam quan
tum ad locucionem Immaculatam
quantum ad operacionem quia pec
catum non fecit nec dolus inuentus
est in ore eius hoc est panem sa
cium i sanctificantem datorem vite e
terne quantum ad stolam carnis
et calicem salutis perpetue quan
tum ad stolam anime secundum illud E
go sum panis viuus qui de celo
s m ex h p v i in eternum Sump
ta comparacio nobis ac sereno vultu
i respectu placabili dignaris respi
cere non quod vultus eius mutetur
aliquando Sed tunc deus vultum suum
super nos illuminat et serenat cum
misericordiam suam super nos exhi
bet et declarat secundum illud psal
miste Illuminet vultum suum super
nos et misereatur De figuris no
ui sacrificii que precessit c xv t

Sicuti accepta habere
dignatus es munera Abel

Tenuibus istud sicuti similitudinem
innuit non exprimit quantitatem
multo quippe acceptius est hoc
sacrificium quam quod obtulit Abel quod
obtulit Abraham quod obtulit
melchisedech Valet enim amplius
res quam figura Ipsam ergo similitu
dinem magis quam quantitatem
debemus attendere Similes er
go offerendo simus abel si recte
quidem offerentes recte nichilo
minus diuidamus quod quia caym non ex
pectauit Sua namque recte debe
bat obtulit deo sed retinens sibi se
ipsum et cor suum auferens deo
male diuisit Abel autem acceptum
deo iustus in corde obtulit holo
caustum quia non se sibi retinu
it sed deo totum se subdidit et impen
dit et ideo respexit dominus ad abel
et ad munera eius ad caym et
ad munera eius non respexit prius
respexit ad abel et postea respex
it ad munera quia non offerens
placuit a muneribus sed mune
ra placuerunt ab offerente Sic
Abraham egregia fide totum se
prius offerebat altissimo et postea
cum sua duceret offerenda pla
cidas ei hostias offerebat Quin
nos scientes inmitemur patres
ab illo deus exegit effectus c
Tolle inquit filium tuum vnigen
tum quem diligis ysaac et off
eum in holocaustum s u m q m
t Statimque promptum et obedien
tem inuenit ymo nobis ostend
dit melchisedech qui iustus prius
acceptus deo obtulisset sacrificium
futurorum causas nature primordijs
quibusque minuti mysterii panis et
vini primus obtulit sacrificium
erat enim sacerdos altissimi Nos
igitur assistentes ad offerendum

si recte diiudicimus sub nobis ipsos
in sacrificium offeramus anteriora
procerum felicitate thaurinam
iuvencamque libidine iugulantes
iuxta quod in psalmo cantamus
holocausta medullata offeram
tibi cum incenso arietum offe-
ram tibi boves cum hircis accepta
habere sicut munera abel sicut sac-
rificium abrahe sic hostiam melchi-
sedech. Nota in quam dicit acceptabi-
re non solum in offerentibus sed in ipsis
oblationibus debemus similitudinem
intueri. Nam illa veteri sicut figura
novum hoc sacrificium figurabat. Quid
enim per munus abel offerentis de primo-
genitis gregis nisi Christus exprimi-
tur primogenitus in multis fratribus
qui sicut abel invidiose fuit inter-
fectus a fratre sic ipse maliciose fuit
occisus a populo iudeorum. Nam secundum
apokalipsim Johannis ipse est agnus
qui occisus est ab origine mundi.
Quid per sacrificium abrahe dilectum
et unicum filium offerentis nisi passio
domini designatur. De quo dicit apostolus
proprio filio suo non pepercit deus sed pro
nobis omnibus tradidit illum. Hic
est inquit filius meus in quo mi-
chi complacuit. Oblacio vero melchi-
sedech tamen ipse novum sacrificium pre-
signavit ut in psalmo dictum sit Tu es
sacerdos in eternum secundum ordinem mel-
chisedech. Qui secundum apostolum assimi-
latus per omnia filio dei manet
sacerdos in perpetuum. Abel dicitur
puer non tam a pueritia quam a
puritate secundum illud Ecce puer meus
electus quem elegi posui super eum
spiritum meum. Abraham dicitur patriar-
cha non tam israhelitice plebis quam
populi ... filius per carnem ...
... secundum illud non ultra vo-
cabitur nomen tuum Abram sed abra-
ham quia patrem mul-
tarum gencium constitui te. Melchisedech
interpretatur rex iusticie deinde
rex salem id est pacis propter illud quod legitur
orietur in diebus eius iusticia et
habundancia pacis d. a. l. Sanctum
sacrificium immaculatam hostiam. Hoc
addidit in canone leo papa. De sig-
nis que quarto loco fiunt.

Supplices te rogamus etc. Vero
dicto post cenam exiit ihesus in mon-
tem oliveti transtorrentem cedron
et progressus pusillum procidit
in faciem suam orans et dicens. Pa-
ter si fieri potest transfer calicem hunc
a me. gutte sanguinis decurrentis in
terram. Tunc venit ad discipulos
suos dicens. Surgite eamus ecce
appropinquat qui me tradet. Tradi-
tor autem dedit signum dicens quem-
cumque osculatus fuero ipse est tene-
te eum. Ihesus igitur quia procidit
orans et dicens pater si fieri potest
etc. Sacerdos inclinat orans et di-
cit Supplices te rogamus etc. Per
osculum altaris representatur osculum
traditoris quia vero factus in ago-
nia prolixius orabat tercio dicens
sermonem eundem. Sacerdos facit
tres cruces primam et secundam dis-
tincte super oblatam et calicem di-
cendo Sacrosanctum filii tui corpus
et sanguinem. terciam signat de se ipso
in facie cum dicit. Omni benedictione
celesti et gratia repleamur. Forte
propter sudorem corporis crucem im-
primens super corpus et propter guttas
sanguinis crucem imprimens super
sanguinem. Et procidit in faciem suam
orans imprimit sibi crucem in fa-
cie. Vel potius per duas cruces
quas facit sacerdos super corpus
et sanguinem designantur vincula et
flagella. vincula quibus ligatus est

corpus et flagellacionis effusus est sanguis
Nam de primalis legitur ministri iu
deorum comprehenderunt ihesum
et ligaverunt et miacentes dixerunt
et tradiderunt pilato De flagellis
legitur · Apprehendit pilatus ihesum
et flagellavit · cuius livore sanati su
mus Per tacam crucem vero quam sacer
dos sibi facit in fronte recolitur il
lud quod iudei expuebant in faciem
xpi et palmas in faciem eius da
bant et valentes faciem eius dice
bant · prophetiza nobis xpe · quis est
iste qui te percussit De profunda quo
rundam verborum intelligencia ~
Iube hec fieri etc Tante profundi
tatis sunt hec verba ut intellec
tus humanus vix ea sufficiat pe
netrare Nam et beatus Gregorius tanti
sacramenti dignus inprescrutatum
in loco de illis tamquam de re ineff
bili pene ineffabiliter loquens ait
Quis fidelium habere dubium possit
in ipsa ymolacionis hora ad sac
dotis vocem celos aperiri in illo
misterio angelorum chorus esse ad
summis ima sociari terrena celestibus
iungi ex invisibilibus et visibilibus
fieri potest Idem alibi dicit Uno eo
que tempore et momento in celo ra
pitur ministerio angelorum consociandum
corpori xpi et ante oculos sacer
dotis in altari videtur salvo tamen
oculo celestis oraculi sacrame
to post sunt hec verba licet simpli
ciue tamen sanctius sit intelligere
Iube h. i. vota fidelium videlicet
supplicaciones et preces perferri per ma
nus sancti angeli tui · hoc est per
ministerium angelorum secundum illud quod
quod ait angelus ad thobiam Qu
ando orabas cum lacrimis Ego obtu
li oraciones domino In sublime altare
tuum · hoc est in conspectu divine maies

tatis tue Porro sicut beatus augustinus
determinat non dicitur angelus oraciones
offerre deo quia tunc deus noverit
quod velimus · quia deus omnia novit
antequam fiant sed quia necesse habet
racionalis creatura temporales cau
sas ad eternitatem referre sive pete
do quid erga se fiat · sive consulen
do quid faciat · ut quod deo iubente
implendum esse cognoverit · hoc no
bis evidenter vel latenter capiat o
portet hinc eciam evidenter appa
ret quod angeli semper in sacrifici
o presentes assistunt multiplex
autem altare legitur in scripturis
Supinus et infinis · intinus et exteri
us Quodlibet autem est duplex Nam
altare supinus est deus trinitas de
quo legitur Non ascendes ad altare
meum per gradus Est altare triumph
tis de quo dicitur Tunc imponas super
altare tuum vitulos Altare infinis
est ecclesia militans de qua legitur
Si altare lapideum feceris michi non e
dificabis illud de sectis lapidibus
Est et altare infinis mensa tem
pli de qua dicitur Constitui te die
sollempnem in condensis in frequ
taconibus usque ad cornu altaris
Altare intinus est cor mundum de
quo deus precepit Ignis in altari
meo semper ardebit Est et alta
re intinus fides incarnacionis de
qua iubetur Altare de terra facietis
michi Altare exterius est ara crucis
hoc est altare holocausti super quod cre
mabatur sacrificium vespertinum Est
et altare exterius ecclesiastica sacrame
ta de quibus scriptum est Altaria tua
domine virtutum etc Que nam sint illa
que petit in sublime altare perfer
ri determinat subdens ut quotquot
Hic agitur de memoria defunctorum
Memento domine etc Dicit autem sta

mater ecclesia non solum pro viuis
sed eciam pro defunctis et con-
sueuit oblacionis intercessione com
mendat. Certissime credens quod
sanguis ille preciosus qui pro multis
effusus est in remissionem peccatorum
non solum ad salutem viuencium
sed eciam ad solucionem valeat
defunctorum qui cum signo fidei pre
cedunt ad dominum. non quod ibi sit fides
et spes nisi spes est et res. Nam fi
des euacuabitur caritas nunquam ex
cidet. sed signum fidei pro caritate
caracteris accipitur qua fideles ab
infidelibus discernuntur. secundum illud
Audiui numerum signatorum c xl iiii
milia signati ex omni tribu filio
rum israhel. et dormiunt in sompno
pacis secundum illud In pace in idipsum
dormiam et requiescam. frequenter enim
sacra scriptura defunctos dormien
tes appellat pro eo quod sicut dormien
tes euigilant ita defuncti resur
gent. propter quod dicit apostolus Nolo vos
ignorare de dormientibus ut n.
c. s. e. c. q. s. n. h. Et dominus inquit in
euangelio Lazarus amicus noster
dormit. Ipsis domine et omnibus in xpo
quiescentibus In hoc loco sacerdos
quorum maluit defunctorum debet
agere memoriam specialem locum
refrigerii in quo non est ardor pe
nium lucis in quo non est obscuri
tas tenebrarum et pacis in quo
non est conflictus penarum Nam abster
get deus omnem la. etc. sed delecta
buntur in multitudine pacis. cum
placebit coram domino in lumine viuen
cium De secunda commemoracione sanctorum

Nobis quoque peccatoribus etc. Nam
si dixerimus quia peccatum non habe
mus nosipsos seducimus et veri
tas in nobis non est. licet enim
omni tempore nos debeamus recognoscere
cere peccatores supplices tamen cum pro re
missione peccatorum sacrosanctum misterium
celebratur. De multitudine miseracionum
tuarum sperantibus. iuxta quod au
ps. Secundum multitudinem m. tua
do. etc. Una enim est dei misericordia non
aliud quidem quam ipse misericors
sed multi sunt eius affectus qui
miseraciones dicuntur. Unde ieremias
ait in trenis d. et m. t. q. a. s. s.
Porro cum ipse deus sit omnia in omni
bus salus et premium et gloria singu
lorum Salus inquit populi ego sum con
sequens est quod dicatur partem aliquam et socie
tatis donare digneris. tanquam non
omnes consunt eiusdem denarium accep
turi. Sane licet vnum et idem sit pre
mium singulorum. videlicet ipse deus
in cuius cognicione salus eterna con
sistit secundum dictum innocencii cum
plus cum minus diuina visione fru
untur. Nam stella differt a stella in
claritate. propter quod ipse dominus ait In do
mo patris mei mansiones multe
sunt. Sicut vnus est sol cuius lumi
ne participantur vniuersa alii plus
alii minus. secundum dictum innocen
cii Iohanne. Steffano [illegible] mathia. bar
naba In hac secunda commemoraci
one sanctorum ex magna parte sup
plentur qui de primitiue sanctis de
esse videbantur in prima. Sed quare Jo
hannes repetitur et steffanus soci
atur Johanni preponitur mathie
ac barnabe. Sane Johannes in prima
commemoracione disponitur et cum
ceteris numeratur propter dignitatem
apostolatus. In hac autem commemora
cione repetitur et cum steffano soci
atur propter priuilegium celibatus vir
gines enim sunt et sequuntur agnum
quocumque ierit et propter hoc preuer
tuntur Virginitas enim Johannis max
ime commendatur quia xpus in cruce

matrem virginem discipulo virgini commendavit et ex illa hora accepit
eam discipulus in suam. Secundum Steffanum
vero virginitas ex eo maxime comprobatur quod deputatus est ab aliis apostolis ad
ministerium viduarum et in hoc quod secretis est propositus testimonium meruit
sincerissime castitatis. Posset
autem non ewangelista sed Johannes
baptista intelligi nisi prohiberet
cum eius sanctis apostolis ac martiribus
unde colligitur quod apostoli tantum ac martires
sub nomine (?) veniunt. Secundus Johannes
baptista merito possit inter martires
numerari. non estimator meritorum quia
non secundum exigentiam meritorum retribuit sed nimis puniendo vel magis remunerando quam quisque meruit.
Unde non secundum peccata nostra fecit
nobis neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Et alibi
Mensuram bonam et confertam
et coagitatam et supereffluentem
dabit in sinum vestrum. Expositio subsequentium.

Per quem hec omnia. Sequentur
semper bona creas. Nam omnia
per ipsum facta sunt et sine
ipso factum est nichil. Et vidit deus
cuncta que fecerat et erant valde bona.
Creas quidem condendo naturam et
sanctificas consecrando materiam. vivificas transsubstanciando creaturam. et
benedicis accumulando graciam.
Est autem simplex pronomen demonstrativum
sicut tempus ubi confusum cum
nam prius confusum prius non terminum.
Hec enim omnia id est panem et vinum
et aquam semper bona creas secundum
causas primordiales et sanctificas
secundum causas sacramentales. vivificas ut transeat in carnem et sanguinem et benedicis ut conferat unitatem et caritatem. Per ipsum
tamquam per mediatorem. cum ipso
tamquam cum eo equali. In ipso tamquam

substanciali. In patre quippe notatur auctoritas. In filio equalitas. In spiritu
sancto communitas. Auctoritas si quidem
patri principium. Equalitas in filio. medium. Communitas in spiritu sancto. consorcium. De signis que vero loco fiunt
super corpus et sanguinem et in latere ca[licis].

Sexta feria crucifixus sicut
est dominus. hora tercia linguis Judeorum quod narrat marcus. et etiam
hora nona inclinato capite tradidit spiritum. Ad recolendam quidem crucifixionem que hora tercia facta est linguis iudeorum ter clamancium
Crucifige crucifige eum et iterum
Tolle tolle crucifige eum. Sacerdos facit tres cruces super oblatam
et calicem cum dicit Sanctificas vivificas et benedicis. Ad recolendam
vero crucifixionem que post intervallum trium horarum facta est
manibus gentilium. militesque crucifixerunt ihesum. Sacerdos
iterum facit tres cruces cum hostia
super calicem dicendo. Per ipsum cum
ipso et in ipso. Deinde autem ad designandam unionem carnis et anime
domini morientis. facit duas cruces more calicis cum dicit. Tibi
deo patri omnipotenti in unitate
spiritus sancti. Cum enim in christo tres
sunt unite substancie videlicet divinitas. corpus et anima. due tamen
id est corpus et anima. fuerunt in morte divise. Nam divinitas a neutra
est separata. propterea non tribus crucibus
sed duabus morientis domini designatur.
Sacerdos igitur super mensam altaris manus extendit. quia christus
super aram crucis expandit manus
secundum illud propheticum. Expandi manus meas ad populum non credentem michi. Subtilius tamen atque
profundius hoc possumus fi-

guratur. Tres quippe cruces significant tres cruciatus quos Christus in cruce sustinuit, videlicet passionem, propassionem et compassionem: passionem in corpore, propassionem in mente, compassionem in corpore. De passione corporis ait dominus per prophetam: O vos omnes qui transitis per viam, attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Foderunt enim manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. De propassione mentis dominus inquit apostolus: Tristis est anima mea usque ad mortem. Cepit enim Ihesus pavere et tedere, contristari et mestus esse. Ex compassione cordis pro crucifixoribus oravit ad patrem: Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Si enim cognovissent, numquam dominum glorie crucifixissent. Ideo sacerdos facit tres cruces cum hostia super calicem, quia Christus sustinuit huiusmodi cruciatus in corpore super patibulum; per calicem Christi passio designatur, secundum illud quod dominus ait: Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. Due vero cruces quas facit sacerdos in latere calicis designant duo sacramenta que de latere domini profluxerunt, videlicet aqua regenerationis et sanguis redemptionis, iuxta testimonium Johannis dicentis: Unus militum lancea latus eius aperuit et continuo exivit sanguis et aqua. Corporale desuper calicem removet, quia velum templi scissum est a summo usque deorsum, ymmo quod de illo scriptum fuit hactenus clausum, sicut dicitur de quibusdam, et erat verbum istud absconditum ab eis, ibi consummatum est et revelatum. Nam lignum mis

sum in Marath aquas dulcoravit amaras. Tunc accedit dyaconus et exaltatum parumper sacrificium de altari tam ipse quam sacerdos deponit, quia venit Joseph ab Arimathia, venit et Nicodemus et impetraverunt corpus Ihesu a Pilato, deponentes sepelierunt. Et quia ille advolvit saxum magnum ad hostium monumenti, dyaconus super calicis os corporale reponit. Quia vero in pace factus est locus eius, dyaconus mensam osculatur altaris. Et quia factus est principatus super humerum eius, dyaconus dextrum pontificis osculatur, ut in utroque significet Christum et quievisse post mortem et vicisse post mortem, iuxta quod ipse propheta dixit in psalmo: In pace in idipsum dormiam et requiescam. Et alibi: O mors, ero mors tua, et morsus tuus ero, inferne. Christus enim per mortem triumphavit de morte. Nam quia factus est obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod et deus exaltavit illum etc. Hoc ipsum significavit quod Christus sibi crucem super humerum baiulavit. Epilogus de nominibus signorum que fiunt super

S-acrificium oblatum et calicem. Signa itaque septem vicibus signantur in canone. Prima vice ter, ubi dicitur: hec dona, hec munera, hec sancta sacrificia illibata, propter triplicem Christi tradicionem que facta est a deo, a Juda, a Judeo. Secunda vice quinquies, ubi dicitur: Quam oblacionem tu deus in omnibus facere benedictam, ascriptam, ratam, ut fiat corpus et sanguis, propter quinque personas venditoris, venditi et emptorum, videlicet sacerdotum, scribarum et phariseorum. Tercia vice bis, ubi dicitur: accipiens panem benedixit ac fregit

Similiter et hunc preclarum ca
licem Item tibi gratias agens bn
dixit ac fregit propter benedictionem
panis qui transsubstantiatur in carnem
et vini quod transsubstantiatur in sanguinem
Quarta vice quinquies ubi dicitur
hostiam puram hostiam sanctam
hostiam immaculatam panem
sanctum vite eterne et calicem sa
lutis perpetue propter quinque dominum pla
gas duas manuum totidemque pe
dum et unam lateris Quinta vice
bis dicitur ubi sacrosanctum filii tui cor
pus et sanguinem propter vincula qui
bus ligatum est corpus et flagel
la quibus effusus est sanguis Sex
ta vice ter ubi dicitur Sanctificas
vivificas et benedicis propter cruci
fixionem que facta est hora ter
cia linguis iudeorum ter clamancium
crucifige eum Septima vice quin
quies ubi dicitur per ipsum et cum ipso
et in ipso est tibi deo patri omnipo
tenti in unitate spiritus sancti ter super
calicem propter tres cruciatus quos
christus sustinuit passionis propassi
onis et compassionis et bis in
latere calicis propter aquam et sangui
nem que de latere christi effluxerunt
Inter has vii vices sacerdos sig
natur duabus vicibus bis et du
abus vicibus ter et duabus vi
cibus quinquies septima bis et ter
simul omnibus quinquies quinque quod
sunt simul xxv cum numerus per se
tus semper in seipsum revolvatur
si ducatur ad in infinitum quantum
libet cum multiplicatur eucharistie
sacramentum semper idem est sacri
ficium In hoc eciam sacramento
quinque sensus corporis exercentur vi
sus auditus gustus odoratus
et tactus tā odorem saporem
colorem fractionem et sumpcio

nem sed caro proderat in spiritum quia
spiritus est qui vivificat caro non
prodest quicquam ut quilibet sensus
anime spirituales exuberet visus
intelligencie auditus intelligencie
obediencie odoratus discrecionis
gustus delectacionis et tactus operis
De quibus legitur in ewangelio do
minice v. in d. e. a. q. s. l. sunt
et binarius et ternarius bene
congruunt sacramento binarius
propter carnem Ternarius propter pa
nem et vinum et aquam binarius
propter duplicem modum edendi sa
cramentalem et spiritualem sacra
mentalem sub specie panis et
spiritualem in fide cordis Ternari
us propter tria que sunt in hoc sacra
mento discreta videlicet formam
sibilis vitam corporis et vitam spiri
tualis forma panis et vini veri
tas carnis et sanguinis virtus uni
tatis et caritatis ut ita ternari
us per binarium et fides trinitatis
per dilectionem dei et proximi operetur

De vocis expressione et pectoris tunsione cum dicitur Nobis quoque peccatoribus

Non solum autem crucis impres
sio verum eciam vocis expres
sio que gesta sunt iuxta crucem
insinuant Cum enim ad id ven
tum est nobis quoque peccatoribus fa
mulis tuis sacerdos paululum ex
pressa voce percusso pectore silen
cium interrupte representans contri
cionem et confessionem latronis
in illa dominice passionis articu
lo increpantis alterum et dicen
tis Nos digna factis recepimus
hic vero quid mali gessit et di
cebat ad ihesum Domine memen
to mei dum veneris in regnum
tuum propter quod dixit illi ihesus A
men dico tibi hodie mecum eris

in paradiso vel per exaltacionem
vocis et percussionem pectoris ex-
primitur illud quod centurio et qui
cum eo erant visis hiis que fiebant
timuerunt valde dicentes vere
filius dei erat iste Et omnis turba
que simul aderat ad spectaculum
istud percucientes pectora sua re-
vertebantur Quia vero ihesus clamans vo-
ce magna tradidit spiritum levat sa-
cerdos vocem dicendo per omnia se-
cula seculorum Et quia mulieres
lamentabantur flentes dominum chorus
quasi lamentando respondet
amen Representans fideles qui domi-
num contrito corde lugebant vel
quondam abel mundi fratres sive
parentes eius lamentabantur
occisum Ihesus vero voce magna cla-
mabat Pater in manus tuas commendo
meum et sacerdos elevata voce
pronunctiat Pater noster qui es in

De oratione dominica

Hec oracio
multis ex causis ceteris oraci-
onibus antecessit auctoritate doctoris
brevitate sermonis sufficiencia
peticionum et fecunditate misteriorum
auctoritate doctrine quia fuit
ipsius salvatoris ore prolata os
enim domini locutum est Brevitate
sermonis quia facile discitur et pro-
fertur Orantes autem nolite
multum loqui sicut ethnici faciunt
Sufficiencia peticionum quia ne-
cessaria vite continet necessaria
Pietatis enim promissionem habet vi-
te que nunc est et future fecun-
ditate misterii quia in mensa con-
tinet sacramenta pertransibunt
enim plurimi et multiplex erit scien-
cia Sed dicit dominus quando volumus sa-
cit nos orare velociter et gra-
tuita devocione quia quod facit
flatus carbonis hoc facit purificata

oracio devocionem Unde ad ipsum ore
meo clamavi et exultavi sub lin-
gua mea et pro aliorum instructi-
one ut cortina cortinam trahat
et qui audit dicat veni Unde luce-
at lux vestra coram hominibus per lingue
obsequio ut qui lingwa peccavimus
satisfaciamus in lingwa Unde sicut
exhibuistis membra vestra servire
iniquitati ad iniquitatem exhibeatis
servire iusticie in sanctificacione pro
vera petende conpunctacione quia sa-
cius obtinetur quod instancius postu-
latur Unde petite et accipietis pul-
sate et aperietur vobis pro imperpe-
tuitate rei custodia quia quod sepius
requiritur diligencius custoditur
Unde tene quod habes ne alius acci-
piat coronam tuam Oratur autem et
pro bonis adipiscendis et pro malis
vitandis pro bonis temporalibus spiritu-
alibus et eternis pro malis preteritis pre-
sentibus et futuris De bonis e-
ternis Adveniat regnum tuum De spiri-
tualibus fiat voluntas tua sicut in
celo et in terra De temporalibus panem
nostrum cottidianum da nobis hodie Eterna
petuntur in primo Spiritualia petun-
tur in medio Temporalia petuntur in
sustentaculum De malis preteritis
dimitte nobis debita nostra De presentibus
libera nos a malo De futuris Et ne
nos inducas in temptacionem Preterita sunt
dolenda presencia sunt vincenda fu-
tura sunt praecavenda Septem sunt
peticiones oracionis dominice preter
captacionis benivolenciam quarum
tres prime spectant ad patriam tres
ultime spectant ad viam media vero
pertinet ad utramque Porro tres pri-
me sunt secundum ordinem temporis
Dominus autem in ordine secutus est
ordinem dignitatis qui est artifi-
cialis ut de maioribus ad minora

descenderet Doctores in exposicio
ne secuntur ordinem temporis quia est
naturalis ut de minoribus ad maiora
conscendatur et de temporalibus ad eterna
sit autem hec adapcio vii peticio
num et vii donorum vii virtutum et vii
beatitudinum contra vii vicia capita
lia Nam dona peticionibus virtutes
donis et beatitudines virtutibus obti
nentur Septem dona sunt ista Sa
piencia intellectus consilium fortitu
do sciencia pietas et timor De
quibus ait propheta Requiescet su
per eum spiritus sapiencie et intellectus
spiritus consilii et fortitudinis spiritus
sciencie et pietatis et replebit eum
spiritus timoris domini Septem vero vir
tutes sunt hee paupertas spiritus
mansuetudo luctus esuries iusti
cie misericordia mundicia cordis et pax
Septem autem beatitudines sunt iste
regnum celorum possessio terre consola
cio saturitas misericordie consecu
cio visio dei et filiacio dei de quibus
quinto mathei ait Beati pauperes
spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum
Beati mites quoniam ipsi possidebunt
terram Beati qui lugent quoniam ipsi con
solabuntur Beati qui esuriunt et
siciunt iusticiam quoniam ipsi saturabun
tur Beati misericordes quoniam ipsi mi
sericordiam consequentur Beati mundo
corde quoniam ipsi deum videbunt Be
ati pacifici quoniam filii dei vocabun
tur Hec autem sunt vii vicia capita
lia Inanis gloria Ira Invidia
accidia avaricia gula luxuria
que significata fuerunt in septem populis
qui terram israhel promissam tenebant
videlicet etheus gergeseus amor
reus cananeus ferezeus eue
heus et iebuseus Hoc igitur est ergo
nus et deus medians vicia sunt
languores et peticiones sunt planc

tus Dona sunt antidota et vir
tutes sunt sanitates Beatitudines
vero sunt felicitates et gaudia

Pater Captacio benivolencie

Pater noster etc Deus et generaliter
et specialiter et singulariter dicitur
pater Generaliter omnium per creacionem
Specialiter iustorum per adoptionem
Singulariter christi per generacionem Per
creacionem ut ibi flecto genua
mea ad patrem domini omnipotentem
a quo omnis paternitas in celo et in
terra nominatur per adopcionem ut
ibi Si vos cum sitis mali nostis
bona data dare filiis vestris quanto magis
pater vester de celo dabit spiritum bonum
petentibus se Per generacionem ut
ibi Nemo novit filium nisi pater et
patrem nisi filius et cui voluerit fili
us revelare Per hoc autem quod dicit
pater noster qui es in celis dehortatur
nos a duobus a superbia ne dicat
pater meus reputantes christum quod est
commune ab indignitate ne redda
mur indigni tanto patre qui con
sistit in celis Deus ergo solius christi
pater est per naturam cui soli
potest dicere pater mi fide bona ac
est pater per graciam quibus compe
tit dicere pater noster Illi dicat pater
mi si possibile est transfer calicem
hunc a me Isti dicunt pater noster
qui est in celis etc Unde ipse unus
dicit vado ad patrem meum et pa
trem per naturam et meum et vestrum
per graciam hortatur eciam nos ad du
o ad fugiendum graciam adopcionis
cum ait pater et unionem frater
nitatis cum ait noster Beni
volencia vero captatur a tribus a per
sona cognitoris peticionis et asses
soris Cognitor enim est deus pe
titor est homo assessor est ange
lus A persona cognitoris cum ait

Pater peccatoris cum autem noster
assessoris cum dicit qui es in celis
in angelis vel in sanctis de quibus
dicitur celi enarrant gloriam dei. Unde spes
nobis tribuitur ut sciamus nos faciat
vel in celis id est in secreto maiestatis
divine per quod datur fiducia obtinendi
bonum occultum quod oculus non
vidit nec auris audivit nec in cor
hominis ascendit. Dat ergo fiduciam
impetrandi. Unde non dicitur domine et
cui servitur timore sed pater cui ser
vitur amore quasi qui pater
es meus qui in celis es potes.
Sed libera nos a malo. Triplex est
malum a quo petimus liberari.
Innatum additum et inflictum.
Primum contrahimus secundum committimus
tercium sustinemus. Primum est origina
le secundum actuale tercium est pena
le. Mala autem vitamus per spiritum timo
ris. Nam ut dicit scriptura Timor
domini expellit peccatum. Porro triplex
est timor quo cessamus a malo.
Servilis inicialis et filialis. Timo
re servili cessamus a malo formi
dine pene. Filiali timore cessamus
a malo amore iusticie. Iniciali ti
more cessamus a malo partim
formidine pene partim amore iu
sticie. Servilis timor est incipien
cium. Inicialis est proficiencium. Fili
alis est perficiencium. Qui da nobis
spiritum timoris et paupertatem spiritus
ut per spiritum timoris vitemus ma
lum et per paupertatem spiritus ad
dicamus bona exclusis viciis
et contemptis terrenis habeamus
eciam scilicet regnum celorum quod lucifer
et primi parentes permanentem
gloriam amiserunt a qua nos
retrahunt timor et spiritus pau
pertatis. Duo vero sunt bona que per
paupertatem spiritus adquirimus interio
ra videlicet et exteriora. Interiora de il
lis corde non presumendo. Exteriora cor
dis non apponendo secundum illud divicie
si affluant nolite cor apponere. Illis
autem confessis ne presumamus et istis
despectis ne defluamus regnum celo
rum assequimur secundum illud Beati pau
peres spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Quod demones
et homines permanentem gloriam amis
serunt illi dei similitudinem isti dei sci
enciam male appetendo. Lucifer e
nim dixit ascendam in celum et ponam
sedem meam ad aquilonem et similis
ero altissimo. Primis autem parenti
bus dictum est Eritis sicut dii scien
tes bonum et malum. Ne nos in
temptacionem. Temptat deus temptat
homo temptat dyabolus. Deus temp
tat ut probet homo temptat ut sci
at dyabolus temptat ut fallat.
De primo legitur Temptavit deus A
braham. De secundo legitur Tempta nos
obsecro diebus decem. De tercio legitur
Cur sathanas temptavit cor tuum.
Porro duobus modis temptamur
interius et exterius. Interius per delecta
cionem exterius per suggestionem. Ve
rum interior temptacio parum officiat
exterior temptacio multum proficiat si non
consenciatur sed resistatur. Scriptum enim est
Temptacio nos non apprehendat nisi
humana. Crisostomus. Beatus vir qui
suffert temptacionem etc. Cum ergo
circa sensum temptamur ducimur in
temptacionem. Cum consencimus in
temptacionem inducimur sicut pi
scis ante capturam in rethe ducitur.
Cum autem moveatur capitur et tene
tur. Tunc impletur quod Jacobus ait
apostolus unusquisque temptatur a
concupiscencia sua abstractus et
illectus. Deinde concupiscencia
cum conceperit parit peccatum peccatum vero
cum consummatum fuerit generat mortem

Porro cum idem apostolus dicat. Quia
deus est intemptator malorum quid
est quod petimus ne deus in tempta
cionem inducat. Sed deus quodammodo
temptat et quodammodo non temptat.
Temptat ut probet. Unde psalmista.
Proba me domine et tempta me. Non
temptat ut fallat. secundum illud. deus
neminem temptat. Petimus ergo ne
deus nos in temptacionem inducat
id est ne permittat induci. sicut dicitur
quia non est malum in civitate quod
dominus non faciat id est quod fieri non permit
tat. Scriptum est enim. fidelis deus qui
nos patitur vos temptari. supra id quod
potestis. Quasi dicat. da nobis spiritum pietatis
et mansuetudinis ut per spiritum pieta
tis vincamus temptacionem credendo
do nos ad pietatem et per mansuetu
dinem spiritus vincamus ut non redden
do malum pro malo ut ita possidea
tiam inveniamus quam per spiritum veri
tatis et mansuetudinem spiritus obti
nebimus. Nam pietas promissionem
habet vite que nunc est et future.
Et beati mites quoniam ipsi possidebunt
terram. Unde psalmista. mansueti possidebunt
terram et delectabuntur in multitudine pacis. Peticio v.
Dimitte nobis etc. debita scilicet
dicuntur peccata que nos debitores
pene constituunt. Non enim hic agitur
de debitis pecuniarum sed debitis offen
sarum. Tria sunt debita que petimus
nobis dimitti. videlicet peccatum in deum
peccatum in proximum et peccatum in nos. Contra
peccavimus cum preceptis ius in eum. in
se peccavimus cum preceptis in deum
iniuste egimus in proximum iniqui
tatem facimus in nosipsos quia pec
cavimus in deum. ideo petimus ut ip
se dimittat. quia peccavimus in proxi
mum. ideo petimus ut dimittat no
bis debita nostra sicut et nos dimittimus. et nos
Quia peccavimus in nos. ideo petimus
ut dimittat nobis debita nostra
hoc pacto et ea condicione nobis
debita dimittuntur. si nos debitori
bus dimittimus. alioquin eciam dimis
sa redeunt in debitum secundum illud. Ser
ve nequam omne debitum dimisi ti
bi quoniam rogasti me. nonne ergo opor
tuit te misereri conservo tuo sic
et ego tui misertus sum. Et iratus
dominus eius tradidit eum tortori
bus quoadusque redderet universum
debitum. Sic et pater meus celestis
faciet vobis si non dimiseritis
unusquisque fratri suo de cordibus vestris.
Ut ergo dominus evidenter ostenderet
quod nullus fructus oracionis est fruc
tus nisi debitoribus dimittamus
in fine subiungit ad omnia. Si di
miseritis hominibus peccata eorum dimit
tat vobis pater celestis debita vestra.
Si autem non dimiseritis hominibus
peccata eorum nec pater vester dimittet vo
bis peccata vestra. hiis ergo qui debito
ribus non dimittunt. hec oracio non
videtur prodesse quinymo videtur
obesse. nam qui sic petit sibi dimit
ti sicut debitoribus suis ipse di
mittit. profecto si non dimittat
ipse debitoribus suis. videtur pe
tere ut sibi non dimittatur. Quid
ergo tenetur illi dimittere qui nec
satisfacere vult. nec veniam pos
tulare. Sane distinguendum est
inter perfectum et imperfectum. hiis quidem
viam perfectionis arripuit. debet et
non petenti veniam omnimodis in
dulgere qui non nondum perfectio
nis notam assumpsit. tenetur quidem
rancorem cordis deponere. sed non te
netur satisfactione debita condo
nare. cum quoniam omnes universaliter
teneamur diligere inimicos nostros et
benefacere hiis qui oderunt nos
et orare pro persequentibus et calump-

inimicibus nos. Quia vero sunt casus in quibus culpa est relaxare vindictam et si peccatum vindictam teneamur dimittere peccatum tamen in deum et peccatum in proximum debemus punire. Quisquis ergo laborat odio vel invidia gravatur magis ac oratione quam adiuvetur. nisi forte iam propositum habet dimittendi. Verumtamen non in sua persona sed in persona ecclesie persona videtur orare. Unde non dicit dimitte michi debita mea sicut et ego dimitto debitoribus meis. sed dicit dimittite nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Quidam etiam voluit ita illud intelligi. dimitte nobis etc. id est sic dimitte nobis debita nostra ut et nos dimittamus debitoribus nostris. qui da nobis donum scilicet et luctum virtutem quatenus tu vera qua aliena peccata cognoscamus ut nobis debita nostra dimittas. Et ita consolacionem habemus adversus invidiam que facit homi nem de alieno bono tabescere per scientiam eius et luctum in presenti remissionem accipimus et in futuro consolacionem habebimus iuxta quod legitur a delicto meo munda me quia in est a. Et beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. luctus autem distinguitur in irriguum superius et inferius. que calephare filie sue dedit in dotem. Inferius pro peccatis tam suis quam alienis. Quis infirmatur et ego non infirmor. Quis scandalizatur et ego non uror. Superius pro incolatu vite presentis et desiderio vite celestis. Cupio dissolvi et esse cum Christo. Et heu michi quia incola

Peta in pro. est petiçio quarta

Panem nostrum etc. Quinque panes sunt nobis necessaria. quatuor in via et quintus in patria. Corporalis. spiritualis doctrinalis. sacramentalis et eternalis. Corporalis ad sustentacionem. Spiritualis ad informacionem. Doctrinalis ad erudicionem. Sacramentalis ad expiationem. Eternalis ad fruicionem. De primo. Non in solo pane vivit homo. De secundo. Timete accomoda michi tres panes. De tercio. Venite comedite panem meum. De quarto. qui manducat panem domini indigne reus est corporis domini. De quinto. ego sum panis vivus qui de celo descendi. Nam cum homo liberatus fuit a malo cum vicerit temptaciones cui fuerit conivencia peccati necessarius est ei spiritus fortitudinis ne penitus exspectando deficiat. Et ideo dicit Panem nostrum cotidianum da nobis hodie. qui da nobis spiritum fortitudinis. que multiplicat panem confortat animam ne deficiamus in presenti esuriendo iusticiam per quam expellentes accidia plena iusticia saturabimur in futuro. secundum illud. Beati qui esuriunt et siciunt iusticiam quoniam ipsi saturabuntur. matheus dicit Panem nostrum supersubstancialem panem supersubstancialem id est Christum qui est supersubstancialis et super omnes substancias qui panis noster est in altari. Vel ita da nobis panem nostrum id est Christum qui prius est panis vivus fidelium et hoc super panem id est preter panem substancialem id est necessarium ad sustentacionem. quasi da nobis utrumque panem et mentis et corporis. lucas dicit Panem nostrum cotidianum quod tam de corporali quam de sacramentali pane potest intelligi. videlicet de viatico. Greci habent epiousion quod interpretatur supersubstancialem Hebrei vero. sogolla quod interpretatur egregium vel peculiarem ob hoc forte lucas inde matheum dixisse sogolla quod sonat peculiarem dixit

dixit cottidianu͂ Grecus autem inter
pres mathei quia uidit eu͂ dixisse
sogolla qd' sonat egregiu͂ dixit epiu͂
sion .i. supsubstalem/ fiat voluntas
tua Voluntas dei dupliciter intellig'
et beneplaciti dei eternu͂ et signu͂ be
neplaciti temporale Beneplacitu͂
dei semper impletur unde volun
tati eius quis resistet et omnia que
cumque voluit deus fecit Signa bnplaci
ti quinque sunt preceptio prohibicio p
missio consiliu͂ operacio Unde magna
opera do exquisita in omnes volun eius .Et no͂ sp
implentur sed ut impleantur oratur
fiat voluntas tua .i. opere compleatur
qd' precipis qd' consulis qd' suades
quia no͂ sufficit ita et in conuersacione
vel sicut in xpo ita et in eccia vel
sicut in mente ita pariter et carne
ne ut caro no͂ concupiscat aduer
sus spiritum sm illud sm illud cor
meu͂ et caro mea exultaverunt in
deu͂ vivu͂ Quasi da nobis spm co
silij ut faciamus voluntatem tu
am maxime uitam que petimus aua
riciam contemnus uitam consequamur
sm illud. Beati misericordes qm mi
sericordiam consequentur Sicut enim a
uaricia consistit in acquirendo et
retinendo ita vita consistit in dan
do et dimittendo. unde peticiones
et aliarum duarum implecio inchoatur
in via et consumatur in patria ubi nil
velle poterimus nisi qd' deum velle
sciemus Tunc diligemus deu͂ ex to
to corde ex tota mente ex tota ani
ma/ ex corde .i. intellectu diligemus
filiu͂ toto .i. sine errore ex mente
.i. memoria diligemus patrem toto .i.
sine oblivione ex anima .i. volun
tate diligemus spm scm tota .i. sine
contrarietate patrem potenciam fili
um sapienciam Spiritum sanctum
benignitatem Adveniat regnu͂

tuu͂ Regnu͂ dei dicitur militans eccia
quia regitur et triumphans eccia que
regit Item regnum dei et gratia fidei et
gloria spei Item regnum dicitur intellec
tus scripture et locus et patrie De
regno militantis ecclie scriptum est
Exibunt angeli messores et collI
gent de regno eius omnia scanda
la/ De regno triumphantis ecclie
scribitur. venient et recumbent
cum Abraham Isaac et Jacob in
regno celorum De regno fidei
dicit scriptura Regnu͂ dei intra
uos est De regno spei dominus ait
percipite regnu͂ qd' vobis paratum
est ab origine mundi/ De regno
scripture legitur legitur Auferetur a
vobis regnu͂ dei et dabitur genti
facienti fructus De regno patrie
scribitur dominus fulgebunt iusti sicut
sol in regno patris eorum Sed et ip
se xpus dicit in regnu͂ dei sm il
lud. Si ego in digito dei eicio de
monia profecto pervenit in vos re
gnu͂ dei Adveniat igitur regnu͂
tuu͂ .i. veniat regnu͂ ad regnum
militans ad triumphans/ vel re
gnu͂ tuu͂ adveniat .i. ad videndo
te veniat ut regnu͂ fidei ad re
gnu͂ transeat spei qm hec est vita e
terna ut cognoscant te verum deum
solu͂ et quem misisti ihesum xpm
Quasi da nobis spm intellec
tus quo mundato corde intelliga
mus te in presenti regnare per fidem
ut in futuro videamus te regnantem
in nobis per spem qd' est contra gulam
de qua dicit propheta quia vinum et
ebrietas aufert cor Tunc cognosce
mus sicut et cogniti sumus vide
bis non per speculu͂ in enigmate
sed facie ad faciem cum videbimus
deum deorum in syon Sanctificetur no
men tuum Nomen patris quatuor modis

sanctificatur in filiis duobus in via
et duobus in patria In via per effi
cienciam et perseveranciam In patria
per consummacionem et ostensionem In
via namque nomen patris sanctificatur in fi
liis quando sanctificacionis effectum operatur
in eis vel quando sanctificacio quam
acceperunt in nomine patris perseve
rat in illis In patria vero nomen patris
sanctificatur in filiis quia sanctificatur
et confirmatur in eis ut nequaquam
possint a filiacionis gratia separari
hinc enim quasi mobilem manet
nomen patris in filiis Nam et Ju
das quondam fuit filius quod non fu
it per qua possibilitate movendi
dixit apostolus Castigo corpus me
um et in servitutem redigo ne for
te cum aliis predicaverim ipse reprobus ef
ficiar Ibique nomen patris sanctifica
in filiis quia tunc ibi sunt filii in
quibus sanctus pater apparet Tunc
erunt manifesti qui nunc sunt
occulti secundum illud Nos insensati
vitam illorum estimabamus et cetera sine
honore ecce quomodo computati sunt
et cetera Quasi dicat nobis spiritum sapiencie
prout dicitur a sapore id est iocundi
tatem interiorem ut gustemus quam
suavis est dominus generans in nobis
pacem id est motuum interiorum quietem
ut caro non concupiscat adversus
spiritum quia non est pax omnibus
a facie peccatorum ut ita sanctificetur
nomen tuum id est pater in filiis quam
tenus in presenti difficile in futuro
nequaquam a filiacionis gracia se
parentur quod est manifeste contra
luxuriam quia qui laborat non
iocundatur in deo pacem men
tis non habet dei filius non
est sed iumento assimilatur
quia quasi iumentum in suo stercore
computrescat Unde duplex

ordo notandus est in oracione dominica
Unus in descendendo qui convenit
cum donis Est alter in ascendendo qui
convenit cum virtutibus Dona namque de
summis ad ima descendunt Unde re
quiescet super eum spiritus sapiencie et intellec
tus et cetera Virtutes autem de imis ascen
dunt ad summa Unde Beati pauperes
spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum
Beati mites et cetera Homo siquidem mul
tis malis circumdatus primo petit ut
liberetur a malo Quia vero tempta
cio est vita hominis super terram libe
ratus a malo petit ut in temptaci
onem non inducatur et quia dum
in hac vita consistitur semper est in quo
aliquis peccet Nam si dixerimus quia pec
catum non habuerimus nosipsos sedu
cimus et veritas in nobis non est
Ideo petit ut debita dimittantur
Cum autem fuerit liberatus a malo cum
vicerit temptaciones cum debita fu
erint dimissa quia per se stare non potest
ne eum expectando deficiat petit
ut panis cottidianus sibi donetur
Deinde cum fuit liberatus a malis
et roboratus in bonis petit ut fi
at voluntas dei sicut in celo et in
terra que quoniam in hac vita perfecte fieri
non potest mox petit ut regnum adve
niat in quo nomen patris sanc
tificetur in filiis ut nequaquam de cetero
possint sanctificacionis gratia separari
Hebreus unum in hiis tribus ponunt in
fine amen sela salem que sonat
vere semper pacem Beatus Gregorius oracio
nem dominicam post canonem super
hostiam censuit recitari De silencio
post oracionem dominicam

Quod vero sequatur silencium de
rem innuit dominice sepulture
mediante sabbato quo dominus in sepul
cro quievit Unde Luca testante
mulieres que paraverunt unguenta sabbato

quida silueru[n]t secundu[m] manda
tu[m]. Sed qui secundu[m] carne[m] in sepl
cro quieuit. secundu[m] a[n]i[m]a[m] desce
dit ad inferos. vt fortior supueni
ens fortem spoliaret armatu[m]
Tunc ergo momordit infernu[m]. ut
educeret vinctos suos de lacu in q[u]o
no[n] erat aqua liberans eos a ma
lis p[rese]ntibus p[re]teritis et futuris et d[on]ans
eis pace[m] p[er]petua[m] in quo sunt semp[er]
et a pecc[at]o liberi et a p[er]turbac[i]o[n]e se
curi. Ora[ci]o dicit[ur] embolismus et est
exposicio nouissime peticionis o
racionis d[omi]nice **De resumpcione**
patene

Post passionis
p[ro]missionem ad resurrectionis
gaudiu[m] p[er]uenit[ur]. sicut illud q[uo]d le
gitur. Ad vesperu[m] demorabitur
fletus et ad matutinu[m] leticia. S[ub]
dyaconus siquidem dyacono rep[re]
sentat patenam quam sacerdos
accipiens osculatur et tunc cu[m] ea sig
nu[m] crucis sibi facit in facie. hy[sto]ria[m]
n[ost]ro q[ui]d[e]m obsequio illas mulieres
significat. de quibus narrat ewan
gelista matheus. q[uo]d vesp[er]e sabbati
que lucescit in p[r]ima sabbati venit
maria magdalena et al[ter]a maria
vide[re] sepul[crum]. p[re]sentantes patenam i[d est]
cor patens latitudine caritatis
in obsequium sepulture iuxta q[uo]d
legitur quia mulieres emerunt
aromata. vt uenientes vngerent
ih[esu]m et valde mane vna sabbator[um]
veniunt ad monumentu[m] or[to] ia[m] sole
Et dicebant ad inuicem Quis reuol
uet nobis lapidem ab hostio mon[u]
menti. Hanc ergo patena[m] i[d est] cor a
plum latitudine caritatis sacerdos
accipit. Secunda vero ...us ardenti
ti desiderio querebat[ur] iuxta q[uo]d d[ici]t mag[nus]
angelus mulieribus. Scio q[ui]a ih[esu]m
q[ue]ritis crucifixu[m]. P[ro]pterea crux cu[m]
patena designat[ur] in facie sacerdotis

statimq[ue] sacerdos osculat[ur] patena[m]
ostendens q[uod] xp[istu]s confestim im
pleuit desideriu[m] mulieru[m]. Mox
illis occurrit dicens. Auete. Re
procedentes tenuerunt pedes ei[us]
et adorauerunt. Aut dubiu[m] qui
pedes fuerunt osculate **De fraccione hostie**

Tunc sacerdos
frangit hostiam in tres
p[ar]tes. et duabus extra calicem
reservatis cu[m] alia signu[m] crucis t[er]
efficit sup[er] calicem. de cui[us] ore
dyaconus remoueat corporale
et alta voce dicendo pax domi[ni]
sit semp[er] vobiscum particula[m] hos
tie dimittit in calicem. Sacerdos
igit[ur] frangit hostiam ut in frac
cione panis d[omi]n[u]m cognoscam[us]
sicut illi duo discipuli domi[nu]m
cognouerunt quibus ipse die res[ur]
reccionis ih[esu]s apparuit euntibus
in emaus. Co[m]mixtio panis et
vini designat vnionem carnis
et a[n]i[m]e que in resurreccione x[risti]
denuo sunt vnite. Ita ut p[er]fect[um]
est panis ad carne[m] et vinu[m] ad
sanguinem refertur. Et ideo ter sig
nu[m] crucis producit[ur] cum hostia
sup[er] calicem. quia v[ir]tus trinitatis
a[n]i[m]am crucifixi reduxit ad car
nem. ne derelinqueret a[n]i[m]am ei[us]
in inferno. nec daret carne[m] eius
videre corrupcione[m]. iuxta q[uo]d
ipse dicit in psalmo. Ego dormi
ui et resurrexi. q[uonia]m d[omin]us suscep[it]
me. Vel ideo tres cruces fiunt cu[m]
hostia super os calicis. quia tres
mulieres quesierunt crucifixu[m] ad
hostiu[m] monumenti. Vn[de] ergo q[uo]d q[ue]
ritur [con]uenienter cu[m] mortuus os
ergo calicis hoc loco sig[ni]ficat hos
tiu[m] monumenti. de quo dyaconus
remouet corporale designans
q[uod] angelus domini reuoluit la

pidem ab hostio monumenti Illud
autem sane debet intelligi quod dicitur
sacerdos cum eucaristia mittit in
calicem fiat mixtio conmixcio corpo
ris et sanguinis domini quod utique re
ferendum est ad species panis et vini
quibus continetur corpus et sangu
inis. Quid significent partes ille
que fiunt de sacrificio

Quid autem partes ille significent
Sergius papa determinat
dicens Triforme est corpus
christi pars oblata in calicem missa
corpus christi quod iam resurrexit
monstrat pars comesta ambulans
adhuc super terram pars in altari us
que ad finem remanens corpus ia
cens in sepulcro quia usque ad fi
nem seculi corpora sanctorum in se
pulcris erunt Potest et aliter hoc myste
rium explicari Est enim corpus christi
universalis ecclesia scilicet caput cum
membris iuxta quod dicit apostolus
unus panis et unum corpus mul
ti sumus et inveniuntur in isto cor
pore quasi tres partes ex quibus
totum corpus consistit Una pars
est ipsum caput videlicet christus
qui et caput est et pars corporis
Altera pars sunt illi quorum corpora
requiescunt in tumulis et anime reg
nant cum christo et sunt quasi simi
les hee due partes scilicet caput et hec
pars corporis altera sicut scriptum est
Ubicumque fuit corpus illic congre
gabuntur et aquile propterea in al
tari due partes seorsum extra ca
licem reservantur quasi extra passi
onem que per calicem designatur
Christus resurgens a mortuis iam
non moritur mors illi ultra non
dominabitur et qui cum ipso sunt
sancti non esurient neque sitient
amplius et non cadet super illos

sol neque ullus estus quia pericula tran
sierunt Tercia pars in calice ponitur
significans eos qui adhuc in passio
ne consistunt donec ab hac vita mi
grantes ad caput suum transeant ut
nec moriantur amplius nec ulla tenus
paciantur. De Agnus dei Capitulum

Non solum autem per signa sed
per verba resurrectionis gaudium
intimatur Sacerdos enim alta voce pro
nuncians Pax domini sit semper vobis
cum insinuat quod die illo una sabbato
rum venit ihesus et stetit in medio
discipulorum et dixit eis pax vobis
Quia vero Jhesus statim ut salutavit
apostolos dedit eis potestatem remittendi pec
cata Quorum inquit remiseritis pecca
ta remittuntur eis et quorum retinue
ritis retenta sunt Ideo chorus clamat
ad ipsum et postulat Agnus dei qui
tollis peccata mundi miserere nobis lavit enim
nos a peccatis nostris in sanguine suo Ag
nus grece dicitur ab agnon quod est pi
um latine ab agnoscendo quia in mag
no grege solo balatu matrem agnoscit
Christus autem in cruce cruciatus et patrem ag
novit et matrem patrem obediencia
matrem cura Ibique obtulit se pro nobis
et ob hoc in altaris immolacione ter dicitur
Agnus dei qui Agne qui agnovisti pa
trem miserere nobis Agne qui agnovis
ti matrem miserere nobis Pie qui redim
isti mundum Dona nobis pacem Por
ro secundum antiquam consuetudinem
scole cantorum quam adhuc ipsa conser
vat et in pluribus ecclesiis observatur
nulla terminus variatur sed tribus vicibus
conformiter dicitur miserere nobis propter
tria genera peccatorum que petimus nobis
remitti cogitacionis locucionis et ac
cionis Cogitacionis in corde locucio
nis in ore actionis in opere vel propter
tres ordines fidelium in ecclesia quos scilicet
noe daniel et Job quos Ezechiel vi

uidit in visione saluandos Et secundum
parabolam ewangelicam Duo sunt
in lecto duo in agro et duo in mola
quorum unus assumetur et alter
relinquetur post modum autem mul
tis ac variis aduersitatibus et erroribus
ecclesie ingruentibus cepit ad do
minum de tribulacione clamare Dano
bis pacem Et clamor eius fina
liter audiretur in ipsa dixit primo
lacrimis hora clamandum. Hec autem
varietas non discrepat a consuetu
dine veteris testamenti ubi cum sacerdos
scripserit parce domine parce populo tuo et ne
dederis hereditatem tuam in op
probrium dicamus ergo miserere nobis quan
tum ad animam Item miserere nobis
quantum ad carnem et dona nobis
pacem secundum utramque ut habea
mus pacem pectoris spiritualem et pa
cem corporis corporalem Sergius
papa constituit ut inter comunicandum
agnus dei a choro cantetur / De

Postquam dominus sancta osculo pacis
salutauit apostolos iterum dixit
eis pax vobis ostendens quod non
solum debemus habere pacem in pe
ctore verum eciam debemus hanc pacem in pe
ctore ut simus ex illis qui locuntur
pacem cum proximo suo mala autem
in cordibus eorum Postquam cum hoc dix
isset apostolis insufflauit et ait Acci
pite spiritum sanctum ad quod utique designan
dum sacerdos prebet osculum oris mi
nistro qui reuerenter inclinans pec
tus osculatur ipsius et planetam ex
tendit ut per pacis osculum caritatis
concordia quam per planetam supra
diximus designari. Quia ergo cari
tas dei diffunditur in cordibus nostris
per spiritum sanctum qui datus est nobis Ideo
pacis osculum per uniuersos fideles
diffunditur in ecclesia Nam et apostolus
monet Salutate vos inuicem in os

culo sancto In primitiua quidem ec
clesia singulis diebus qui celebra
cione missarum interierant comunica
re solebant sed excrescente fidelium
multitudine traditur institutum
ut tantum diebus comunicarent
dominicis post modum autem quia nec
hoc digne potuit obseruari tercia se
cuta est institucio ut ter saltem in
anno quilibet christianus acciperet
eucaristiam. hoc inuento remedi
o ut singulis diebus osculum pa
cis daretur pro misterio unitatis (
Verum quia per immolacionem hostie
salutaris diuinis petimus reconcilia
ri altissimo recte pacis osculum
tunc accipitur cum immolacionis
misterium celebratur Innocencius
autem qui osculum dare decreuit a
liam causam assignat. Pacem igitur
asserens non consecrata missa
quosdam populis imperare vel sibi in
ter sacerdotes tradere cum post
omnia que aperire non debeo pax
sit necessaria indicenda per quam
omnia constet populum que in misteriis
aguntur atque in ecclesia celebrantur
prebuisse consensum ac finita esse
pacis concludentis signaculo de
monstrentur / De diuersis osculis que
dantur in missa

Osculum in sancta scriptura significat u
nionem caritatem pacem et re
uerenciam De osculo unionis spon
sa dicit in Canticis Osculetur me
osculo oris sui De osculo caritatis
Isaac ait ad filium Accede ad me
et da michi osculum fili mi De os
culo pacis inquit apostolus in epistola
Salutate vos inuicem in osculo
sancto De osculo reuerencie dominus
inquit ad Symonem osculum mi
chi non dedisti / hec autem ex quo in
trauit non cessauit osculari pedes

meos ad significandum ergo quod tres
uniones in xpo sacerdos ter oscu
latur altare videlicet unionem di
uinitatis ad carnem diuinitatis ad
animam et carnis ad animam vel
unionem qua uincta est xpo huma
na natura. Secunda ecclesia et fide
vel anima ad significandum triplicem pacem
temporalem spiritualem et eternalem. Episcopus
sollempniter celebrans ter osculatur
ministrum semel et secundo dya
conum et tercio sacerdotem ad nota
dum quod duorum testamentorum concor
diam episcopus duabus vicibus codicem
osculatur quia rota continetur in me
dio rote et cherubyn duo sese respi
ciunt uersis uultibus in propiciato
rium ad notandum caritatem sacerdos
osculatur patenam que designat cor
patens latitudine caritatis Vnde
Nonne cor nostrum ardens erat in no
bis dum loqueretur in via In signum
reuerencie subdyaconus et dya
conus manus summi pontificis
osculantur pedem subdyaconus os
culatur post lectam epistolam et dy
aconus ante legendum euangelium
manus subdyaconus osculatur
offerens ampullam cum aqua ca
uicem que cum vino Et dyaconus
offerens patenam cum hostia et
thuribulum cum incenso. verumque
ro de manu pontificis accipiens
eucaristiam Illud quoque tacere non
ditur a misterio quod summus pon
tifex septem modis accipit oscu
lum ad os ad pectus ad hume
rum ad manus ad brachia
ad genua ad pedes expressum
misterium sed alias exprimendum

Quomodo episcopus dyaconus et subdyaco
nus communicat eucaristiam

Tunc episcopus communicat mi
nistris insinuans quod xpus
post resurrectionem cum discipulis man
ducauit Nam conuescens precepit eis
ab ierosolimis ne discederent Cuius
autem episcopus vnam partem accipiens reli
quas ministris impendit illud insinu
ans quod lucas euangelista commemo
rat Vnde ihesus accipiens man
ducauit coram apostolis sumensque re
liquias dedit illis Et quod eodem euan
gelista testante Ihesus accepit pa
nem et fregit ac porrigebat illis
cor ardens erat illis. Ideo pontifex
integram eucaristiam medietatem ac
cipiens super patenam frangit in par
tes et eas ministris porrigit comme
dendas

De ablucione manuum post
eucaristiam super calicem

Post sumptum eucaristie sacra
mentum sacerdos abluit et perfundit
ne quid in calice permaneat ex con
tactu sacramenti contigerit sicut
suam potius indignitatem commemo
rans qui se iudicat tantis sacra
mentis celebrandis indignum secundum
illud quod dominus ait Cum omnia bene
feceritis dicite serui inutiles sumus
Indignum quidem existeret ut ma
nus que corpus incorruptibile contin
gant donec studiose lauentur T
cia vero sacerdotis ablucio que fit in
principio in medio et in fine designat
nat mundacionem cogitacionis lo
cucionis et actionis vel purgaci
onem peccati originalis criminalis
et venialis sine quod agitur per ignoran
ciam negligenciam et industriam ad
quorum mundacionem offertur sacri
ficium salutare Hec tamen ablucio
potest referri ad ablucionem baptismi
cuius formam xpus post resurrectio
nem instituit Euntes inquit docete
omnes gentes baptizantes eos In
nomine patris et filii et spiritus sancti Qui crediderit et
baptizatus fuerit saluus erit

Quare romanus pontifex alibi com[municat] … in communicando ordinem observat

Ut autem in perceptione corporis et sanguinis Christi nulla possit fallacia subornari, sed in utraque perceptione veritas evidenter appareat, summus pontifex non statim particulam hostie dimittit in calicem, sed eam post trinum crucis signaculum in patena reponit et post osculum pacis ad sedem ascendens ibique consistens universis cernentibus maiorem partem oblate suscipit de patena, quam ei subdiaconus representat, ipsamque dentibus dividens unam particulam sumit et aliam mittit in calicem, quam tenet coram ipso diaconus, de quo sanguinem haurit cum calamo. Deinde particulam cum osculo tradit diacono, aliamque subdiacono sine osculo, quam diaconus osculatur ministrans ei calicem, et tunc subdiaconus particulam dimissam sumit cum sanguine. Huius rei causam non allegoricam sed hystoricam ante annis audivi, quam quia nunquam in autentico scripto potui reperire, melius reticendam censui quam temere asserendam. Et licet non omnium que a maioribus introducta sunt racio possit reddi, ideo tamen quia profunda lateant sacramenta.

Romanus enim pontifex ideo non communicat ubi frangit, sed ad altare frangit et ad sedem communicat, quia Christus in Emaus coram duobus discipulis et Ierusalem coram decem apostolis manducavit. In Emaus fregisse legitur, sed comedisse non legitur. In Ierusalem non legitur fregisse, sed legitur comedisse. Ministri representant pontifici oblatam et calicem, quia discipuli obtulerunt Christo partem piscis assi et favum mellis. Pars piscis assi corpus domini crucifixi, qui fuit in ara crucis assatus. Favus mellis sanguis Christi super mel et favum dulcis fauabus anime diligentibus. Ad notandum vero distinctionem inter sacros ordines et non sacros, diaconus et qui superioris sunt ordinis cum percipiunt eucaristiam osculum suscipiunt ab episcopo. Acolitus et qui sunt inferioris ordinis non suscipiunt. Subdiaconus autem, qui a caracter huiusmodi quidam inter non sacros, nunc autem inter sacros ordines reputatur, in perceptione corporis non suscipit osculum a pontifice, sed in perceptione sanguinis suscipit osculum a diacono, ut qui non sacri sunt minus et qui sacri sunt amplius honorentur. Quibus in hoc et in ceteris possit racio assignari.

De [antiphona] post communione

In antiffona que post communionem canitur apostolorum gaudium de Christi resurrectione significatur, secundum illud quod legitur: Gavisi sunt discipuli viso domino et pre gaudio mirabantur. Cum autem iterato cantatur, insinuat quod discipuli resurrectionis gaudium sibi mutuo nunciabant. Cum enim duo discipuli convenissent undecim congregatos et eos qui cum ipsis erant, dicentes quia surrexit dominus vere et apparuit Simoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in via et quomodo cognoverunt eum in fractione panis. Hec est quam dies quam fecit dominus, exultemus et letemur in ea.

De oratione novissima

Peracto communionis misterio pontifex cum ministris ad altare redit et altare deosculatus elevatis manibus ultimam orationem exequitur, benedictionem illam signi

cius qua xpus ascensurus in ce
lum legitur dixisse discipulis. Na
ut lucas commemorat eduxit eos
foras in bethaniam et elevatis ma
nibus suis benedixit eos. Et factum
est cum benediceret illis recessit ab eis
et ferebatur in celum. Unde post saluta
cionem novissimam qua sacerdos
facit ad populum dyaconus alta vo
ce pronunciat. Ite missa est. respon
tur quod dictum est ad apostolos. Viri ihesus
qui assumptus est etc. Chorus
autem qui deo gracias gratulando re
spondet imitatur apostolos qui adoran
tes regressi sunt in iherusalem cum gau
dio magno et erant semper in tem
plo laudantes et benedicentes de
um. Et ad hoc respiciat quod in diebus
profestis dicitur. Benedicamus domino
deo gracias. statimque ymnus et psalmus
in dicitur. Benedicite. laudate.
Notandum vero quod xpus post resurrecci
onem legitur bis salutasse discipu
los dicens. pax vobis. In signum
duplicis pacis videlicet pectoris et
eternitatis quod secundum propheciam est pax
super pacem de qua dominus dicit apostolis
pacem relinquo vobis. pacem meam
do vobis. Hanc duplicem pacem. per
duplex osculum sacerdos insinuat
cum prius osculatur ministrum. et posti
us osculatur altare. De missa et
que est differencia inter missam et of
Missa dicitur et ministerium (ficium)
ficium. Id est. ministerium vel offici
um quod offertur et sacrifici
um quod offertur. officium vero dividi
tur in missam cathecuminorum
et missam fidelium. Missa cathecu
minorum est ab introitu usque ad
offertorium. et dicitur missa ab e
mittendo quia ex quo sacer
dos incipit euangelium et consecrari
re. cathecumini foras de eccia e
mittuntur. Perlecto siquidem ewangelio
dyaconus clamare solebat. Si quis est
cathecuminus adest exeat foras. Cathe
cuminum sacris misteriis interesse non
debent que non nisi baptisatis et fide
libus committuntur. sicut de quibusdam qui
cathecuminorum et nondum renatorum
typum gerebant scriptum est. Ipse autem
ihesus non credebat se illis. Missa fi
delium est ab offertorio usque communionem
et dicitur missa a dimittendo quia tunc
ad propriam fideles quisque dimittitur. Con
stitutum est enim in aurelianensi conci
lio ut cum ad celebrandas missas in
dei nomine convenitur populus ante non dis
cedat quam misse sollempnitas compleatur.
Totum autem officium dicitur missa. quasi
transmissio eo quod populus fidelis per
ministerium sacerdotis qui fungitur
vice mediatoris inter deum et homines
preces et supplicaciones et vota trans
mittat altissimo ipsum vero sacrificium
vel hostia missa dicitur. quia transmis
sa primum nobis a patre ut esset nobis
cum postea patri a nobis ut interce
dat pro nobis ad ipsum. primum nobis a
patre per incarnacionem. postea patri
a nobis per passionem et in sacramen
to primum nobis a patre per sanctifica
cionem postea patri a nobis per ob
lacionem hec enim sola sufficiens et
idonea missio seu legacio ad solven
das inter deum et homines inimicici
as et offensas. Cum ergo dyaconus
ait. Ite missa est. idem est ac si di
ceret. Redite ad propria quia oblata est
hostia salutaris. Quare sacer
dos pontificis humerum osculatur
Oratione finita sacerdos qui assis
tit episcopo mensam altaris et
armum dextrum pontificis osculatur
ostendens hunc illum esse pontifi
cem cui secundum legis figuram dexter
armus separacionis debetur de

hostys salutaribus et pacificis Sa
ne per humerale exprimitur principatus
secundum illud propheticum Et factus est princi
patus super humerum eius. ut princi
patum salvatoris expressit vox angeli
ca et prophetica et legalis Angelus e
nim dixit ad virginem dabit illi dominus
deus sedem david patris eius et reg
nabit in domo Jacob et regni eius
non erit finis. propheta dicit in psalmo
Sedes tua deus in seculum seculi
virga directionis virga regni tui. propter
ea unxit te deus deus tuus oleo le
ticie pre consortibus tuis Moyses in
quit in lege. letamini celi cum eo et
adorent eum omnes angeli dei ad quod
designandum tres humeros pontifi
cis in signum reverencie osculantur
Primicerius in principio dyaconus
in medio. sacerdos in fine. De

ultima benedictione novissima

Ultima benedictio. quam facit
episcopus super populum missionem
spiritussancti significat quam de celo
misit dominus in apostolos. iuxta quod eis
promiserat ipse. Accipietis inquit
virtutem supervenientis in vos spi
ritussancti. Hec benedictio per verbum oris
et signum crucis exprimitur. quia illa
missio per sonum aeris et linguam
ignis innotuit. iuxta quod legitur
factus est repente de celo sonus tamquam
advenientis spiritus vehementis
et apparuerunt dispertite lingue tamquam
ignis. Licet autem spiritussanctus
specialiter missus fuit in apostolos quia
tamen indivisa sunt opera trinitatis
missionem illam tota trinitas fuit
operata. Ideoque benedictionem istam
episcopus in nomine trinitatis auctori
tate psalmiste dicentis Benedi
cat nos deus deus noster benedicat nos deus. Benedic
tionis formam legis expressit aucto
ritas domino dicente per Moysen

Invocabunt nomen meum super filios
israhel et ego dominus benedicam eis

Nemo autem ex libelli conclusione
expositionem istam audierit estimet
hoc officium sufficienter expositum,
ne forte cum opus humanum excel
lentiam divini extenuet sacramen
tum. In hoc enim officio tot et tanta
sunt involuta misteria. ut nemo nisi
per unctionem edoctus ea sufficiat
ea explicare. Numquid enim ordinem
celi novit et ponet rationes eius
in terra. Nam et perscrutator maies
tatis opprimetur a gloria. Ego quippe non
prevalens lippientibus oculis solem
in tota conspicere tanti misterii
maiestatem. quia per speculum in e
nigmate in ipsius sum intuitus
nec penetravi ad interiora cenaculi.
sed pro foribus assidens in vestibulo
feci diligenter ut potui non suffi
cienter ut volui opusculum. cum ex
officio tot causarum sim impedi
tus inanibus tot negociorum nexi
bus irretitus. ut infra breve tem
poris spacium. nec ad meditandum
nec ad dictandum quiverim
nancisci quietem. Et quidem in sin
gulis minor divisus ad singu
la vix potui meditata dictare nedum
meditanda concipere. Quo
circa non solum benigne imploro
lectorem, verum etiam libere desidero
correctorem. hanc solam apud hu
miles opusculi mercedem expectans
ut apud misericordissimum iudicem pro me
is peccatis devotas orationes effundat quam
pro se cogitat. quod certe contractatum tracta
tum istud exegimus et si non velit saltem ab
aliquibus aut esse in solo ut in modico
per futurum clarius canone misse predica
tum expositum neque audet vel retractet ser
uis propositum videatur. et ut legentibus ipsius
expositionis plenior pateat intellectus

tus totum continue tensu subscribendum. ~ Explicit liber sacramentorum

REVERENTISSIMO ET sanctissimo fratri secundino coepiscopo gregorius episcopus servus servorum dei. Inter sacra missarum sollempnia ex hiis que diebus certis in hac ecclesia legi ex more solent sancti evangelii quadraginta lectiones exposui et quarumdam quidem dictata expositio assistenti plebi est per notarium recitata quarumdam vero explanationem coram populo locutus sum atque ita ut loquebar excepta est. Sed quidam fratres sacri verbi studio ferventes antequam ad propositum modum ea que dixeram subtili emendatione perducerem transtulerunt. Quos ego recte quasi quibusdam famelicis filiis dixerim qui prius escas edere appetunt quam ab plenius excoquantur. Hec vero tibi scriptum est Ductus est ihesus a spiritu in desertum ut temptaretur a dyabolo prius quidem quasi sub quadam ambiguitate exposui sed easdem dubitationes postmodum certa enodatione correxi. Easdem ergo omelias eo quo dicte sunt ordine in duobus codicibus ponere curavi ut et priores viginti que dicte sunt et posteriores totidem que sub oculis dicte in singulis essent distincte corporibus. Quedam vero quedam ante posite que in evangelio propositae et quedam ante per evangelistam scripte sunt inveniuntur nequaquam movere tuam fraternitatem debet. Sicut a me diversis temporibus dicte sunt ita et sunt ab exceptoribus in codicibus affixe. Tua itaque fraternitas sacris speculationibus intenta si forte loca evangelii invenit sub dubietate prolata vel easdem omelias reperit ita ut priori esse dispositas has inemendatas remansisse cognoscat et iuxta eas quas per presentem portitorem transmitto studiis corrigat. Nullo ergo modo illas sine emendatione remanere permittat. Edite autem in scrinio sancte ecclesie nostre retinentur ut si qui forte a tua fraternitate longe sunt hic inveniant unde in hiis que emendata sunt certiores fiant. Secundum lucam.

In illo tempore. Dixit dominus ihesus discipulis suis Erunt signa in sole et luna et stellis et in terris pressura gentium pre confusione sonitus maris et fluctuum. Et reliqua. Omelia beati gregorii pape de eadem lectione.

Dominus ac redemptor noster paratos nos invenire desiderans senescentem mundum que mala sequantur denunciat ut nos ab eius amore compescat. Appropinquantem eius terminum quante percussiones preveniant innotescat ut si deum metuere in tranquillitate non volumus vicinum eius iudicium vel percussionibus attriti timeamus. Huic etenim lectioni sancti evangelii quam modo vestra fraternitas audivit paulo superius dominus premisit dicens Exsurget gens contra gentem et regnum adversus regnum et erunt terremotus magni per loca et pestilencie et fames. Et quibusdam interpositis hoc quod modo audistis adiunxit Et erunt signa in sole et luna et stellis et in terris pressura gentium pre confusione sonitus maris et

fluctuum. Ex quibus profecto omnibus alia iam facta cernimus, alia e proximo ventura formidamus. Nam gentem super gentem exsurgere earumque pressuram terris insistere plus iam in tribulationibus nostris cernimus quam in codicibus legimus. Quod terremotus urbes innumerabiles obruat, ex aliis mundi partibus scitis quam frequenter audivimus. Pestilencias sine cessatione patimur. Signa vero in sole et luna et stellis adhuc aperte minime vidimus, sed quia et hec iam non longe sint ex ipsa iam aeris immutatione colligimus. Quamvis priusquam Italia gentili gladio ferienda traderetur, igneas in celo acies vidimus, et ipsum qui postea humani generis fusus est sanguinem vidimus choruscantem. Confusio autem maris et fluctuum necdum nova exorta est. Sed cum multa iam prenunciata completa sunt, dubium non est quod sequantur eciam pauca que restant, quia sequentium rerum certitudo est preteritarum exhibicio. Hec nos, fratres karissimi, idcirco dicimus, ut ad cautele studium vestre mentes evigilent, ne securitate torpeant, ne ignorancia languescant, sed semper eas et timor sollicitet et in bono opere sollicitudo confirmet, pensantes hoc quod redemptoris nostri voce subiungitur: Arescentibus hominibus pre timore et expectacione que supervenient universo mundo. Nam virtutes celorum movebuntur. Quid enim dominus virtutes celorum nisi angelos, archangelos, thronos, dominaciones, principatus et potestates appellat? Que in adventu districti iudicis nostris tunc oculis visibiliter apparebunt, ut districte tunc a nobis hoc exigant quod nos modo invisibilis conditor equanimiter portat. Unde et subditur: Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus in potestate magna et maiestate. Ac si aperte diceretur: In potestate magna et maiestate visuri sunt quem in humilitate positum audire noluerunt, ut virtutem eius tanto tunc districtius senciant, quanto nunc cervicem cordis ad eius pacienciam non inclinant. Sed quia hec contra reprobos dicta sunt, mox ad electorum consolacionem verba vertuntur. Nam subditur: Hiis autem fieri incipientibus respicite et levate capita vestra, quoniam appropinquat redempcio vestra. Ac si aperte veritas electos suos ammoneat dicens: Cum plage mundi crebrescunt, cum terror iudicii virtutibus commotis ostenditur, levate capita, id est exhilarate corda, quia dum finitur mundus cui amici non estis, prope fit redempcio quam quesistis. In scriptura

caput

etenim sacra sepe pro mente caput ponitur, quia sicut capite reguntur membra, ita cogitaciones mente disponuntur. Levare itaque est capita mentes nostras ad gaudia patrie celestis erigere. Qui enim deum diligunt ex fine mundi gaudere atque hylarescere iubentur, quia videlicet eum quem amant mox inveniunt, dum transit is quem non amaverunt. Absit enim ut fidelis quisque qui deum videre desiderat de mundi percussionibus lugeat. Scriptum namque est: Quicumque voluerit amicus esse huius seculi, inimicus dei constituitur. Qui vero appropinquante mundi fine non gaudet, amicum se illius testatur, atque per hoc inimicus dei esse convincitur. Sed absit hoc a fidelium cordibus, absit ab hiis qui et esse aliam vitam per fidem credunt et eam per operacionem diligunt. Ex

mundi enim destructione lugere co-
nvenit. Quorum radices cordis in eius
amore plantaverunt. Qui sequen-
tem vitam non querunt qui illam neque es-
se putant. Nos autem qui celestis patrie
gaudia eterna cognovimus festina-
re ad eam quantocius debemus. Op-
tandum nobis erat citius pergere atque ad
illam via breviori pervenire. Qui-
bus enim malis mundus non ur-
getur. Que nos tristicia que ad-
versitas non angustiat. Quid est vi-
ta mortalis nisi via. et qualis
sit fratres mei perpendite. In labore
vie lassescere et tamen eandem viam
nolle finire. Qui autem calcari mun-
dus ac despici debeat redemptor
noster provida comparatione mani-
festat cum protinus adiungit. Vi-
dete ficulneam et omnes arbores cum
producunt iam ex se fructum
scitis quoniam prope est estas. Ita et vos
cum videritis hec fieri scitote quoniam prope
est regnum dei. Quibus profecto ver-
bis ostenditur ac si aperte dicat cum
sicut ex fructu arborum vicina estas
cognoscitur ita ex ruina mundi prope
esse cognoscitur regnum dei. Quibus
profecto verbis ostenditur quia fructus
mundi ruina est. Ad hoc enim cres-
cit ut cadat. Ad hoc germinat ut
quecumque germinaverit cladibus consu-
mat. Bene autem regnum dei esta-
ti comparatur quia tunc mox mero-
ris nostri nubila transeunt et vite
dies eterni solis claritate fulgescit.
Que omnia sub magna certitudi-
ne confirmantur cum sententia sub-
iungitur que dicit. Amen dico
vobis quia non preteribit generatio
hec donec omnia fiant. Celum
et terra transibunt verba autem me-
a non transibunt. Nichil enim ve-
rum corpori illud natura celo et terra du-
rabilius et nichil in rerum natura tam
velociter quam sermo transit. Verba e-
nim quousque imperfecta sunt. Cum vero perfe-
cta fuerint omnino iam non sunt quia
nec perfici nisi transeundo possunt. Ait er-
go Celum et terra transibunt verba au-
tem mea non transibunt ac si aperte dicat.
Omne quod apud vos durabile est si-
Dubi ne immutatione durabile ad eternitatem
non est. Et omne quod apud me tran-
sire cernitur fixum et sine transitu
tenetur. Quia sine mutabilitate
mansuras sententias exprimit meus ser-
no mo qui transit. Ecce fratres mei iam cer-
nimus quod audiebamus. Nova cottidie
et crebrescentibus malis urgetur mundus.
Ex illa plebe innumerabili quanti
remanseritis aspicitis. Et tamen
adhuc cottidie flagella urgent re-
pentini casus opprimunt. Nove nos
et improvise clades affligunt. Sic-
ut enim in iuventute viget corpus. for-
te et incolume manet pectus. tho-
rosa cervix plena sunt brachia.
In annis autem senilibus statura
curvatur cervix exsiccata deponitur
frequentibus suspiriis pectus urge-
tur. virtus deficit. loquentis verba
anhelitus intercidit. Nam et si languor
desit plerumque sensibus ipsa sua sa-
lus egritudo est. Ita mundus in a-
nnis prioribus velut in iuventute flo-
ruit ad propagandam humani generis
prolem robustus fuit salute corpo-
ris viridis opulentia rerum pinguis
fuit nunc ipsa sua senectute deprimitur
et quasi ad vicinam mortem molesti-
is crebrescentibus urgetur. Nolite ergo
fratres mei diligere quem videtis diu
stare non posse. Precepta apostolica
in animum ponite quibus nos ad-
monet dicens. Nolite diligere mun-
dum neque ea que in mundo sunt.
Quia si quis diligit mundum non

est caritatis presentis in eo. Audiuimus tamen
fratres nouissimis diebus quod subito turbine
annosa arbusta eruta. destructe
domus. atque ecclesie a fundamentis
euerse sunt. Quanti ad vesperum sani
atque incolumes atque acturos se in
crastinum aliquid putabant et tamen
nocte eadem repentina morte defun
cti sunt in laqueo ruine deprehensi
Sed considerandum nobis est quia ad hec
agenda inuisibilis iudex venti te
nuissimi spiritum mouit vnius procellam
nubis excitauit et terram subruit et casu
ra tot edificiorum fundamenta concus
sit. Quid ergo iudex iste facturus est
cum per semetipsum venerit. et
in ulcione peccatorum ira exarserit.
si portari non potest cum nos per te
nuissimam nubem ferit In ire eius
presencia que caro consistit. Si mouet
ventum et terram subruit. Hac dis
trictione venturum iudicem paulus considerans
ait Horrendum est incidere
in manus dei viuentis Sed hunc ex
primit psalmista dicens Deus ma
nifeste veniet. deus noster et non silebit
Ignis in conspectu eius exardescet
et in circuitu eius tempestas valida.
Districtionem quippe tante iusticie te
mpestas ignisque comitantur quia tempe
stas examinat quos ignis exurat.
Illum ergo diem fratres karissimi illum ante
oculos ponite et quicquid modo graue cre
ditur in eius comparacione leuigatur
De illo etenim die per prophetam dicitur Iux
ta est dies domini magnus iuxta
et velox nimis. Vox diei domini
amara tribulabitur ibi fortis. Dies ire
dies illa dies tribulacionis et angu
stie dies calamitatis et miserie. di
es tenebrarum et caliginis dies
nebule et turbinis. dies tube et
clangoris. De hac die dominus iterum per
prophetam dicit Adhuc semel et ego

mouebo non solum terram sed etiam ce
lum. Ecce ut prediximus aera mo
uit et terra non subsistit. Quis
ergo ferat cum celum mouerit. Quid
autem terrores quos cernimus nisi seque
ntis ire precones dixerimus Vnde et
considerare necesse est quia ab il
la tribulacione vltima tanto sunt
tribulaciones iste dissimiles quan
tum a potencia iudicis persona preco
nis distat Illum ergo diem fratres ka
rissimi tota intencione cogitate
vitam corrigite. mores mutate. ma
la temptancia resistendo vinci
te perpetrata autem fletibus punite.
Aduentum namque eterni iudicis tan
to securiores quandoque videbitis quan
to nunc districtionem illius timen
do preuenitis. Qui vivit et regnat in vi
ta. s. s. deus per omnia secula seculorum. Amen

In illo tempore Assumpsit Secundum lucam
Ihesus duodecim discipulos
suos et ait illis Ecce ascendi
mus ierosolimam et consummabuntur
omnia que scripta sunt per prophetas de
filio hominis Et reliqua Omelia

Redemptor noster preuidens
ex passione sua discipulo
rum animos perturbandos e
is longe ante et eiusdem passio
nis penam et resurreccionis sue
gloriam predicat ut cum morientem
sicut predictum est cernerent etiam
resurrecturum non dubitarent Sed
quia carnales adhuc apostoli disci
puli nullomodo valebant capere
verba misterii venitur ad miracu
lum. Ante eorum oculos cecus lu
men recepit. ut qui celestis mis
terii verba non caperent eos ad fidem
celestia facta solidarent Sed mi
racula domini et saluatoris nostri
sic accipienda sunt fratres karissimi ut
in veritate credantur facta. et in

per significacionem nobis aliquid innuant. Ipsa quippe eius et per potenciam aliud ostendunt et per misterium aliud loquuntur. Ecce enim quis iuxta hystoriam cecus iste fuerit ignoramus sed tamen quem per misterium significet novimus. Cecus quippe est genus humanum quod in parente primo a paradisi gaudiis expulsum claritatem superne lucis ignorans dampnacionis tenebras sue patitur. Sed tamen per redempcionis presenciam illuminatur ut interne lucis gaudia iam per desiderium videat atque in via vite boni operis gressus ponat. Notandum vero est quod cum Ihesus iericho appropinquare cecus illuminabatur. Iericho quippe luna interpretatur luna autem in sacro eloquio pro defectu ponitur carnis quia dum menstruis momentis decrescit defectum nostre mortalitatis designat. Dum igitur conditor noster appropinquat iericho cecus ad lumen redit quia dum divinitas defectum nostre carnis suscepit humanum genus lumen quod amiserat recepit. Unde enim deus humana patitur inde homo ad divina sublevatur. Qui videlicet cecus recte et iuxta viam sedere et mendicans esse describitur. Ipsa etenim veritas dicit Ego sum via. Qui ergo eterne lucis claritatem nescit cecus est. Sed si iam in redemptorem credit iuxta viam sedet. Si autem iam credit sed ut eternam lucem recipiat rogare dissimulat atque a precibus cessat cecus quidem secus viam sedet sed mendicare contempnit. Si vero cecitatem sui cordis cognovit sed lumen veritatis recipiat postulat iuxta viam sedet cecus et mendicat. Quisquis hoc quod sibi deest lumen eternitatis intelligit. Quisquis ergo cecitatis sue agnoscit clamet medullis cordis clamet et mentis vocibus dicens Ihesu fili David miserere mei. Sed quid clamanti ceco subiungitur audiamus. Et qui preibant increpabant eum ut taceret. Quid at designat isti qui Ihesum venientem precedunt nisi desideriorum carnalium turbas tumultusque viciorum qui priusquam Ihesus ad cor nostrum veniat temptacionibus suis cogitacionem nostram dissipant et voces cordis in oracione perturbant. Sepe namque dum converti ad deum post perpetrata vicia volumus dum contra hec eadem exorare vicia que perpetravimus conamur occurrunt cordis fantasmata peccatorum que fecimus mentis nostre aciem reverberant confundunt animum et vocem nostre deprecacionis premunt. Qui in prebant ergo increpabant eum ut taceret quia priusquam Ihesus ad cor nostrum veniat mala que fecimus cogitacioni nostre suis ymaginibus illisa in ipsa nos nostra oracione conturbant. Si quid ad hec illuminandus iste cecus fecit audiamus. Ipse vero multo magis clamabat fili David miserere mei. Ecce quem turba increpat ut taceat magis ac magis clamat. Quia quanto graviore tumultu cogitacionum carnalium premimur tanto oracioni insistere ardencius debemus. Contradicit turba ne clamemus quia peccatorum nostrorum fantasmata plerumque in oracione patimur. Sed nimirum necesse est ut vox cordis nostri quo durius repellitur eo valencius insistat quatenus cogitacionis illicite tumultum superet atque ad pias aures domini nimietate sue importunitatis erumpat. Ipse ut suspicor recognoscat unusquisque quod dicimus quia dum

ab hoc mundo ad deum mutamus. Cum
ad orationis opus accingimur ipsa que
prius delectabiliter gessimus impor
tuna post atque gravia in oratione nostra
tolleramus Vix eorum cogitacio ma
nu sancti desiderii ab oculis cordis
abigitur. Vix eorum fantasma
ta per penitencie lamenta superantur
Sed cum in oratione nostra vehementer insisti
mus transeuntem ihesum menti figimus
Unde illic subditur Stans autem ihesus ius
sit eum adduci ad se. Ecce stat qui an
transiebat quia dum turbas fantas
matum in oratione patimur ihesum aliquat
tenus transeuntem sentimus Cum vero ora
ni vehementer insistimus stat ihesus
ut lucem restituat quia deus in corde
figitur ut lux amissa reparatur Sed
tamen nunc et aliud aliquid nobis
dominus innuit quod intelligi de humani
tate ac divinitate illius utiliter pos
sit. Clamante etenim ceco transiens
audiuit sed stans miraculum illumina
cionis exhibuit. Transire namque
humanitatis est stare divinitatis Per
humanitatem quippe habuit nasci cre
scere mori resurgere de loco ad locum
venire Quia ergo in divinitate mu
tabilitas non est atque hoc ipsum mu
tare transire est profecto iste transitus
ex carne est non ex divinitate Per
divinitatem vero ei semper stare est
quia ubique presens nec per motum venit
nec per motum recedit Ceco igitur clamam
tem dominus transiens audiuit stans
illuminat quia per humanitatem su
am vocibus nostre cecitatis compacien
do misertus est sed lumen nobis
gracie per divinitatis potenciam infudit
Et notandum quid dicat ceco venien
ti Quid tibi vis faciam Numquid
qui lumen reddere poterat quid ve
llet cecus ignorabat Sed peti vult
hoc quod et nos petere et se concedere

prenoscit Importune namque ad orationem
nos admonet et tamen dicit Scit namque
pater vester quid opus sit vobis antequam
petatis eum Ad hoc ergo requirit ut petatur
ad hoc requirit ut cor ad orationem excitet
Unde et cecus protinus adiungit Domi
ne ut videam Ecce cecus a domino
non aurum sed lucem querit Parvipendit
extra lucem aliquid querere quia et si
habere cecus quodlibet potest sine luce non
potest videre quod habet Imitemur ergo fratres
karissimi eum quem et corpore audivimus et
mente salvatum Non falsas divicias
non terrena dona non fugitivos hono
res a domino sed lucem queramus Nec lu
cem que loco clauditur que tempore finitur
que noctium interrupcione variatur
que a nobis communiter cum pecoribus cer
nitur. Sed lucem queramus Sed lucem quera
mus quam videre cum solis angelis pos
simus quam nec inicium inchoat nec
finis angustat Ad quam profecto lucem
via fides est Unde recte et illuminan
do ceco protinus respondetur Res
pice fides tua te salvum fecit Sed
ad hec cogitacio carnalis dicit Quo
modo possum lucem spiritalem querere quam
videre non possum Unde michi cer
tum est si sit que corporeis oculis
non infulget Cui scilicet cogitacioni
est quod breviter quisque respondeat quia
hec que sentit non per corpus sed
per animam cogitat Et nemo animam
suam videt nec tamen se dubitat animam
habere quam videt Ex invisibili anima
visibile regitur corpus Si auferatur
quod est invisibile protinus hoc quod vi
sibile stare videtur Ex invisibili
ergo substancia in hac vita visibili vivitur
et esse vita invisibilis dubitatur
Sed iam petenti ceco quid factum est
vel quid ipse fecerit audiamus Sequitur
Confestim vidit et sequebatur eum
Videt et sequitur qui bonum quod intelligit

operatur. Videt autem sed non sequitur qui bonum quod dum intelligit sed bona opera contempnit. Si ergo fratres karissimi veritatem iam mente per cognicionem agnoscimus, si credendo in redemptoris nostri misterio certi viam sequimur, si exorando cottidie ab auctore nostro lucem petimus et eandem lucem iam per intellectum videndo illuminati post veritatem sumus, Ihesum quem mente cernimus opere sequamur. Aspiciamus quem graditur et eius vestigia imitando teneamus. Ihesum etenim sequitur qui imitatur. Hinc namque dicit: Sequere me et dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Sequi enim autem dicitur imitari. Hinc rursus admonet dicens: Si quis michi ministrat me sequatur. Consideremus ergo quod graditur ut sequi mereamur. Ecce enim cum sit dominus et creator angelorum, suscepturus naturam nostram quam condidit in utero virginis venit. Nasci tamen in hoc mundo per divites noluit, parentes pauperes elegit. Unde et agnus qui pro illo offeretur defuit, columbarum pullos et par turturum ad sacrificium mater invenit. Prosperitatem in mundo noluit, obprobria irrisiones que tolleravit, sputa, flagella, alapas, spineam coronam, crucem sustinuit. Et quia rerum corporalium delectatione a gaudio intimo cecidimus, cum qua amaritudine illuc redeatur ostendit. Quid itaque homo pro se pati debet si tanta deus pro hominibus pertulit. Qui ergo iam credidit sed adhuc avaricie lucra sectatur, in superbia honoris extollitur, invidie facibus inardescit, libidinis inmundicia se polluit, prospera que in mundo sunt concupiscit, Ihesum in quem credidit sequi contempnit. Diverso quippe itinere ambulat si gaudia delectacionesque appetit cui dux suus viam amaritudinis ostendit. Revocemus ergo ante oculos peccata que fecimus. Consideremus quam terribilis iudex hec puniturus adveniat. Mentem formemus ad lamenta. Vita nostra ad tempus amarescat in penitencia ne eternam amaritudinem senciat in vindicta. Per fletus quippe ad gaudia ducuntur eterna pollicente veritate que ait: Beati qui lugent nunc quoniam ipsi consolabuntur. Ad fletum vero per gaudia perveniunt hac eadem veritate attestante que ait: Ve vobis qui ridetis nunc quia lugebitis et flebitis. Si ergo retribucionis gaudium in perventione querimus, penitencie amaritudinem in via teneamus. Sicque fit ut non solum nostra in deum vita proficiat sed et ipsa nostra conversacio ad laudem dei et alios accendat. Unde illic subditur: Et omnis plebs ut vidit dedit laudem deo.

Secundum lucam

In illo tempore loquente ihesu ad turbas ecce mater eius et fratres stabant foris querentes loqui ei. Et reliqua.

Omelia beati gregorii pape de eadem lectione

Sancti evangelii fratres karissimi brevis est lectio recitata sed magnis misteriorum ponderibus gravida. Ihesus etenim conditor et redemptor noster matrem se nosse dissimulat et que ei mater sit, qui propinquus non per cognacionem carnis sed per cognacionem spiritus designat dicens: Que est mater mea et qui sunt fratres mei. Quicumque fecerit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse meus frater et soror et mater est. Quibus nobis verbis quid aliud innuit nisi quod ex obsequentes missionibus suis multos ex gentilitate collegit et iudeam

ex cuius carne est genitus non cogno-
scit Vnde et mater eius cum quasi
non agnoscitur foris stare perhibet
quia videlicet synagoga ideo ab
actore suo non recognoscitur quia le-
gis observacionem tenens spiritalem
intellectum perdidit et sese ad cus-
todiam littere foris fixit Sed cum hic
qui voluntatem patris fecit soror et
frater domini dicitur propter utrumque sexum
qui ad fidem colligitur mirum non est
Mirandum vero valde est quomodo eciam ma-
dicatur Fideles enim discipulos fratres
vocare dignatus est dicens Ite nun-
ciate fratribus meis Qui ergo frater
domini fieri ad fidem veniendo pote-
rit querendum est quomodo eciam esse possit
mater Sed sciendum nobis est quia
qui Christi frater et soror est creden-
do mater efficitur predicando Qua-
si enim parit dominum quem corde audien-
tis infuderit et mater eius efficitur sed
per eius vocem amor dei in proximi
mente generatur Ad quam rem no-
bis ydonee confirmandam adest beata
felicitas cuius hodie natalicia cele-
bramus que credendo extitit an-
cilla Christi et predicando facta est ma-
ter Christi Septem quippe filios sicut
in gestis eius emendacioribus legitur
post se timuit vivos in carne relin-
quere sicut carnales parentes solent
metuere ne mortuos premittantur
In persecucionibus autem laboribus deprehen-
sa filiorum corda in amore superne pa-
trie predicando roboravit et parturivit
spiritu quos carne pepererat mundo
Considerate fratres karissimi in femineo
corpore virile pectus ad mortem
extitit imperterrita amittere se in filiis
lumen veritatis timuit se non fuis-
se orbatam Numquid ego hanc femi-
nam martirem sed plusquam martirem di-
xerim Certe cum dominus de Johanne loque-
retur dixit Quid existis in desertum
videre prophetam utique dico vobis et
plusquam prophetam Et Johannes ipse
respondit dicens Non sum propheta
Qui enim se plusquam prophetam nove-
rat esse se prophetam negat Quem
ideo plusquam prophetam dicitur quia
prophete est officium ventura predi-
care non etiam ostendere Johannes
vero propheta est et plusquam propheta
quia quem verbo dixit digito os-
tendit Non ergo hanc feminam mar-
tirem sed plusquam martirem dixerim
que septem pignoribus ad pignori-
bus ad regnum premissis tociens
ante mortua ad penas una prima
pervenit sed pervenit octava Aspexit
mater et cruciata imperterrita filiorum
mortem spei gaudium tenuit dolorem
nature timuit viventibus gavisa
est morientibus Optavit post
se nullum relinquere ne si quem ha-
beret superstitem non posset habere
consortem Nemo ergo ex vobis
fratres karissimi existimet quod eius cor
morientibus filiis etiam carnalibus
affectus minime pulsaret Neque e-
nim filios quos carnem suam esse no-
verat sine dolore poterat morien-
tes videre Sed erat vis amoris inte-
rior que dolorem vinceret carnis
Vnde et passuro petro dicitur Cum
senueris extendes manus tuas
et alius te precinget et ducet quo
tu non vis Neque enim plenissime si
nollet pro Christo pati potuisset Sed
martirium quod per infirmitatem carnis
noluit per virtutem spiritus amavit
Qui dum per carnem ad penas tre-
pidat per spiritum ad gloriam exultat ac-
tumque est ut cruciatum martirii
nolendo voluisset Sicut nos cum
gaudium querimus salutis a-
marum poculum sumimus purgacionis

amaritudo quidem in poculo displicet sed restituenda per amaritudinem salus placet. Amavit ergo iuxta carnem Felicitas filios sed pro amore celestis patrie mori coram se voluit quos amavit. Ipsa eorum vulnera accepit et ipsa eis ad regnum preeuntibus exaravit. Recte ergo hanc feminam ultra martirem dixerim que totiens est in filiis considerabiliter extincta dum multiplex martirium obtinuit. Ipsa quorum martirum palmam vicit. Fertur apud veteres mos fuisse ut quisquis consul existeret iuxta ordinem temporis honoris sui locum teneret. Aut si quis postmodum ad consulatum veniens consul non semel sed bis fortasse vel tercius fieret ceteros illos laude et honore transcenderet qui non plus quam semel consules extitissent. Vicit ergo beata Felicitas martires que tot ante se morientibus filiis pro Christo frequenter occubuit quia ad amorem illius sola sua mors minime sufficiebat. Consideremus nos fratres hanc feminam. Consideremus nos qui membris corporis viri sumus in eius comparacione quid existimabimur. Sepe namque agenda aliqua bona proponimus sed si unus contra nos levissimus sermo ab ore irridentis erumpit ab intencione actionis nostre fracti protinus et confusi resilimus. Ecce nos plerumque a bono opere verba revocant Felicitatem vero a sancta intencione frangere nec tormenta potuerunt. Nos aura maledictionis impingimur, hec ad regnum etiam per ferrum exiit nichilque esse quod obsisteret estimavit. Nos ad precepta dominica largiri nostra saltem superflua nolumus, hec non solum deo suam substanciam contulit sed pro illo etiam propriam carnem dedit. Nos cum ex divina visione filios amittimus sine consolacione lugemus, hec eos velut mortuos plangeret si non obtulisset. Cum ergo ad illud terribile examen districtus iudex venerit quid nos viri dicturi sumus cum eius femine gloriam viderimus. Debilitate mentis sue que tunc erit viri excusacio quando hec excusetur que cum seculo sexum vicit. Sequamur ergo fratres karissimi districtam et asperam redemptoris viam, usque quaque per virtutum usum iam plana facta est ut per eam feminis liberet ambulare. Despiciamus cuncta presencia, nulla sunt etenim que transire possint. Turpe sit diligere quod constat citius perire. Non nos terrenarum rerum amor superet, non superbia inflet, non ira dilaniat, non luxuria polluat, non invidia consumat. Pro nobis fratres karissimi redemptor noster occubuit et nos amore eius discamus vincere nosmetipsos. Quod si perfecte agimus non solum immanes penas evademus sed communi certamine cum martiribus gloria remunerabimur. Nam quamvis occasio persecucionis deest habet tamen et pax nostra martirium suum, quia et si carnis colla ferro non subdimus spirituali tamen gladio carnalia desideria in mente trucidamus. In unitate. Secundum Johannem

In illo tempore misit Ihesus duodecim discipulos suos precipiens eis et dicens: In viam gencium ne abieritis et in civitates Samaritanorum ne intraveritis, sed pocius ite ad oves israhel que perierunt. Et reliqua. Omelia beati Gregorii pape.

Cum constet omnibus fratres karissimi quia redemptor noster in mundo pro redempcione

gentium venit cum samaritanam et
etiam ad fidem vocare conspicimus
Quid est quod in predicatione discipu
los mittens dicit In viam gentium
ne abieritis et in civitates sama
ritanorum ne intraveritis sed potius
ite ad oves que perierunt domus israel
nisi hoc quod facti fine colligimus.
quia prius solis iudeis voluit et post
modum cunctis gentibus predicari
ut dum illa converti vocata renu
ruit predicatores sancti ad voca
tionem gentium per ordinem venirent.
et cum nostri redemptoris predicatio
a suis repulsa gentiles populos quasi
extraneos quereret et quod iudee fie
bat in testimonium. hoc gentibus
gratie esset incrementum Erant enim
tunc qui de iudea vocandi es
sent et de gentibus vocandi non es
sent Nam et in apostolorum actibus pre
dicante petro legimus et prius he
breorum tria milia. et postea quinque mi
lia credidisse Et cum predicare
apostoli gentibus in asia voluissent
per spiritum prohibiti esse memorantur
Et tamen ipse spiritus qui prius predica
tionem prohibuit hanc asiano
rum cordibus postmodum infudit
Nam diu est quod asia cuncta iam
credidit Vetito ergo prius prohibuit
quod postmodum fecit. quia in illa
erant qui nec dum ad vitam reparari
merebantur Sed tamen velut eis pre
dicationis officium subtraxit ne
gravius de contempta predicatione
iudicari mererentur Subtili ergo occul
toque iudicio a quorundam auribus
predicatio sancta subtrahitur quia sus
citari per graciam non merentur
Unde necesse est fratres karissimi ut in omne
quod agimus omnipotentis domini
consilia occulta timeamus ne
dum mens nostra extra se fusa a sua

se voluntate non revocat magis
contra eam iudex terribilis adver
sa disponat Unde bene psalmista in
tuens ait Venite et videte opera domini
quam terribilis in consiliis super filios
hominum Videt namque quod alius
inmeruit vocatur alius in sua
culpa exigente repellitur Et quia alia
parcendo alia irascendo dispen
savit expavit quod penetrare non po
tuit Et quem non solum investi
gabilem in quibusdam suis senten
ciis sed etiam inflexibilem vidit terribilem
in consiliis esse memoravit Ip
sis autem predicatoribus quid pre
cipiat audiamus Euntes predicate
dicentes. quia appropinquavit regnum
celorum. hoc iam fratres karissimi
etiamsi evangelium taceat mundus
clamat Ruine namque illius vo
ces eius sunt Qui enim tot attri
tus passionibus a gloria sua ceci
dit. quasi iam nobis et proximum
regnum aliud quod sequitur ostendit Ip
sis iam et a quibus amatur ama
rus est Ipse ruine eius predicant
quod amandus non est Si enim ru
inam sue domus quassata mi
naretur quisquis in illa habi
taret fugeret Et qui stantem
dilexerat recedere quantocius a ca
dente festinaret Si igitur mun
dus cadit et nos eum amando
amplectimur opprimi volumus po
tius quam habitare. quia nul
la nos ratio a ruina illius separat
quos eius passionibus amor li
gat. Facile ergo est nunc cum cuncta
destructa cernimus animum
nostrum ab eius dilectione disiungere
Sed hoc illo in tempore difficillimum
fuit quo nunc predicatores celorum regnum
invisibile mittebantur Cum
longe lateque omnes cernerent flo

terre regna terrarum. Unde et adiuncta sunt predicatoribus sanctis miracula ut fidem verbis daret virtus ostensa et nova facerent qui nova predicarent, sicut in eadem hac lectione subiungitur: Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, demones eicite. Florente mundo crescente genere humano dum in hac vita subsistente carne exuberante rerum opulencia quis cum audiret vitam aliam esse crederet, quis invisibilia visibilibus preferret? Sed ad salutem redeuntibus infirmis, ad vitam resurgentibus mortuis, carnis mundiciam recipientibus leprosis, ereptis a iure immundorum spirituum demoniacis, tot visibilibus miraculis exactis quis de invisibilibus audiret? Nam hoc quippe visibilia miracula choruscant ut corda videntium ad fidem invisibilium pertrahant, ut per hoc quod mirum foris agitur hoc quod intus est longe mirabilius esse senciatur. Unde nunc cum fidelium numerositas excrevit intra sanctam ecclesiam multi sunt qui vitam virtutum non habent. Quia frustra miraculum foris ostendi si est quod intus operatur. Nam iuxta magistri gentium vocem lingue in signum sunt non fidelibus sed infidelibus. Unde et idem predicator in Militene veniens et plenam infidelibus insulam reperiens patrem Publii dissinterio vexatum ac febribus orando salvavit, et sancte predicacionis adiutorem Thymotheum ex infirmitate stomachi lassescentem non oratione curat sed medicinali arte mederi parat dicens: Modico vino utere propter stomachum et tuas frequentes infirmitates. Qui ergo infirmum infidelem una prece salvat cur egrotum socium prece non roborat? Quia nimirum ille foris per miraculum salvandus erat qui vivus intus non erat, ut per hoc quod exterior potestas ostenderet hunc ad vitam interior virtus animaret. Egrotanti autem fideli socio exhibenda foris signa non fuerant qui salubriter intus vivebat. Sed concessa potestate predicacionis concessis virtutum miraculis quid redemptor noster subiungat audiamus: Gratis accepistis, gratis date. Persciebat namque nonnullos hoc ipsum donum accepti spiritus in usum negociacionis inflectere et miraculorum signa ad avaricie obsequium declinare. Hinc est enim quod Symon per imposicionem manus edita miracula concupiscens percipere donum spiritus per pecuniam voluit, scilicet ut deterius venderet quod male compararet. Hinc de templo redemptor noster flagello de resticulis facto turbas eiecit, cathedras vendencium columbas evertit. Columbas quippe vendere est imposicionem manus qua spiritus sanctus accipitur non ad vite meritum sed ad premium dare. Sed sunt nonnulli qui quidem nummorum premia ex ordinatione non accipiunt et tamen sacros ordines pro humana gracia largiuntur atque de largitate eadem laudis solummodo retribucionem querunt. Hii nimirum quod gratis acceptum est gratis non tribuunt, quia de impenso officio sanctitatis nummum favoris expetunt. Unde bene cum iustum virum scriberet propheta ait: Qui excutit manus suas ab omni munere. Neque enim dicit qui excutit manus suas de munere sed adiunxit ab omni, quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus a manu, aliud munus a lingua. Munus quippe ab obsequio est subiectio indebite impensa; munus a

manu perculta est. Munus a lingua
favor. Qui ergo sacros ordines tenu
it tunc ab omni munere manus excu
tit cum in divinis rebus non solum nul
lam pecuniam sed etiam humanam glori
am non requirit. Sed nos fratres karissimi esse
secularis habitus tenet. Ad quod sit utile
cognoscatis mentis oculos ad vitam re
vocate. Cuncta ergo que vos cautissime a
gite. Nolite operis vestri in hoc mundo re
tributionem querere quia cum tantam iam
cernitis velocitate defecisse. Cavete ne
mala cum modo bona pro temporali retri
butione faciatis ipsum teste mundi operis
quiete que iudicem sustinentis. Occul
ta esse bona vestra videat ut ea retri
butionis sue in publico ostendat.
Sicut enim vite cottidiana alimen
ta bona sint opera. Cibo corporis pas
citur pio opere spiritus nutritur. Quod
moritur carnis tribuitis victurum
spiritui anime non negetis. Sed quia cum
repentinus ignis habitaculum assu
mit quisquis eius possessor extiterit
rapit quod valuit et fugit. lucrum
deputat siquid secum ex ignibus tol
lat. Ecce tribulacionum flamma mun
dum concremat et cuncta que dudum
speciosa videbantur finis iam proximus
velut ignis devastat. Lucrum ergo fratres
karissimi maximum credite si nobiscum
aliquid de illo rapiatis. Si quid fri
gentibus tollitis. Si hoc quod perire perma
nendo poterat ad retribucionem nobis
perpetuam largiendo servamus. Cum
velocitate tempora fugiunt. Tanto viden
dum ergo citius iudicem videmus. quia cum
magna importunitate impellimur
et bonis actibus cum festinacione
preparemur. donante. / Secundum Matheum

In illo tempore. Ambulans Ihe
sus iuxta mare galilee vidit
duos fratres Symonem qui vocatur
Petrus et Andream fratrem eius mitten
tes rete in mare. Et reliqua.

Audistis Omelia beati Gregorii pape
fratres karissimi quia ad unius
iussionis vocem Petrus
et Andreas relictis retibus secu
ti sunt redemptorem. Nulla vero
facere adhuc miracula viderant
nichil ab eo de premio eterne retribuci
onis audierant et tamen ad u
num domini preceptum hoc quod possidere
videbantur obliti sunt. Quanta
nos eius miracula videmus quot
flagellis affligimur quantis mina
rum asperitatibus deterremur et tamen vo
cantem sequi contempnimus. In celo
iam sedet qui de conversione nos ad
monet. Iam iugo fidei colla gen
cium subdidit. Iam mundi gloriam stra
vit. Iam ruinis eius crebrescen
tibus districti iudicii sui diem pro
pinquantem denunciat. et tamen su
perba mens nostra non vult hoc sponte
deserere quia cottidie perdit invita.
Quid ergo fratres karissimi quid in eius
iudicio dicturi sumus. qui ab amo
re presentis seculi nec preceptis flecti
mur nec verberibus emendamur.
Sed fortasse aliquis tacitis cogitacioni
bus sibi dicat. Ad vocem dominicam
utrique iste piscator quid aut quan
tum dimisit qui pene nichil habuit.
Sed hac in re fratres karissimi affectum
debemus pocius pensare quam cen
sum. Multum reliquit qui sibi
nichil retinuit. Multum reliquit
qui quemlibet parum totum deseruit.
Certe nos et habita cum amo
re possidemus et ea que minime habemus
ex desiderio querimus. Multum ergo Pe
trus et Andreas dimisit quando
ergo uterque etiam desideria habendi
dereliquit. Multum dimisit qui cum
re possessa etiam concupiscenciis
renunciavit. A sequentibus ergo.

tanta dimissa sunt quanta non
a sequentibus concupisci potuerunt
Nemo igitur etiam cum quosdam
conspicit multa deliquisse apud
semetipsum dicat Imitari huius
contemptores volo sed quod relinquam
non habeo Multa fratres relinquitis
si desideriis terrenis renunciatis
Exteriora enim nostra domino quamlibet par
va sufficiunt Cor namque et non
substantiam pensat nec perpendit
quantum in eius sacrificio sed ex quan
to proferatur Nam si exteriorem substantiam
perpendamus ecce sancti nego
ciatores nostri perpetuam angelorum vitam
datis retibus et navi mercati sunt
Estimacionem quippe precii regnum non
habet sed tamen regnum dei tantum valet
quantum habes Valuit namque
zacheo dimidium substancie quia aliud quod
iniuste abstulit restituendum in qua
druplo reservavit Valuit petro
et andree dimissis retibus et
navi Valuit vidue duobus minu
tis Valuit alteri calice aque frigi
de Regnum itaque dei ut diximus
tantum valet quantum habes Pensa
te igitur fratres quid vilius cum emi
tur quid carius cum possidetur Sed
fortasse nec calix aque frigide
suppedit qui indigenti prebea
tur Etiam tunc securitatem nobis
promittit sermo divinus Re
demptore etenim nato celi cives
ostensi sunt et clamarent Gloria
in excelsis deo et in terra pax ho
minibus bone voluntatis Ante
dei namque oculos numquam est va
cua manus a munere si archa
cordis sit repleta bona volun
tate Hinc etenim psalmista di
cit In me sunt deus vota tua
que reddam laudaciones tibi Ac si
aperte dicat Et si exteriora munera
offerenda non habeo in me tamen ipsum
tamen invenio quod in ara tue laudis
impono Quia qui nostra datione non
pasceris oblacione cordis melius pla
caris Nichil quippe offertur deo dicius
voluntate bona Voluntas autem
bona est sic adversa alterius sicut no
stra pertimescere sic de prosperitate pro
ximi sicut de nostro profectu gratulari
Aliena dampna nostra credere Aliena
lucra nostra deputare Amicum non propter
mundum sed propter deum diligere inimi
cum amando tollerare Nulli quod pati
non vis facere Nulli quod tibi iuste
pendi desideras denegare Necessi
tati proximi iuxta vires concurrere
sed prodesse etiam ultra vires velle
Quid ergo isto holocausto locuplecia
us quando in hoc quod deo ymmolat in
ara cordis anima semetipsam mactat
Sed hoc bone voluntatis sacrifici
um numquam plene persolvitur nisi mun
di huius cupiditas perfecte deseratur
Nam quisquis in eo concupiscit hoc
procul dubio proximis invidere vide
tur etenim quia nobis deesse quod alter
assequitur Et quia semper invidia
a bona voluntate discordat mox
ut in mente ceperit illa discedit
Unde predicatores sancti ut possint
proximos perfecte diligere studuerunt in hoc
seculo nichil amare nichil umquam
appetere Quos bene ysaias intuens
ait Qui sunt isti qui ut nubes
volant et quasi columbe ad fenestras
suas Vidit quippe eos terrena
despicere mente celestibus propinqua
re verbis pluere miraculis choru
scare Et quos a terrenis contagiis
et sancta predicacio et sublimis vita
suspenderat hos volantes pari
ter et nubes appellavit Fenestre
autem nostre sunt oculi quia per ipsos
anima respiciat quod exterius concupiscat

Columba vero simplex est animal
atque a malicia fellis alienum. Qua-
si columbe ergo ad fenestras suas
sunt qui nichil in hoc mundo
concupiscunt. Sed omnia sim-
pliciter aspiciunt et in hiis que vi-
dent rapacitatis studio non tra-
huntur. At contra milvus et non colum-
ba ad fenestras suas est qui ad
ea que oculis considerat rapine
desiderio anhelat. Quia ergo fratres
karissimi venimus audire apostoli natalicia ce-
lebramus debemus imitari quod coli-
mus. Ostendat nunc obsequiis
nostris immutate sollempnitas
mentis. Despiciamus que terrena sunt
relictis quibus utimur etiam. Si
autem nec dum possumus relinquere
propria saltem non concupiscamus
aliena. Si nec dum mens nostra
accenditur igne caritatis in ambi-
cione sua habeat frenum timoris
ut profectus sui passibus uegetata
dum ab alieno appetitu compesci-
tur quandoque ad propria contempnenda
provocetur. Prestante domino (Sermo

In illo tempore Cum au- (Matheum
disset Johannes in vinculis opera
Christi mittens duos de discipulis
suis ait illi Tu es qui venturus
es an alium expectamus Et reliqua

Querendum (Omelia beati Gregorii pape
est nobis fratres karissimi Johannes
propheta et plusquam propheta
qui venientem ad iordanis bap-
tisma dominum ostendat dicens Ec-
ce agnus dei ecce qui tollit pec-
cata mundi et qui humilitatem et
divinitatis potenciam considerans ait
Qui de terra est de terra loquitur qui
autem de celo venit super omnes
est cur in carcere positus mittens
discipulos requirit Tu es qui ventu-
rus es an alium expectamus Ta-
quam si ignoraret quem ostenderat
et an ipse sit nesciat quem ipsum
ipse prophetando baptizando ostenden-
do clamaverat. Sed hec cicius ques-
tio solvitur si geste rei tempus
et ordo pensetur. Ad iordanis e-
nim fluenta positus quia ipse re-
demptor mundi esset asseruit. Mis-
sus vero in carcerem an ipse veni-
at requirit. Non quia ipsum esse
mundi redemptorem dubitat sed
querit ut sciat si is qui per se in mun-
dum venerat per se etiam ad infer-
ni claustra descendat. Quem e-
nim precurrens mundo nunciave-
rat hunc moriendo ad infe-
ros precurrebat. Ait ergo Tu es qui
venturus es an alium expectamus
Ac si aperte dicat Sicut pro hominibus
nasci dignatus es an etiam pro homini-
bus ad inferos descendere digneris
insinua ut qui nativitatis tue
precursor extiti descensionis etiam
precursor fiam et venturum infer-
no te nunciem quem iam venisse mun-
do enunciavi. Unde et inquisitus
dominus enumeratis potencie sue mira-
culis de mortis sue protinus
humilitate respondit dicens.
Ceci vident claudi ambulant
leprosi mundantur surdi audi-
unt mortui resurgunt pauper-
es evangelizantur Et beatus est
qui non fuerit scandalizatus in me.
Visis tot signis tantisque virtu-
tibus non scandalizari quisquam
potuit sed mirari sed infidelium
mens grave in illo scandalum
pertulit cum et post tot miracula
morientem vidit. Unde et ad co-
rinthios et paulus dicit Nos
autem predicamus Christum crucifixum
Judeis quidem scandalum gen-
tibus autem stulticiam. Stultum

quippe hominibus visum est ut pro hominibus auctor vite moreretur. Et inde contra eum scandalum sumpsit unde ei amplius debitor fieri debuit. Mira tamen deus ab hominibus dignius honorandus est quanto pro hominibus et indigna suscepit. Quid ergo est dicere beatus est qui non fuerit scandalizatus in me nisi aperta voce abiectionem mortis sue humilitatem significare. Ac si patenter dicat. Mira quidem facio sed abiecta perpeti non dedignor. Quia ergo moriendo te subsequor cavendum est valde hominibus ne in me mortem despiciant qui signa venerantur. Sed dimissis Iohannis discipulis quid de eodem Iohanne turbis dicat audiamus. Quid existis videre in deserto arundinem vento agitatam. Quod videlicet non asserendo sed negando intulit. Arundinem quippe mox ut aura contigerit in partem alteram flectit. Et quid per arundinem nisi carnalis anima designatur. Qui mox ut favore vel detractione tangitur statim in partem quamlibet inclinatur. Si enim ab humano ore aura vocis flaverit hylarescit extollitur totumque se quasi ad gratiam inflectit. Sed si inde ventus detractionis erupit unde laudis aura veniebat mox hunc quasi in partem alteram ad vim furoris inclinat. Sed arundo vento agitata Iohannes non erat quia hunc nec blandum gratia nec cuiuslibet ira asperum faciebat. Nec prospera hunc erigere nec adversa noverant inclinare. Arundo ergo vento agitata Iohannes non erat quem a statu sui rectitudine nulla rerum varietas inflectebat. Discamus igitur fratres karissimi arundo vento agitata non esse. Solidemus animum inter auras linguarum positum. Stet inflexibilis status mentis. Nulla nos detractio ad iram provocet. Ad remissionem inutilis gratie nullus favor inclinet. Non nos prospera elevent non adversa perturbent. Ut qui in soliditate fidei figimur nequaquam rerum transeuntium mutabilitate moveamur. Adhuc autem de eius expressione subiungitur. Sed quid existis videre hominem mollibus vestitum. Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Camelorum etenim contextis pilis ut scimus vestitus Iohannes fuisse describitur. Et quid est dicere. Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt nisi aperta sententia demonstrare quia non pro celesti sed pro terreno regno militant hii qui pro deo perpeti aspera fugiunt sed solis exterioribus dediti presentis vite molliciem et delectacionem querunt. Nemo ergo existimet in fluxu atque studio preciosarum vestium peccatum deesse quia si hoc culpa non esset nullo modo Iohannem dominus de vestimenti sui asperitate laudasset. Si hoc culpa non esset nequaquam Petrus apostolus per epistolam feminas a preciosarum vestium appetitu compesceret dicens. Non in veste preciosa. Pensate ergo que culpa sit hoc etiam viros appetere a quo curavit pastor ecclesie et feminas prohibere. Quamvis hoc quod Iohannes non esse vestitus mollibus dicitur per significacionem intelligi et aliter potest. Mollibus enim vestitus non fuit quia vitam peccancium non blandimentis fovit sed vigore aspere invectionis increpavit dicens. Genimina viperarum quis vobis demonstrabit fugere a

ventura iam. Unde et per Salomonem
dicitur. Verba sapientum quasi stimu
li et sicut clavi in altum defixi.
Clavis quippe atque stimulis sapien
tum verba comparantur. quia culpas de
linquentium nesciunt palpare sed pun
gere. Sed quid existis videre in de
serto prophetam. Etiam dico vobis et
plusquam prophetam. Prophete quippe
ministerium est futura predicere non
etiam demonstrare. Johannes ergo plusquam
propheta est. quia eum quem precurre
do prophetaverat ostendendo demonstra
bat. Sed quia arundo vento agitata
esse denegatur. quia non esse vesti
tus mollibus dicitur. qui a prophetie
nomine huic impar esse perhibetur.
iam quid digne dici possit audiamus.
Sequitur. Hic est de quo scriptum est.
Ecce mitto angelum meum ante facie
em tuam qui preparabit viam ante te.
Qui enim grece angelum hoc latine
nuncius dicitur. Recte ergo qui nun
ciare supernum iudicem mittitur ange
lus vocatur ut dignitatem servet
in nomine quam explet in operatione.
Altum quidem nomen est sed vi
ta nomine inferior non est. Utinam
fratres karissimi non ad iudicium nostrum dica
mus. quia omnes qui sacerdotii no
mine censentur propheta attestante
quia labia sacerdotis custodiunt
scientiam et legem exquirunt
ex ore eius. quia angelus domini ex
ercituum est. Sed huius altitudinem
nominis etiam vos si vultis potestis
mereri. Nam unusquisque vestrum
in quantum sufficit in quantum gra
ciam superne aspirationis accepit. si
a pravitate proximum revocat. si ex
hortari ad bonum operandum curat
si eternum regnum vel supplicium erranti

denunciat. cum verba sancte annu
ciacionis impendit profecto an
gelus existit. Et nemo dicat mo
nere non sufficio. exhortari ydoneus
non sum. quantum potes exhibe. ne
male servatum quod acceperas in tor
mentis exigaris. Neque enim plusquam
unum talentum acceperat qui hoc
abscondere magis studuit quam
erogare. Et scimus quod in thabernacu
culo non solum fiale numo sed
precipiente domino etiam ciati facti sunt.
Per fialas quippe doctrina exube
rans. per ciatos vero parva atque an
gusta sciencia designatur. Alius
doctrina veritatis plenus audien
cium mentes inebriat. per hoc ergo
quod dicit profecto fialam porri
git. Alius explere quod sentit non
valet. sed quia hoc utcumque de
nunciat profecto per ciatum gustum
prebet. Vos ergo in thabernaculo dei
id est in sancta ecclesia positi. si per doctrine
sapientiam ministrare fialas potestis
in quantum pro divina largitate suf
ficitis proximis vestris boni ver
bi ciatos date. In quantum vos
profecisse pensatis in alios trahi
te. in via dei socios habere desidera
te. Et si quis vestrum fratres ad forum
aut fortasse ad balneum pergit
quem ociosum esse considerat ut
secum veniat invitat. Ipsa ergo
terrena actio vobis vestra conveniat.
et si ad deum tenditis curate
ne ad eum soli veniatis. Hinc
etenim scriptum est. Qui audit
dicat veni. ut qui iam in corde
vocem superni amoris accepit
foris etiam proximis vocem exhor
tacionis reddat. Et fortasse pa
nem ut indigenti elemosinam porrigat

non habet, sed manus quod tribuere valeat qui linguam habet. Plus est enim verbi pabulo victuram in perpetuum mentem reficere quam ventrem moriturum carnis terreno pane saciare. Nolite ergo fratres proximis vestris elemosinam verbi subtrahere. Mecum vos ammoneo ut ab ocioso sermone parcamus, inutiliter loqui declinemus. In quantum tantum lingue prevalemus, inventum verba non defluant, cum Iudex dicat: Omne verbum ociosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo racionem in die iudicii. Ociosum quippe verbum est quod aut utilitate rectitudinis aut racione iuste necessitatis caret. Ociosa ergo colloquia ad edificacionis studium vertite; quam celerrime huius vite tempora fugiant considerate; quam districtus iudex veniat attendite. Hunc ante oculos cordis ponite, hunc proximorum vestrorum mentibus intimate, ut in quantum vires suppetunt si annunciare eum non negligitis, vocari ab eo angelus cum Iohanne valeatis. Quod ipse prestare dignetur qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

In illo tempore. Miserunt *Secundum matheum* Iudei ab Ierosolimis sacerdotes et levitas ad Iohannem ut interrogarent eum: Tu quis es. Et confessus est et non negavit. Et confessus est: quia non sum ego Christus. Et reliqua. *Omelia beati Gregorii pape de eadem.*

Ex huius nobis lectionis verbis fratres karissimi Iohannis humilitas commendatur, qui cum tante virtutis esset ut Christus credi potuisset, elegit solide subsistere in se ne humana opinione raperetur inaniter super se. Nam confessus est et non negavit. Confessus est: quia non sum ego Christus. Sed qui dixit: non sum, negavit plane quod non erat, sed non negavit quod erat, ut veritatem loquens eius membrum fieret cuius sibi nomen fallaciter non usurparet. Cum ergo non vult appetere nomen Christi, factus est membrum Christi, quia dum infirmitatem suam studuit humiliter agnoscere, illius celsitudinem meruit veraciter obtinere. Sed cum ex lectione alia redemptoris nostri sententia ad mentem revocatur, quod huius nobis lectionis verbis questio valde implexa generatur. Alio quippe in loco inquisitus a discipulis Dominus de adventu Helie respondit: Helias iam venit et non cognoverunt eum, sed fecerunt in eum quecumque voluerunt. Et si vultis scire, Iohannes ipse est Helias. Requisitus autem Iohannes dicit: non sum Helias. Quid est hoc fratres karissimi, quia quod veritas affirmat, hoc propheta veritatis negat? Valde namque inter se sunt diversa: ipse est, et non sum. Quomodo ergo propheta veritatis est, si eiusdem veritatis sermonibus concors non est? Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur, hoc quod inter se contrarium sonuit quomodo contrarium non sit invenitur. Ad Zachariam namque de Iohanne angelus dicit: Ipse precedet ante ipsum in spiritu et virtute Helie. Qui ideo venturus in spiritu et virtute Helie dicitur, quia sicut Helias secundum Domini adventum preveniet, ita Iohannes prevenit primum. Sicut ille precursor venturus est iudicis, ita iste precursor factus est redemptoris. Iohannes igitur in spiritu Helias erat, in persona Helias non erat. Quod ergo Dominus fatetur de spiritu, hoc Iohannes denegat de persona. Quia et iustum sic erat, ut et discipulis Dominus spiritualem de Iohanne sententiam diceret, et Iohannes idem turbis carnalibus non de suo

spiritu sed de corpore respondet. Contra-
rium ergo veritati videtur esse quod Iohannes so-
nuit sed tamen a veritatis tramite
non recessit. Qui cum se etiam prophetam
negat quia videlicet non poterat pre-
cursorem redemptoris predicare sed etiam de-
monstrare, quis namque sit continuo ex-
primit cum subiungit: Ego vox cla-
mantis in deserto. Scitis fratres karissimi
quia unigenitus filius verbum
patris vocatur Iohanne attestante qui ait:
In principio erat verbum et verbum erat
apud deum et deus erat verbum. Et
ex ipsa vestra locutione cognoscitis quia
prius vox sonat ut verbum postmodum
possit audiri. Iohannes vero vocem se esse
asserit quia verbum precedit. Adventum
itaque dominicum precurrens vox dicitur
quia per eius ministerium patris verbum
ab hominibus auditur. Qui etiam in de-
serto clamat quia derelicte ac destitu-
te Iudee solacium redemptoris annun-
ciat. Quid autem clamet insinuat cum
subiungit: Dirigite viam domini sicut
dixit Ysaias propheta. Via domini ad cor
dirigitur cum veritatis sermo humiliter
auditur. Via domini ad cor dirigitur
cum ad preceptum vita preparatur. Unde scrip-
tum est: Si quis diligit me sermonem
meum servabit et pater meus diliget
eum et ad eum veniemus et man-
sionem apud eum faciemus. Quisquis
ergo in superbia mentem elevat, quisquis
avaricie estibus anhelat, quisquis se lu-
xurie inquinacionibus polluit, cordis
hostium contra veritatem includit et ne
ad se dominus veniat claustra animi
seris viciorum dampnat. Sed adhuc
qui missi sunt percunctantur: Quid ergo
baptisas si tu non es Helias neque Christus
neque propheta. Quod quia non studio co-
gnoscende veritatis sed malicia exerce-
de emulacionis dicatur evangelista
tacite innotuit qui subiungit dicens:

Et qui missi fuerant erant ex phari-
seis. Ac si aperte dicat: Illi Iohannem
de suis actibus requirunt qui doctrinam
nesciunt querere sed invidere. Sed sancti
quique etiam cum a perversa mente requiruntur
a bonitatis sue studio non mutantur.
Unde Iohannes quoque ad verba invidie pre-
dicamenta respondit vite. Nam pro-
tinus adiungit: Ego baptizo in aqua
medius autem vestrum stetit quem vos
nescitis. Iohannes non spiritu sed aqua bap-
tizat quia peccata solvere non valens
baptizatorum corpora per aquam lavat
Cur ergo baptizat qui peccata per bap-
tismum non relaxat sed mentem per-
veniam non lavat nisi ut precursi-
onis sue ordinem servans qui nascitu-
rum nascendo prevenerat baptiza-
turum quoque dominum baptizando preveniret
Et qui predicando factus est precursor
Christi baptizando etiam precursor eius fi-
eret imitacione sacramenti. Qui in-
ter hec misterium nostri redemptoris
annuncians hunc in medio hominum
et stetisse asserit et nesciri quia
per carnem dominus apparens et visibilis
extitit corpore et invisibilis maie-
state. De quo etiam subdit: Qui post
me venit ante me factus est. Sic
namque dicitur ante me factus. Ac si a-
perte dicat ante me positus. Post me
ergo venit quia postmodum natus.
Ante me autem factus est quia michi
prelatus. Sed hoc paulo superius dicens
etiam prelacionis eius causas aperuit
cum subiungit quia prior me
erat. Ac si aperte dicat: Inde me et
post natus superat quo eum nativi-
tatis sue tempora non angustant
Nam qui per matrem in tempore nascitur sine
tempore est a patre generatus. Cui quante
reverencie humilitatem debeat pandendo
manifestat: Cuius non sum dig-
nus solvere corrigiam calciamenti

Mos apud veteres fuit ut si quis eam que sibi competeret accipere uxorem nollet ille ei calciamentum solveret qui ad hanc sponsus iure propinquitatis veniret. Quid igitur inter homines Christus nisi sancte ecclesie sponsus apparuit. De quo et idem Iohannes dicit: Qui habet sponsam sponsus est. Sed quia Iohannem homines Christum esse putaverunt quod idem Iohannes negat recte se indignum esse ad solvendam corrigiam eius calciamenti denunciat. Ac si aperte dicat: Ego redemptoris vestigia denudare non valeo quia sponsi nomen michi immerito non usurpo. Quod tamen intelligi et aliter potest. Quis enim nesciat quod calciamenta ex mortuis animalibus fiant. Incarnatus vero dominus veniens quasi calciatus apparuit qui in divinitate sua morticina nostre corruptionis assumpsit. Unde etiam per prophetam dicit: In Idumeam extendam calciamentum meum. Per Idumeam quippe gentilitas per calciamentum vero assumpta mortalitas designatur. In Idumeam ergo dominus calciamentum suum se extendere asserit quia dum per carnem gentibus innotuit quasi calciata ad nos divinitas venit. Sed huius incarnationis mysterium humanus oculus penetrare non sufficit. Investigari enim nullatenus potest quomodo corporatur verbum quomodo summus et vivificator spiritus intra uterum matris animatur quomodo is qui initium non habet existit et concipitur. Corrigia ergo calciamenti est ligatura mysterii. (*margin:* Ligatura) Iohannes itaque solvere corrigiam calciamenti eius non valet quia incarnationis mysterium nec ipse investigare sufficit qui hanc per prophetie spiritum agnovit. Quid est ergo dicere non sum dignus solvere corrigiam calciamenti eius nisi aperte et humiliter suam ignorantiam profiteri. Ac si patenter dicat: Quid mirum si michi ille prelatus est quem post me quidem natum considero sed nativitatis eius mysterium non apprehendo. Ecce Iohannes prophetie spiritu impletus mira sciencia emicat et tamen illud de se insinuat quod ignorat. Qua in re pensandum nobis est fratres et tota intentione cogitandum quod sancti viri ut humilitatis in se virtutem custodiant cum quedam mirabiliter sciunt illud ante mentis oculos student revocare quod nesciunt. Ut dum ex parte alia infirmitatem suam considerant ex ea parte qua perfecti sunt eorum se animus non extollat. Sciencia etenim virtus est humilitas custos virtutis. Restat ergo ut inde mens quod scit se deprimat ne quod virtus sciencie congregat ventus elationis tollat. Cum bona fratres agitis semper ad memoriam mala acta revocate ut dum caute culpa conspicitur nunquam de bono opere incaute animus letetur. Superiores vobis invicem estimate eos maxime qui vobis commissi non sunt proximos vestros attendite quia et quos agere aliqua prava conspicitis que in eis lateant bona nescitis. Magnus ergo unusquisque esse studeat sed tamen aliquomodo esse se nesciat ne dum sibi magnitudinem arroganter tribuit amittat. Si quid boni operis habet insuper et cum superbie reprobetur. Hinc etenim per prophetam dicitur: Ve qui sapientes estis in oculis vestris et coram vobis metipsis prudentes. Hinc Paulus ait: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Hinc contra superbientem Saul dicitur: Cum esses parvulus in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es.

ac si aperte diceretur: Cum tu te parvulum cognosceres conspiceres, ego te prae ceteris magnum feci. Quia enim tu te magnum conspicis, a me parvus reputaris, estimaris. Quo contra David in sua potentia coram archa domini saltando despiciens ait: Ludam et vilior fiam plusquam factus sum et ero humilis in oculis meis. Quem enim non [ex]tolleret ora leonum frangere, ursorum brachia dissipare, despectis prioribus fratribus eligi, reprobato rege ad regni gubernacula ungi, timendum cunctis uno lapide Goliam prosternere, a rege proposita extinctis allophilis numerosa preputia reportare, regnum ex promissione percipere, cunctumque Israheliticum populum sine ulla postmodum contradictione possidere? Et tamen in cunctis se despicit qui in suis oculis se esse humilem confitetur. Si igitur sancti viri etiam cum agunt fortia de semetipsis vilia sentiunt, quid in sua excusatione dicturi sunt qui sine opere virtutis intumescunt? Sed et si quelibet bona assunt, nisi ea humilitate condiant, [opera nulla sunt]. Mira namque operatio cum elatione non elevat sed gravat. Qui enim sine humilitate virtutes congregat, in ventum pulverem portat. Et unde aliquis facere cernitur, inde deterius excecatur. In cunctis ergo que agitis, fratres mei, radicem boni operis humilitatem tenete. Nec quibus iam superiores sed quibus adhuc inferiores estis aspiciate, ut dum meliorum vobis exempla proponitis, ad maiora semper ascendere ex humilitate valeatis. Prestante domino Ihesu Christo.

In illo tempore. Secundum Lucam. Exiit edictum a cesare Augusto ut describeretur universus orbis. Hec descriptio prima facta est a preside Sirie Cirino. Et reliqua. Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione.

Quia largiente domino missarum sollempnia ter hodie celebraturi sumus, loqui diu de ewangelica lectione non possumus. Sed nos aliquid vel breviter dicere redemptoris nostri nativitas ipsa compellit. Quid est quod nascituro domino mundus describitur, nisi hoc quod aperte monstratur, quia ille apparebat in carne qui electos suos ascriberet in eternitate? Cui contra de reprobis per prophetam dicitur: Deleantur de libro viventium, et cum iustis non scribantur. Qui bene etiam in Bethlehem nascitur. Bethlehem quippe domus panis interpretatur. Ipse namque est qui ait: Ego sum panis vivus qui de celo descendi. Locus ergo in quo dominus nascitur domus panis ante vocatus est, quia futurum profecto erat ut ille ibi per materiam carnis appareret qui electorum mentes interna satietate reficeret. Qui non in parentum domo sed in via nascitur, ut profecto ostenderet quia per humanitatem quam assumpserat quasi in alieno nascebatur. Alieno videlicet non secundum potestatem dico, sed secundum naturam. Nam de potestate eius scriptum est: In propria venit. In natura etenim sua ante tempora natus est, in nostra venit ex tempore. Qui igitur eternus permanens temporalis apparuit, alienum est ubi descendit. Et quia per prophetam dicitur: Omnis caro fenum, factus [deus] homo fenum nostrum vertit in frumentum, qui de semetipso ait: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Unde et natus in presepio reclinatur, ut fideles omnes, videlicet sancta animalia, carnis sue frumento reficeret, ne ab eterne intelligentie pabulo ieiuna remanerent. Quid est hoc quod vigilantibus pastoribus angelus

apparet eosque dei claritas circumfulget nisi quod illi precordiis videre sublimia merentur fidelibus gregibus preesse solite sciunt. Dumque ipsi pie super gregem vigilant divina super eos gratia largius coruscat. Regem vero natum angelus nuntiat eique angelorum chori concinunt et congaudentes clamant: Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Prius quippe quam redemptor noster per carnem nasceretur discordiam cum angelis habuimus a quorum claritate atque munditia per primi culpe meritum per cottidiana delicta longe distabamus. Quia enim peccando extranei eramus a deo extraneos nos a consortio suo deputabant angeli cives dei. Sed quia nos cognovimus regem nostrum recognoverunt nos angeli cives suos. Quia enim rex celi terram nostre carnis assumpsit infirmitatem nostram illa iam angelica celsitudo non despicit. Ad pacem nostram angeli redeunt intentionem prioris discordie postponunt et quos prius infirmos abiectosque despexerant iam socios venerantur. Hinc est enim quod loth et Josue angelos adorant nec tamen adorare prohibentur. Johannes vero in apokalipsi adorare angelum voluit sed tamen idem hunc angelus ne se debeat adorare compescuit dicens: Vide ne feceris conservus tuus sum et fratrum tuorum. Quid est quod ante redemptoris adventum angeli ab hominibus adorantur et tacent postmodum vero adorari refugiunt nisi quod naturam nostram quam prius despexerant postquam hanc super se assumptam conspiciunt subiectam sibi videre pertimescunt. Nec iam sub se velut infirmam contempnere ausi sunt quam super se videlicet in celi rege venerantur. Nec habere dedignantur hominem socium qui super se adorant hominem deum. Curemus ergo fratres karissimi ne qua nos immunditia polluat qui in eterna prescientia et dei cives et angelis equales sumus. Vendicemus moribus dignitatem nostram nulla nos luxuria inquinet nulla turpis cogitatio accuset non malicia mentem mordeat non invidie rubigo consumat non elacio inflet non ambicio per terrena oblectamenta dilaniet non ira inflammet. Dii etenim vocati sunt homines. Defende ergo tibi homo contra vicia honorem dei quia propter te factus est deus homo. Qui vivit ac regnat. Secundum Matheum.

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam peregre proficiscens vocavit servos suos et tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta alii autem duo alii vero unum. Et reliqua. Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione.

Lectio sancti ewangelii fratres karissimi sollicite considerare nos amonet ne nos qui plus ceteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur ab auctore mundi gravius inde iudicemur. Cum enim augentur dona rationes etiam crescunt donorum. Tanto ergo esse humilior atque ad serviendum deo promptior quisque debet ex munere quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione. Ecce homo qui peregre proficiscitur servos suos vocat eisque ad negocium talenta partitur. Post multum vero temporis positurus rationem revertitur bene operantes pro apportato lucro remunerat servum vero a bono opere torpentem dampnat. Quis itaque iste homo est qui peregre proficiscitur nisi redemp

tor noster qui in ea carne qua assu
serat abiit in celum Carnis enim lo
cus proprius terra est que quasi ad pere
Dn gina donatur dum per redemptorem
nostrum in celo collocatur Sed homo iste
pegre proficiscens servis bona sua tra
didit Et uni quidem quinque talenta
dedit alii autem duo alii vero unum
commisit Quinque enim sunt corporis quinque
talenta v sensus corporis visus videlicet audi
tus gustus odoratus et tactus
Quinque igitur talenta donum quinque sen
suum idest exteriorum scientia exprimitur
Duobus vero intellectus et operatio
designatur Unius autem talenti no
mine intellectus tantummodo designa
tur Sed is qui quinque talenta acce
perat alia quinque lucratus est quia sci
licet nonnulli qui et si interna ac mis
tica penetrare nesciunt pro intencione
tamen superne patrie docent
recta quos possunt De ipsis exteri
oribus que acceperunt duplum tale
tum portant Dumque se a carnis pe
tulancia a terrenorum ambitu atque
a visibilium voluptate custodiunt ab
hiis eciam alios ammonendo compescunt
Et sunt nonnulli qui quasi duobus
talentis ditati intellectum atque opera
cionem percipiunt subtilia et interius in
telligunt mira in exterioribus operantur
Cum et intelligendo et operando ali
is predicant quasi duplicatum de nego
cio lucrum reportant Bene autem ali
a quinque vel alia duo in lucro venisse
referuntur quia dum utrumque sexum pre
dicacio impendit quasi accepta ta
lenta geminavit Sed is qui unum ta
lentum acceperat abiens fodit in
terram et abscondit pecuniam domini
sui Talentum in terra abscondere est
acceptum ingenium in terrenis actibus
implicare lucrum spirituale non quere
re cor a terrenis cogitacionibus numquam

levare Sunt namque nonnulli qui
donum intelligencie perceperunt sed tamen
sola que carnis sunt sapiunt
de quibus per prophetam dicitur Sapien
tes sunt ut faciant mala bene
autem facere nesciunt Sed dominus qui ta
lenta contulit racionem positurus
redit quia is qui nunc spiritalia do
na tribuit districte in iudicio meri
ta exquirit Quid quisque acceperit
considerat et quid lucri de acceptis re
portat pensat Servus qui gemi
na talenta retulit a domino laudatur
atque ad eternam remuneracionem
perducitur cum ei voce dominica dicitur
Euge serve bone et fidelis quia super
pauca fuisti fidelis super multa te
constituam intra in gaudium domini
tui Pauca quippe sunt bona omnia
presentis vite quantumlibet multa
esse videantur Sed tunc fidelis
servus supra multa constituitur
quando devicta omni corrupcionis mo
lestia de eternis gaudiis in illa ce
lesti sede gloriatur tunc ad domini
sui gaudium perfecte intromittitur
quando in eterna illa patria assumptus
atque angelorum cetibus admixtus
sic interius gaudet de munere ut
non sit iam quod exterius doleat de
corrupcione Servus autem qui opera
ri de talento noluit ad dominum cum
verbis excusacionis redit dicens
Domine scio quia homo durus es
metis ubi non seminasti et congre
gas ubi non sparsisti et timens
abii et abscondi talentum tuum in
terra Ecce habes quod tuum est Non
dum quod inutilis servus durum domi
num vocat cui tamen ad lucrum deser
vire dissimulat et timuisse se
dicit in lucrum talentum expen
dere qui hoc solum timere debue
rat ne hoc sine lucro ad dominum re

reportaret. Sunt enim plerique in
tra sanctam ecclesiam quorum iste servus
ymaginem tenet, qui melioris
vite vias aggredi metuunt et tamen
iacere in sui corporis ignavia non
pertimescunt. Cumque se peccatores
considerant, sanctitatis vias arripere
trepidant et remanere in suis in
iquitatibus non formidant. Quorum
videlicet Petrus adhuc in infirmitate
positus speciem tenet, cum viso
miraculo piscium dixit: Exi
a me domine quia peccator homo ego sum.
Immo si te peccatorem consideras,
oportet ut a te dominum non repellas.
Sed qui idcirco melioris actus vias
et rectitudines vite apprehendere arcem
nolunt quia infirmos se esse
conspiciunt, quasi et peccatores se esse fate
tur et dominum repellunt atque quem
in se sanctificare debuerat fugiunt,
et velut in perturbacione consilium non
habent dum moriuntur et vitam timent.
Unde et huic servo protinus inde
tur: Serve male et piger, sciebas
quia meto ubi non semino et con
grego ubi non sparsi; oportuit
ergo te dare pecuniam nummulariis
et ego veniens recepissem utique
quod meum est cum usura. Ex ver
bis suis servus constringitur cum
dominus dicit: Meto ubi non semino
et congrego ubi non sparsi. Ac si
aperte dicat: Si iuxta tuam sententiam
et illud exquiro quod ad erogandum
non dedi, quanto magis exquiro quod
ad erogandum dedi. Oportuerat
ergo te dare pecuniam meam numme
lariis et ego veniens recepissem
utique quod meum est cum usura. Pe
cuniam nummelariis dare est e
is scientiam predicationis impendere
qui hanc valeant et dictis et
operibus exercere. Sed sicut nimium pe

riculum aspicias pro commissa pecunia
teneamur, ita, fratres karissimi, sollici
te pensate quia cum usuris a nobis
exigitur quod audistis. In usura quippe
pecunia etiam non data recipitur, quia cum
et hoc redditur quod acceptum fuerat, etiam
illud superimpenditur quod acceptum non
est. Pensate ergo fratres karissimi quia de ac
cepta hac ubi pecunia usuram solvere
et curate ut ex eo quod audistis etiam
alia ex aliis colligentes, etiam illa
discatis ex vobis metipsis agere que
nec dum ex predicatoris ore didicistis.
Pigri vero sumus. Qua sententia feriat audia
mus: Tollite ab eo talentum et date
ei qui habet decem talenta. Oportuit
valde videbatur ut cum malo servo
unum talentum tollitur ei potius qui duo
quam qui quinque talenta acceperat da
retur. Illi enim debuit dari magis quam
minus quam qui plus habuit. Sed sicut
ut supra diximus per quinque talen
ta quinque videlicet corporis sensus
id est exteriorum designatur scientia. Per duo
autem intellectus et operatio exprimitur.
Plus ergo habuit qui duo quam qui quinque
talenta acceperat, quia qui per talen
ta quinque exteriorum administracionem mere
tur, sed ab intellectu interiorum adhuc
vacuus fuit. Unum ergo talentum, quod significari
diximus intellectum, illi dari debuit qui bene
exteriora que acceperat ministravit. Quod
cotidie in sancta ecclesia cernimus, quia
plerique dum bene ministrant exterio
ra que accipiunt, per adiunctam gratiam
ad intellectum misticum perducuntur
ut etiam de interna intelligencia pol
leant qui exteriora fideliter administrant.
Generalis etiam sententia mox subditur que
dicitur: Omni enim habenti dabitur et
habundabit; ei autem qui non habet
et quod videtur habere auferetur ab eo. Ha
benti autem dabitur et habundabit,
quia quisquis caritatem habet etiam do

[Margin: etiam alia [illegible] que non audistis]
[Margin: quod intellectum significari]

na alia percepit. Quisquis caritatem non habet, etiam dona que percepisse videbatur amisit. Unde necesse est, fratres mei, ut per omne quod agitis erga caritatis custodiam vigiletis. Caritas autem vera est amicum diligere in deum et inimicum diligere propter deum. Quam quisquis non habet, omne bonum amittit quod habet. Talento quod acceperat privatur et iuxta dominicam sententiam in exteriores tenebras mittitur. Per penam quippe in exteriores tenebras cadet, qui a per culpam sua sponte in interiores tenebras cecidit. Illic coactus patitur tenebras ulcionis qui hic libenter sustinuit tenebras voluptatis. Sciendum vero est quod nullus piger ab hac talenti accepcione securus est. Nullus namque est qui veraciter dicat: talentum minime accepi, non est unde ponere racionem cogar. Talenti enim nomine cuilibet pauperi etiam hoc ipsum reputabitur quod vel minimum accepit. Alius namque accepit intelligenciam, predicacionis ministerium debet ex talento. Alius terrenam substanciam accepit, erogacionem talenti de rebus debet. Alius nec internorum intelligenciam nec rerum affluenciam accepit, sed tamen didicit artem qua pascitur; ipsa ars ei in talenti accepcione reputatur. Alius nichil horum assecutus est, sed tamen fortasse familiaritatis locum apud divitem meruit: talentum profecto familiaritatis accepit. Si ergo nichil ei pro indigentibus loquitur, pro talenti retencione dampnatur. Habens igitur intellectum curet omnino ne taceat. Habens rerum affluenciam vigilet ne a misericordie largitate torpeat. Habens artem qua regitur magnopere studeat ut usum atque utilitatem illius cum proximo participatur. Habens loquendi locum apud divitem dampnacionem pro retento talento timeat, si cum valet non apud eum pro pauperibus intercedat. Tantum quippe ab uno quoque nostrum venturus iudex exigit quantum dedit. Ut ergo de talenti sui commodis redeunte domino quisque securus sit, cum tremore pensat cottidie quid accepit. Ecce namque iam iuxta est ut ille qui peregre profectus est redeat. Quasi peregre quippe abiit qui de hac terra in qua natus est longe discessit. Sed profecto revertitur ut de talentis racionem ponat. Itaque si a bona accione torpescimus, de ipsis donis que contulit nos districcius iudicabit. Consideremus ergo que accepimus atque in eorum ~~ordine~~ erogacione vigilemus. Nulla nos ab spirituali opere terrena cura impediat, ne si in terra talentum absconditur, talenti dominum ad iracundiam provocetur. Pigrum etenim servum cum iam iudex culpas examinat, talentum de terra levat, quia sunt plerique qui nunc se a terrenis desideriis vel operibus subtrahunt quando iam per animadversionem iudicis ad eterna supplicia trahuntur. Ergo de talenti nostri ponenda racione vigilemus, ut cum iam iudex ad feriendum imminet, lucrum nos quod fecimus excuset. Qui prestat nobis etc.

In illo tempore secundum Matheum.
Cum natus esset Ihesus in Bethlehem Iude in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente venerunt dicentes: Ubi est qui natus est rex Iudeorum? Et reliqua. Omelia beati Gregorii pape de eadem leccione.

Sicut in leccione ewangelica, fratres karissimi, audistis, celi rege nato rex terre turbatus est, quia nimirum terrena altitudo confunditur cum celsitudo celestis aperitur. Sed querendum

nobis est. Quid namque sit quod rede-
ptore nato pastoribus in Judea an-
gelus apparuit, atque ad adorandum
hunc ab oriente magos non ange-
lus sed stella perduxit? Quia vide-
licet Iudeis tamquam ratione uten-
tibus rationale animal, id est angelus,
predicare debuit. Gentiles vero quia
uti ratione nesciebant ad cognoscen-
dum dominum non per vocem sed per signa per-
ducuntur. Quia et illis prophetie tam- (margin: quia vero et apostoli)
quam fidelibus non infidelibus, et istis
signa tamquam infidelibus data sunt.
Et notandum quod redemptorem no-
strum cum iam perfecte esset etatis eis-
dem gentibus apostoli predicant, eumque
parvulum et nondum per humani cor-
poris officium loquentem gentibus (margin: stella)
denuntiat. Quia nimirum rationis
ordo poscebat ut loquentem iam
dominum loquentes nobis predicato-
res innotescerent, et dum loquentem (margin: nec)
elementa muta predicarent. Sed in
omnibus signis que vel nascen-
te domino vel moriente monstrata sunt
considerandum nobis quanta fue- (margin: [illegible])
rit in iudeorum corde duritia, que
hunc nec prophetie donum nec per
miracula agnovit. Omnia quippe
elementa auctorem suum ve-
nisse testata sunt. Ut enim de
eis quiddam usu humano loquar,
deum hunc celi cognoverunt, qui-
a protinus stellam miserunt.
Mare cognovit quia sub plan-
tis eius se calcabile prebuit. Ter-
ra cognovit quia eo moriente
contremuit. Sol cognovit qui
a luce sue radios abscondit.
Saxa et parietes cognoverunt
quia tempore mortis eius scissa

sunt. Infernus cognovit quia hos
quos tenebat mortuos reddidit.
Et tamen hunc quem deum omnia inse-
nsibilia elementa senserunt adhuc
infidelium iudeorum corda deum esse mi-
nime cognoscunt, et duriora saxis scin-
di ad penitentiam nolunt. Eumque confi-
teri abnegant quem elementa ut di-
ximus aut signis aut scissionibus
deum clamant. Qui ad damnati-
onis sue cumulum eum quem natum despi-
ciunt nasciturum longe ante presciverunt,
et non solum quia nasceretur noverant
sed ubi nasceretur etiam. Nam ab Herode
requisiti locum nativitatis eius ex-
primunt, quem scripture auctoritate didicerunt,
et testimonium proferunt quod Bethleem
honoranda nativitate novi ducis os-
tenditur, ut ipsa eorum scientia et illis fie-
ret ad testimonium damnationis
et nobis in adiutorium credulitatis.
Quos profecto bene Isaac cum Jacob
filium suum benediceret designavit, qui
et caligantibus oculis et prophetans in
presenti suum filium non vidit. Quia nimirum (margin: cui tamen multa in posterum providit)
iudaicus populus prophetie spiritu plenus
et cecus eum de quo multa in fu-
turum predixit in presenti positum non
agnovit. Sed nativitate regis nost-
ri cognita Herodes ad calliditatis ar-
gumenta convertitur, ne terreno regno
privaretur, renuntiari sibi ubi puer
inveniretur postulat, adorare velle
se simulat, ut quasi hunc si in-
venire posset extinguat. Sed quan-
ta est humana malicia contra co-
nsilium divinitatis? Scriptum quippe est:
Non est sapientia, non est prudentia, non
est consilium contra dominum. Nam ea que
prius magos stella perducit, natum
regem reperiunt, munera deferunt,
et ne redire ad Herodem debeant

in somniis admonentur. Sicque fit ut
Jesum quem querit Herodes invenire
non possit. Cujus persona qui alii quam
ypocrite designantur qui dum ficte
querunt invenire dominum nequaquam meren-
tur. Sed inter hec sciendum est quod Priscil-
lianiste heretici nasci unumquemque ho-
minem sub constitucionibus stellarum
putant. Et hoc in adiutorium sui er-
roris assumunt quod nova stella ex-
ivit cum dominus in carne apparuit. Cujus
fuisse fatum eandem que apparuit
stellam putant. Sed si evangelii ver-
ba pensamus quibus de eadem stel-
la dicitur: Usque dum veniens staret su-
pra ubi erat puer, dum non puer ad
stellam sed stella ad puerum cucurrit.
Si dici liceat non stella fatum pueri
sed fatum stelle is qui apparuit puer
fuit. Sed absit a fidelium cordibus ut
esse aliquid fatum dicant. Vitam
quippe hominum solus hanc conditor
qui creavit administrat. Neque propter
stellas homo sed stelle propter homi-
nem facte sunt. Et si stella fatum
hominis dicitur ipsis suis ministeriis subes-
se homo perhibetur. Certe cum Jacob
de utero egrederetur et prioris fratris
plantam teneret manu, prior perfecte neque-
quam egredi potuit nisi et subsequens
inchoasset. Et tamen et ita cum uno tempore
eodemque momento utrumque mater fuderit
non una utriusque vite qualitas fuit.
Sed ad hec solent mathematici re-
spondere quia virtus constellaci-
onis in ictu pungentis est. Quibus
e diverso nos dicimus quia magna mo-
ra est nativitatis. Si igitur in ictu pun-
cti constellacio permutatur necesse iam erit
ut tot dicant fata quot sunt mem-
bra nascencium. Fatigari etiam mathema-
tici solent quod quisquis signo aquarii
nascitur in hac vita piscatoris minis-
terium sortiatur. Piscatores vero ut fer-
tur Getulia non habet. Quis ergo
dicat quod nemo illic in stella aqua-
rii nascitur ubi piscatores omnino non
habet. Eos quos nasci signo
libre asserunt trapezetas futuros
dicunt et trapezetas multarum gen-
cium provincie ignorant. Fateantur er-
go necesse est aut hoc in eis signum
deesse aut effectum fatalem nul-
lo modo habere. In Persarum quoque
Francorumque terra reges ex genere
prodeunt. Quibus profecto nascentibus
quis estimet quanti eisdem mo-
mentis horarum ac temporum ex si-
mili condicione nascuntur et tamen
regum filii uno eodemque sidere cum
suis nati ad regnum proficiunt, cum
hii qui secum fuerant nati in servi-
tute moriantur. Hec de stella bre-
viter diximus ne mathematicorum
stulticiam indiscussam preterisse
videamur. Magi vero aurum, thus
et mirram deferunt. Aurum quip-
pe regi congruit. Thus vero in dei
sacrificium ponebatur. Mirra autem
mortuorum corpora condiuntur. Eum
ergo quem magi adorant etiam mis-
ticis muneribus predicant: auro
regem, thure deum, mirra morta-
lem. Sunt vero nonnulli heretici
qui hunc deum credunt sed ubique
regnare nequaquam credunt.
Hii profecto ei thus offerunt sed
offerre etiam aurum nolunt. Et sunt
nonnulli qui hunc regem existimant
sed deum negant. Hii videlicet ei
aurum offerunt sed offerre thus nolunt.
Et sunt nonnulli qui hunc et deum
et regem fatentur sed assump-
sisse carnem mortalem negant.
Hii nimirum ei aurum et thus offerunt
sed offerre mirram assumpte mor-
talitatis nolunt. Nos itaque na-
to domino offeramus aurum ut hunc

vtique regnare fatemur. Offeramus
thus, ut credamus eum qui in tempore hominis ap
paruit deum ante tempora extitit.
Offeramus mirram ut eum quem
credimus in sua diuinitate impassi
bilem credamus etiam in nostra fuisse
carne mortalem. Quamuis in auro
thure et mirra intelligi et aliud
potest. Auro namque sapientia designatur
Salomone attestante qui ait: The
saurus desiderabilis requiescit
in ore sapientis. Thure autem quod
deo incenditur virtus orationis ex
primitur psalmista testante qui ait:
Dirigatur oratio mea sicut incensum
in conspectu tuo. Per mirram vero
carnis mortificatio figuratur.
Unde sancta ecclesia de suis operariis
usque ad mortem pro deo certanti
bus dicit: Manus mee distillaue
runt mirram. Nato ergo regi aurum
offerimus si in conspectu illius cla
ritate superne sapientie resplendemus.
Thus offerimus si cogitationes car
nis per sancta orationum studia in ara
cordis incendimus ut suaue aliquid
deo per celeste desiderium redolere vale
amus. Mirram offerimus si car
nis vicia per abstinentiam mortifi
camus. Per mirram namque ut dix
imus agitur ne mortua caro
putrefiat. Mortuam vero carnem
putrescere est hoc mortale cor
pus fluxui luxurie deseruire sicut
de quibusdam per prophetam dicitur: Com
putruerunt iumenta in stercore su
o. Iumenta quippe in stercore suo
putrescere est carnales homines
in fetore suo luxurie vitam finire.
Mirram ergo deo offerimus quan
do hoc mortale corpus a luxu
rie putredine per condimentum
continentie custodimus. Magnum
vero nobis aliquid magi in

sinuant quod in regionem suam per ali
am viam reuertuntur. In eo namque
quod ammoniti faciunt nobis profecto in
sinuant quid faciamus. Regio quippe nostra
paradisus est ad quam Ihesu cog
nito redire per viam qua venimus
prohibemur. A regione etenim nostra su
perbiendo inobediendo visibilia sequen
do cibum vetitum gustando discessimus
sed ad eam necesse est ut flendo obedi
endo visibilia contempnendo atque
appetitum carnis refrenando redeamus.
Per aliam vero viam ad regionem nostram
regredimur quoniam qui a paradisi gaudi
is per delectamenta discessimus ad hec
per lamenta reuocamur. Unde necesse est fra
tres karissimi ut semper pauidi semper
que suspecti ponamus ante oculos cor
dis hinc culpas operis illinc iudici
um extreme districtionis. Pensemus
quam districtus iudex veniet qui iudici
um minatur et latet. Terrores peccatori
bus intentat et tamen sustinet. Et ideo adhuc
adventum suum differt ut minus inueniat
quos condempnet. Puniamus
fletibus culpas et cum psalmista vo
ce preueniamus faciem eius in confessi
one. Voluptatum fallacia nos gra
uiter nulla decipiat nulla vana leticia
seducat. In proximo namque est iudex
qui dicit: Ve vobis qui ridetis nunc
quia lugebitis et flebitis. Hinc
enim Salomon ait: Risus dolore
miscebitur et extrema gaudii luc
tus occupat. Hinc idem dicit:
Risum deputaui errorem et gau
dio dixi: quid frustra deciperis.
Hinc rursus ait: Cor sapienti
um vbi tristicia est et cor stultorum
vbi leticia. Pertimescamus igitur
precepta dei si celebramus veraciter
sollempnitatem dei. Gratum namque
deo sacrificium est afflictio spiritus con
pecati psalmista testante qui ait:

Sacrificium deo spiritus contribulatus.
Peccata nostra perpetrata in baptismatis per-
ceptione laxata sunt. Et tamen
nulla post baptisma// commisimus sed lava-
ri iterum baptismatis aqua non pos-
sumus. Quia ergo et post baptismum
inquinavimus vitam baptizemus lacri-
viaz mis conscientiam quatinus regionem
nostram per aliam viam repetentes qui
ex eius bonis delectati discessimus ad
eam malis amaricati redeamus.

In illo tempore. Secundum Matheum (
D[ixit] I[hesus] d[iscipulis] s[uis] parabolam hanc. Simile
est regnum celorum thesauro ab-
scondito in agro quem qui invenit
homo abscondit et pre gaudio il-
lius vadit et vendit universa que
habet et emit agrum illum. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione

Celorum regnum fratres karissi-
mi ideo terrenis rebus simile
dicitur ut ex hiis que animus
novit surgat ad incognita// quatinus
// que non novit exemplo visibilium se ad invisibilia
rapiat et per ea que usu didicit quasi
confricatus incalescat ut per hoc
quod scit notum diligere discat et incogni-
ta amare. Ecce enim celorum regnum
thesauro abscondito in agro com-
paratur quem qui invenit homo ab-
scondit et pre gaudio illius vadit et
vendit universa que habet et emit agrum
illum. Qua in re hoc est notandum
est quod inventus thezaurus abscon-
ditur ut servetur quia studium celes-
tis desiderii a malignis spiritibus
custodire non sufficit qui hoc ab hu-
manis laudibus non abscondit. (
In presenti etenim vita quasi in via sumus
qua ad patriam pergimus. Maligni
autem spiritus iter nostrum quasi quidam
latrunculi obsident. Depredari ergo
/ publice desiderat qui thesaurum/ portat in
via. Hoc autem dico non ut proximi
opera nostra non videant cum scriptum
est Videant opera vestra bona et glo-
rificent patrem vestrum qui in celis est
sed ut per hoc quod agimus laudes exteri-
us non queramus. Sic autem sit opus
in publico quatinus intentio maneat
in occulto ut et de bono opere
proximis prebeamus exemplum et
tamen per intentionem qua deo
soli placere querimus semper optemus
secretum. Thesaurus autem celes-
te est desiderium. Ager vero in quo
thesaurus absconditur disciplina
studii celestis. Quem profecto agrum
venditis omnibus comparat qui vo-
luptatibus carnis renuncians
cuncta sua terrena desideria per
discipline celestis custodiam calcat
ut nichil iam quod caro blanditur libe-
at nichil quod carnalem vitam tru-
cidat spiritus perhorrescat. Rursum
celeste regnum negociatori homini
simile dicitur qui bonas margari-
tas querit sed unam preciosam inve-
nit. Qua videlicet inventa omnia
que vendens emit quia// celestis vi-
te dulcedinem in quantum possibili-
tas admittit perfecte cognoscens
ea que in terris amaverat libe-
ter cuncta derelinquit. In com-
paratione eius vilescunt omnia de-
serit habita congregata dispergit
inardescit in celestibus animus
nichil in terrenis libet. Deforme
conspicitur quicquid de terrene rei place-
bat specie quia sola preciose mar-
garite claritas fulget in men-
te. De cuius dilectione recte per Salo-
monem dicitur. Fortis est ut mors di-
lectio. Quia videlicet sicut mors
corpus interimit sic ab amore
rerum corporalium eterne vite caritas
occidit. Nam quem perfecte absorbu-
erit ad terrena foris desideria

velut insensibilem reddit. Nos ergo fratres haec cuius hodie natalicia celebramus mori pro domino potuisset per gladium in corpore sed plus a terrenis desideriis mortua fuisset in mente. Erectus namque in virtutis culmine animus tormenta despexit, premia calcavit. Ante armatos reges et presides ducta stetit, ferientem robustior, iudicante sublimior. Quid inter hec nos barbati et debiles dicimus, qui ire ad regna celestia puellas per ferrum videmus, quos ira superat, superbia inflat, ambitio perturbat, luxuria inquinat? Qui si adipisci regna celorum per bella persecutionis non possumus, hoc ipsum nobis turpe sit quia deum nolumus saltem per pacem sequi. Nulli nostrum hoc tempore dicit deus: pro me morere, sed illicita tantummodo vite desideria occide. Qui ergo in pace subigere carnis desideria nolumus, quando in bello ipsam carnem pro domino daremus? Rursus simile est regnum celorum sagene in mare misse dicitur et ex omni genere piscium congregati, que impleta ad litus ducitur et in vasis bonos pisces eligunt, mali autem proiciuntur foras. Sancta ecclesia sagene comparatur quia et piscatoribus est commissa, et per eam quisque ad eternum regnum a presentis seculi fluctibus trahitur, ne in eterne mortis profunda mergatur. Que ex omni genere piscium congregat, quia ad peccatorum veniam sapientes et fatuos, liberos et servos, divites et pauperes, fortes et infirmos vocat. Unde et per psalmistam deo dicitur: Ad te omnis caro veniet. Que sagena tunc universaliter repletur

cum in fine suo humani generis summa concluditur. Quam educit et secus litus sedent, quia sicut mare presens seculum, ita seculi finem significat litus maris. In quo scilicet fine boni pisces in vasis eliguntur, mali autem proiciuntur foras, quia et electus quisque in tabernacula eterna recipitur, et interni regni luce perditi ad exteriores tenebras reprobi pertrahuntur. Nunc enim bonos malosque communiter quasi permixtos pisces fidei sagena nos continet, sed litus indicat sagena sancte ecclesie quid trahebat. Et quidem pisces qui capti fuerint mutari non possunt, nos autem mali capimur sed permutamur in bonitate. Cogitemus igitur in captione ne dividamur in littore. Certe quam grata vobis est hodierna sollemnitas, ita ut nullus se modicum abducat. Si cui ex hoc conventu vivo deesse contingat. Quid ergo est hodierna sollempnitas ita ut non se modicum adducat. Si cui ex hoc conventu vivo deesse contingat. vacat Quid ergo in illa die acturus est qui a conspectu iudicis rapitur, ab electorum societate separatur? Qui tenebris expulsus flamme cruciatur etiam combustione. Unde et eandem comparationem dominus sub brevitate aperit ac subiungit: Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminum ignis; ibi erit fletus et stridor dentium. Hec, fratres karissimi, timendum est magis quam exponendum. Aperta etenim voce tormenta peccantium dicta sunt, ne quis ad ignorantie sue excusationem recurreret, si quid de eterno supplicio obscure diceretur. Unde et subditur: Intellexistis hec omnia?

dicauit et denique domine atque in conclusione subiungit. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est patrifamilias qui profert de thesauro suo noua et vetera. Sed si per noua et vetera que dicuntur utraque testamenta accipimus Abraham doctum fuisse denegamus qui noui et veteris testamenti et si facta nouit minime facta nunciauit. Moysen quoque doctum patrifamilias comparare non possumus qui et si testamentum vetus edocuit noui tamen testamenti dicta non protulit. Dum ergo ab hoc intellectu excludimur ad aliud rimandum est. Sed in eo quod veritas dicit Omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias intelligi valet quia non de hijs que fuerunt sed de hijs que in ecclesia esse poterunt loquebatur. Qui tunc noua et vetera proferunt cum utriusque testamenti predicamenta vocibus et moribus loquuntur. Quod tamen intelligi et aliter potest. Vetustum quippe humani generis fuit ad inferni claustra descendere et pro peccatis suis supplicia eterna tollerare aut per mediatoris aduentum nouum aliquid accessit ut si hic recte studeat viuere celorum valeat regna penetrare et homo in terra editus a corruptibili vita moriatur in celo collocandus. Vetus itaque est ut pro culpa humanum genus in eterna pena intereat et nouum ut conuersus in regno viuat. Quod ergo in conclusione locutionis sue dominus subdidit hoc est utique quod premisit. Prius enim de regni similitudine thesaurum inuentum ac bonam margaritam protulit. Post modum inferni penas de malorum combustione enarrauit atque in conclusione subiungit Ideo doctus scriba in regno celorum similis est patrifamilias qui profert de thesauro suo noua et vetera. Nec si apte dicitur. Ille in sancta ecclesia doctus predicator est qui et noua scit proferre de suauitate regni et vetera dicere de terrore supplicii ut vel pene deterreant quos premia non inuitant. Audiat de regno quod amet audiat de supplicio unusquisque quod timeat ut torpentem animum et terre vehementer inherentem si amor ad regnum non trahit vel timor impellat. Ecce enim Jehenne expressio dicitur. Ubi erit fletus et stridor dentium. Sed quia presencia gaudia sequuntur perpetua lamenta hic fratres karissimi vanam leticiam fugite si illic flere formidatis. Nemo etenim potest et hic gaudere cum seculo et illic regnare cum deo. Temporalis itaque leticie fluxa restringite carnis voluptates edomate. Quidquid animo ex presenti seculo arridet ex consideratione eterni ignis amarescat. Quidquid in mente puerilis hylarescat hoc iuuenilis discipline censura coherceat ut dum sponte temporalia fugitis eterna gaudia sine fine capiatis. Prestante c.

In illo tempore. Secundum Matheum. Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum x virginibus que accipientes lampadas suas exierunt obuiam sponso et sponse. quinque autem ex eis erant fatue et quinque prudentes. Et reliqua. Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione.

Sepe vos fratres karissimi ammoneo praua opera fugere mundi huius inquinamenta vitare. Sed hodierna sancti euangelii lectione compellor dicere ut et bona que agitis cum magna cautela timeatis ne per hoc quod a vo

rectum geritur favor aut gratia
humana requiratur ne appetitus
laudis subripiat et quod foris ostenditur
intus a mercede vacietur Et
ecce eterni redemptoris voce decem con-
gregantur et omnes dicuntur virgines
et tamen intra beatitudinis ianuam non
omnes recepte sunt quia earum
quedam dum de virginitate sua
gloriam foris expetunt in vasis
suis oleum habere noluerunt
Sed prius querendum nobis est quid
sit regnum celorum aut cur decem
virginibus comparetur que etiam virgines
et fatue dicuntur Dum enim
celorum regnum constet quod reproborum
nullus ingreditur etiam
fatuis virginibus cur simile esse perhibetur
Sed sciendum est quod sepe in sacro
eloquio regnum celorum presentis
temporis ecclesia dicitur De quo alio in loco
dominus dicit Mittet filius hominis
angelos suos et colligent de
regno eius omnia scandala Neque
enim in illo regno beatitudinis
in quo pax summa est inveniri scandala
poterunt que colligantur Et
rursum dicit Qui ergo solverit unum
de mandatis istis minimis et docuerit
sic homines minimus vocabitur
in regno celorum Mandatum
quippe solvit et docet qui hoc
quod sequi voce predicat quod vivendo non
implet Sed ad regnum eterne beatitudinis
pervenire non valet qui non
vult opere implere quod docet Quomodo
ergo in eo minimus vocatur qui ad
hoc nullo modo intrare permittitur
Quid itaque per hanc sententiam nisi
presentis ecclesia celorum regnum dicitur
in qua doctor qui mandatum solvit
minimus vocatur quia cuius
vita despicitur restat ut et eius
predicatio contempnatur In quinque

quinque autem corporis sensibus unusquisque
subsistit Geminatus autem quinarius
denarium perficit Et quia ex utroque
sexu fidelium multitudo colligitur
sancta ecclesia decem virginibus similis
denunciatur In qua quia mali cum
bonis et reprobi cum electis admixti
sunt recte similis virginibus prudentibus
et fatuis esse perhibetur Sunt namque
plerique continentes qui ab exterioribus
se appetitu custodiunt et spe
ad interiora rapiuntur carnem macerant
et toto desiderio ad superna patriam
anhelant eterna premia expetunt
pro laboribus suis recipere laudes humanas
nolunt Hii nimirum gloriam
suam non in ore hominum ponunt
sed intra conscientiam contegunt Et
sunt plerique qui corpus per abstinentiam
affligunt sed de ipsa sua
abstinentia humanos favores expetunt
Doctrine inserviunt indigentibus
multa largiuntur Sed fatue profecto
sunt virgines quia solam laudis
transitorie retributionem querunt
Unde et apte subditur Quinque fatue
non sumpserunt oleum secum
prudentes autem acceperunt oleum
in vasis suis cum lampadibus Per
oleum quippe nitor glorie designatur
Vascula autem nostra sunt corda
in quibus ferimus cuncta que cogitamus
Prudentes ergo oleum in vasis habent
quia nitorem glorie intra conscientiam
retinent Paulo attestante
qui ait Gloria nostra hec est testimonium
conscientie nostre Fatue autem virgines
oleum secum non sumunt quia
gloriam intra conscientiam non habent
dum hanc ab ore proximorum querunt
Notandum vero quod omnes lampadas habent
sed omnes oleum non habent quia plerumque
in se bona opera cum electis et reprobis
ostendunt sed soli ad sponsum

cum oleo veniunt que de hiis que
foris egerunt intus gloriam requirunt
Unde per psalmistam esse de sancta e
lectorum ecclesia dicitur Omnis gloria
eius filie regis ab intus Moram
autem faciente sponso dormitaue
runt omnes et dormierunt Quia
dum venire iudex ad extremum iu
dicium differt electi et reprobi in mor
tis sompno sopiuntur Dormire
etenim mori est Ante sompnium
vero dormitare est ante mortem
a salute languescere quia per pon
dus egritudinis peruenitur ad somp
num mortis Media autem nocte cla
mor factus est ecce sponsus venit
exite obuiam ei De aduentu spon
si clamor in media nocte fit quia
a sic iudicii dies subrepit ut pre
videri non valeat quam venit Unde scri
ptum est Dies domini sicut fur in no
cte ita veniat Tunc omnes virgi
nes surgunt quia electi et repro
bi a sompno sue mortis excitan
tur lampades ornant quia sua
secum opera numerant pro quibus eter
nam recipere beatitudinem expectant
Sed lampades fatuarum virginum
extinguntur quia earum opera que
foris clara hominibus apparue
runt in aduentu iudicis intus ob
scurantur et a deo retribucionem non
inveniunt quia pro eis ab hominibus
receperunt laudes quas amaue
runt Quid est autem quod tunc a pru
dentibus oleum petunt nisi quod in
aduentu iudicis cum se intus va
cuas invenerint testimonium foris
requirunt ac si a sua fiducia decep
te proximis dicunt quia nos quasi
sine repelli opere conspicitis dici
te de nostris operibus quid vidistis Sed
prudentes virgines responderunt
dicentes Ne forte non sufficiat

nobis et vobis In illo enim die c
tum unicuique quibusdam in pace ecclesie quie
centibus loquor sibimetipsi te
stimonium vniuscuiusque vix suff
cit quanto minus et sibi et proximo U
bi et proximis per incrasacionem
subditur Ite potius ad vendentes
tes et emite vobis Venditores
quippe olei adulatores sunt Qui
enim acceptam qualibet graciam va
suis laudibus interim glorie o
ferunt quasi oleum vendunt
De quo profecto oleo psalmista di
cit Oleum autem peccatoris non impi
guet caput meum Principale enim
enim mentis caput est appellacione
capitis ea que principatur corpori
mens vocatur Impinguat autem
caput corporis oleum peccatoris
cum demulcet mentem fauor
adulantis Dum eo autem irent eme
re venit sponsus quia cum vite
sue testimonium a proximis que
runt iudex venit qui non opinion
sed cordium testis est Que autem
parate erant intrauerunt cum eo ad
nupcias et clausa est ianua O
si sapere in cordis palato possit
quid admiracionis habet quod dicitur
sponsus quod dulcedinis intra
uerunt cum eo ad nupcias quid
amaritudinis et clausa est ianu
a Venit quippe ille qui in ad
uentu suo elementa concutit
in cuius conspectu celum et ter
ra contremescit Unde causa per
prophetam dicit Adhuc semel et
ego mouebo non solum terram
sed etiam celum Quo ergo exaudi
omne humanum genus deducitur
cui ad vindictam malorum re
muneracionemque bonorum an
geli archangeli throni princi
patus et dominaciones obsecu

amatur Pensate fratres karissimi a con
spectu tanti iudicis quis in illo
die terror erit quando iam in pena
remedium non erit Que illa con
fusio cum irato suo exigente con
tingit in conventu omnium hominum an
gelorumque erubescere Nimirum pavor
eum quem et tranquillum mens
humana capere non valet eciam ira
tum videre Quem diem bene
propheta intuens ait Dies ire dies
illa dies tribulacionis et angusti
e dies calamitatis et miserie di
es tenebrarum et caliginis dies
nebule et turbinis dies tube et
clangoris Pensate ergo fratres ex
tremum diem iudicii super corda repro
borum qua asperitate propheta videt
amarescere quem tot appellacio
nibus non valet explicare Quan
ta vero tunc erit electorum leticia qui
eius merentur visione gaudere
de cuius conspectu vident et ele
menta contremiscere cum eo si
mul ad nupcias intrare Cum
in sponsi nupcias gaudent et ta
men ipsi sunt sponse quia in
illo eterni regni thalamo visio
ni eius coniungitur Que scilicet vis
o iniqua iam impetum ab amo
nis sui amplexibus evelletur
Tunc regni ianua lugentibus
clauditur que modo cottidie pe
nitentibus aperitur Erit namque et
penitencia sed fructuosa iam non
erit quia nequaquam veniam
tunc invenit qui modo aptum ve
nie tempus perdidit Hinc etenim
paulus dicit Ecce nunc tempus
acceptabile ecce nunc dies salu
tis Hinc propheta ait Querite
dominum cum inveniri potest invoca
te eum dum prope est Tunc et ea
dem fatuas virgines invocantes

dominus non audit quia interclausa
regni ianua ibi qui nunc per exaudi
cionem prope esse poterat prope iam non
erit Nam subditur Novissime veni
unt et reliquie virgines dicentes
Domine domine aperi nobis At ille respon
dens ait Amen dico vobis nescio
vos Ibi iam a domino non potest inveniri
qui petit qui hic noluit audire quod
iussit Qui tempus congruum peni
tencie perdidit frustra ante regni
ianuam cum precibus venit Hinc et
enim per salomonem dominus ait Vocavi
et renuistis extendi manum me
am et non fuit qui aspiceret Despex
istis omne consilium meum et incre
paciones meas neglexistis Ego quoque
in interitu vestro ridebo et subsan
nabo cum vobis quod timebatis ad
venerit cum irruerit repentina cala
mitas et interitus quasi tempestas in
gruerit Quando venerit super vos tribula
cio et angustia tunc invocabunt
me et non exaudiam Mane con
surgent et non invenient me Ecce
aperte clamant et repulsionis sue
dolore compulse appellacionem domi
nantis ingeminant dicentes Domi
ne domine aperi nobis Preces offerunt
sed nesciuntur quia tunc velut incog
nitos deus deserit quos modo suos
per vite meritum non agnoscit Ubi
apte quoque generalis ad discipulos
subinfertur exhortacio cum dicitur
Vigilate itaque quia nescitis diem
neque horam quia post peccata deus
penitenciam suscipit Si sciret quisque
de presenti seculo quo tempore exiret
aliud tempus voluptatibus atque
aliud penitencie aptare potuisset Sed qui
penitenti veniam spopondit peccan
ti diem crastinum non promisit Semper
ergo extremum diem debemus metuere
quem nunquam possumus previdere

Ecce hunc ipsum diem in quo loqui
mur ad inducias conversionis acce
pimus et tamen mala que fecimus
flere recusamus. Non solum commissa
non plangimus sed etiam que deflenda sunt
augemus. Ac si aliqua nos
egritudo corripiat si signa egritu
dinis vicinam mortem denunciaverint
inducias vivendi querimus ut
peccata nostra defleamus et eas cum ma
gno estu desiderij petimus quas
acceptas modo pro nichilo habe
mus. Rem fratres offero quam si in
tente vult audire caritas vestra
ex consideratione illius vehemen
ter instruetur. Quidam vir nobi
lis in valeria provincia nomine
crisaorius fuit quem lingua rustica
ipsius criserium vocabat. Vir valde
dives sed tamen plenus vicijs quan
tum rebus superbia tumidus carnis
sue voluptatibus subditus in ac
quirendis rebus avaricie facibus plenus accensus. Sed cum
tot malis dominus finem ponere decre
visset sicut a religioso quodam
qui nunc superest propinquo illius
didici corporis langore percussus est.
Qui ad extremum veniens eadem
hora qua iam de corpore erat
exiturus apertis oculis vidit te
tros et nigerrimos spiritus coram
se assistere et vehementer immi
nere ut ad inferni claustra se ra
perent. cepit tremere pallescere
sudare et cum magnis vocibus
inducias petere filiumque suum nomine
maximum quem ipse iam monachus
monachum vidi nimis et tur
batis clamoribus vocare dicens
Maxime curre numquam tibi ma
li aliquid feci in fide tua me su
scipe. Turbatus mox maximus
affuit lugens / Ecce autem quos

/ familia conuenit

ille insistentes graviter sibi tolle
rabat ipsi malignos spiritus videre
non poterant sed eorum presentiam in con
fusione et pallore ac tremore
illius qui trahebatur videbant.
Pavore autem tetre eorum ymaginis
huc illucque vertebatur in lectulo. ia
cebat in sinistro latere aspectum
eorum ferre non poterat. vertebatur
ad parietem ibi aderant.
Cumque constrictus nimis relaxari
se posse iam desperaret cepit mag
nis vocibus clamare dicens Inducias
vel usque mane. inducias
vel usque mane. Sed cum hec clama
ret in ipsis suis vocibus de ha
bitaculo sue carnis evulsus est.
De quo nimirum constat quia pro nobis
ista non pro se viderit ut eius visi
o nobis proficiat quos adhuc divi
na paciencia longanimiter expec
tat. Nam illi tetros spiritus ante mor
tem vidisse et inducias petisse
quid profuit qui easdem inducias
quas petiit non accepit. Nos ergo fra
tres karissimi nunc solliciti ita cogi
temus ne nobis inaniter tempora
pereant et tunc queramus ad bene
agendum vivere cum iam de corpo
re pellimur de corpore exire. Ad
mentem revocate quod veritas dicat Orate
ne fiat fuga vestra in hyeme vel
sabbato. Per legis quippe manda
tum ambulare longius sabba
to non licet. hyemps quoque ad
ambulandum impedimentum
est quia gressus ambulantium
torpor frigoris astringit. Ac si
diceret Orate ne fiat fuga vestra hye
me vel sabbato ac si aperte diceret
videte ne tunc queratis peccata
vestra fugere cum non iam licet am
bulare. Illud ergo tempus quo
fugere non licet / Illa hora ex[illegible]

mo dz cogitari [illegible] licet

nri exitus semper intuenda. Et
ista redemptoris admonicio ante
mentis oculos semper ponenda
qui ait: Vigilate itaque quia nes-
citis diem neque horam. Secun-
In illo tempore dum lucam
dixit ihesus discipulis suis
Sint lumbi vestri precincti et
lucerne ardentes in manibus ves-
tris. Et vos similes hominibus ex-
pectantibus dominum suum quando re-
vertatur a nupciis. Et reliqua.
Omelia beati gregorii pape de eadem
Sancti evangelii lectione
fratres karissimi aperta nobis est
lectio recitata. Sed ne ali-
quibus ipsa eius planicies alta for-
tasse videatur eam sub brevita-
te transcurrimus quatenus eius ex-
posicio ita nescientibus fiat cognita
ut tamen scientibus non sit onero-
sa. Quia vero luxuria in lum-
bis sit feminis in umbilico testa-
tur dominus qui de dyabolo ad beatum
Iob loquitur dicens: Virtus eius
in lumbis eius et fortitudo illi-
us in umbilico ventris eius.
A principali igitur sexu lumborum
nomine luxuria designatur. Cum
dominus dicat: Sint lumbi vestri pre-
cincti et lucerne ardentes in ma-
nibus vestris. Lumbos enim precin-
gimus cum carnis luxuriam per
continenciam coartamus. Sed quia
minus est mala non agere nisi e-
tiam quisque studeat et bonis ope-
ribus insudare protinus additur:
et lucerne ardentes in manibus ves-
tris. Lucernas quippe ardentes in
manibus tenemus cum per bona proximis
opera lucis exempla monstramus nostris
De quibus profecto operibus dominus dicit:
Luceat lux vestra coram hominibus ut et glorificent
videant opera vestra bona et glori-

ficent patrem vestrum qui in celis est.
Duo autem sunt que iubentur et lum-
bos restringere et lucernas tenere ut
et mundicia sit castitatis in corpo-
re et lumen veritatis in operacione. Re-
demptori etenim nostro unum sine altero
nequaquam placere potest. Si aut is qui
bona agit adhuc luxurie inquinamen-
ta non deserit aut is qui castitate
preeminet necdum se per bona opera ex-
ercet. Nec castitas ergo magna est sine
bono opere nec opus bonum aliquid sine
castitate. Sed si utrumque agitur re-
stat ut quisquis ille est spe ad su-
pernam patriam tendat. Nequaquam se a
viciis pro mundi huius honestate con-
tineat quia et si quedam bona ali-
quando pro honestate inchoat eius
tamen intencione non debet permanere.
Nec per bona opera presentis mundi glo-
riam querere sed totam spem in redemp-
toris sui adventu constituat. Unde
et protinus subditur: Et vos similes homi-
nibus expectantibus dominum suum quan-
do revertatur a nupciis. Ad nupci-
as quippe dominus abiit quia resurgens
a mortuis ascendens in celum su-
pernam sibi multitudinem angelorum
novus homo copulavit. Qui tunc
revertitur cum nobis iam per iudicium ma-
nifestabitur. Bene autem de servis expec-
tantibus subditur: Ut cum venerit
et pulsaverit confestim aperiant ei.
Venit quippe dominus cum ad iudicium prope-
rat. Pulsat vero cum iam per egritudinis
molestias esse mortem vicinam
designat. Cui confestim aperimus
si hunc cum amore suscipimus.
Aperire enim pulsanti non vult qui exi- iudici
re de corpore trepidat et videre eum
quem contempsisse se meminit iudicem
formidat. Qui autem de
sua spe et operacione securus est pul-
santi confestim aperit quia letus

Judicem sustinet. Et cum tempus pro-
pinque mortis agnovit de gloria retri-
bucionis hylarescit. Unde et protinus
subdit. Beati sunt servi illi quos cum
venerit dominus et invenerit vigilantes. Vi-
gilat qui ad aspectum veri luminis
mentis oculos apertos tenet. Vigilat
qui servat operando quod credidit. Vigi-
lat qui a se torporis et negligencie
tenebras repellit. Hinc etenim dicit
paulus. Evigilate iusti et nolite
peccare. Hinc rursus ait. Hora est
iam nos de sompno surgere. Sed veni-
ens dominus quid vigilantibus servis ex-
hibeat audiamus. Amen dico vobis
quod precinget se et faciet illos discum-
bere et transiens ministrabit illis.
Precinget se id est ad retribucionem
se preparat. Faciet illos discumbere id est
in eterna quiete refoveri. Discumbere
quippe nostrum in regno quiescere est. Unde
rursus dominus dicit. Venient et recum-
bent cum Abraham et ysaac et Ja-
cob in regno celorum. Transiens autem
dominus ministrat quia lucis sue illustra-
cione nos saciat. Transire vero dictum
est cum de iudicio ad regnum redit.
Vel certe dominus nobis post iudicium tran-
sit qui ab humanitatis forma in
divinitatis sue contemplacione nos ele-
vat. Et transire eius est in divinitatis
sue speculacionem nos ducere. Sic enim
quam in humanitate in iudicio cer-
nimus eciam in divinitate post iudici-
um videmus. Ad iudicium quippe ve-
niens in forma servi omnibus appa-
ret quia scriptum est. Videbunt
in quem transfixerunt. Sed reprobi in sup-
plicium corruunt. iusti ad claritatis
eius gloriam pertrahuntur. Sicut scriptum
est. Tollatur impius ne videat glo-
riam dei. Sed quid si servi in prima vigi-
lia negligentes existunt. Prima quip-
pe vigilia primevum tempus prime etatis

tis custodia est. Sed neque sic desperan-
dum est et a bono opere cessandum.
Nam longanimitatis sue pacien-
ciam insinuans dominus subdit. Et
si venerit in secunda vigilia et si in ter-
cia vigilia venerit et ita invenerit
beati sunt servi illi. Beati sunt servi
illi. Prima quippe vigilia primevum
tempus est id est pueritia. Secun-
da adolescencia vel iuventus. que
auctoritate sacri eloquii unum
sunt dicente. Letare iuvenis in
adolescencia tua. Tercia autem senec-
tus accipitur. Qui ergo vigilare in
prima vigilia noluit custodiat vel
secundam. Ut qui converti a pravitati-
bus suis in pueritia neglexerit ad
vias vite saltim in tempore iuventutis
evigilet. Et qui vigilare in secunda vi-
gilia noluit tempore iuventutis tercie
vigilie remedia non amittat. Ut
qui a iuventute ad vias vite non
vigilat saltim in senectute resipi-
scat. Pensate fratres karissimi quam conclu-
sit dei pietas culpa nostra. Non
est tamen quod homo ex excusacione
inveniat. Deus despicitur et ex-
pectat. contempni se videt et
revocat. Iniuriam de contemptu
suo suscipit et tamen quosque rever-
tentibus eciam premia promittit. Sed
nemo hanc longanimitatem ne-
gligat. quia tanto districciorem
iusticiam in iudicio exiget. quan-
to longiorem pacienciam ante iudici-
um erogavit. Hinc etenim pau-
lus dicit. Ignoras quoniam benignitas
dei ad penitenciam te adducit. Secundum du-
riciam autem tuam et cor impenitens
thesaurisas tibi iram in die ire et
revelacionis iusti iudicii dei. Hinc
psalmista ait. Deus iudex iustus
et longanimis. Deus quippe longa-
nimiter premisit iustum ut que vi-

dos p(e)cc(at)a delinquencium. dum pacie
ter fur scias hunc quisq(ue) eca(m) dist(ri)
te iudicare. Hinc p(er) quenda(m) sapiente(m)
dicit(ur) Altissimus enim est paciens red
ditor. paciens enim redditor dicitur
quia p(e)cc(at)a hominu(m) et patitur et
reddit Nam quos diu ut conu(er)tan
tur tollerat non conu(er)sos durius
dampnat. Ad excuciend(am) vero
mentis n(ost)re desidiam et ext(er)iora
dampna p(er) similitudine(m) ad mediu(m)
deduxit. ut per hoc animus ad
sua(m) custodia(m) suscitetur Nam dicit(ur)
hoc aute(m) scitote. quia si sciret pa
terfamilias. qua hora fur veniret
vigilaret utiq(ue) et non sineret per
fodi domu(m) suam. Ex qua p(re)missa
similitudine. ea(m) exhortac(i)o(n)e(m) subi
ferit cum dicit(ur) et vos estote pa
r(ati). quia qua hora no(n) putatis fi
lius hominis veniet. Nesciente
enim patrefamilias. fur domu(m) p(er)
fodit. quia dum a sui custodia.
sp(iritu)s dormit inprouisa mors veni
ens carnis n(ost)re habitaculum irru
pit et eum q(ue)m d(omi)n(u)m domus inuenit
dormiente(m) necat Contra ca(us)a ve
tura dampna sp(iritu)s minime p(re)uidet.
hunc mors ad supliciu(m) nescien
tem rapit. Furi autem resisteret
si vigilaret quia aduentu(m) iudicis
qui occulte a(n)i(m)a(m) rapit p(re)cauens
ei penitendo occurreret ne impe
nitens periret. hora(m) v(er)o ultima(m)
d(omi)n(u)s noster ideo nobis voluit e(ss)e
incognita(m) ut semp(er) possit esse su(s)
pecta ut dum illam p(re)uide(re) non
possumus ad illa(m) sine int(er)missio(n)e
p(re)paremur. Proinde fr(atr)es mei in co(n)
dic(i)o(n)e mortalitatis v(est)re memino
oculos. figite uementi nos iudi
ci p(er) fletus cottidie et lamenta p(re)pa
re cum certa mors maneat o(mn)ibus.
nolite de t(em)p(or)alis vite prouidencia

tera
incerti cogitac(i)o(n)e t(em)p(or)aliter vos cura
n(on) aggrauet. Diuicius(que) liber enim auri
et argenti mollibus c(r)uciet(ur) q(ui)bus
libet p(re)ciosis vestibus induat(ur) caro q(ue)
est aliud qua(m) caro. Nolite ergo atte(n)
de(re) quid habetis si quid estis vi(de)
te audite quid estis p(ro)pheta indi
cat dicens Om(n)is caro fenu(m) est p(ro)pterea si
enim fenu(m) p(ro)pterea no(n) est. Ubi sunt illi
qui ea q(ue) hodie colimus nobiscu(m) tra(n)s
acto a(n)no b(ea)ti felicis natalicia ce
lebrauerunt O q(ui)sta et qualia d(e) pu(n)
tis vite p(ro)posicione cogitabat si sub
(in)cipiente mortis articulo repe(n)te i(n)
t(em)p(or)e q(uo)d p(ro)uide(re) solebat inueniri sit
et cuncta simul temporalia congre
gata. que quasi stabiliter tene(re) vi
debant(ur) amiserunt Si ergo uniuersa
multitudo gen(er)is humani p(er) nati
uitatem uiruit in carne p(er) morte(m)
arescit in puluere(m) videlic(et) fenu(m) fuit
Cum igit(ur) momentis singulis ho(mi)n(e)s
fugiunt. Agite fr(atr)es k(arissi)mi ut i(n) bono
op(er)is mercede teneamur. Audite q(uo)d
sapiens Salomon dicat. Quodcumq(ue)
p(ote)st manus tua facere instanter
op(er)are. quia nec opus nec rac(i)o. nec
sapiencia nec sciencia erunt apud in
feros quo tu p(ro)peras Quia ergo et ve
nture mortis tempus ignoramus
more et post mortem op(er)ari no(n) possumus sup(er)
est ut an(te) mortem tempora indul
ta rapiamus. Sic enim sic mors ip
sa cum venit vincit(ur) si p(ri)usqua(m) veni
at semper timeat(ur). Secundum Johe(m)

In illo t(em)p(or)e. dixit ih(esu)s. discipulis
suis Ego sum pastor bonus
bonus pastor a(n)i(m)a(m) sua(m) ponit
p(ro) ouibus suis. Et reliqua. Ome
lia beati gregorii pape d(e) eade(m) lec(ti)o(n)e

Audistis fr(atr)es k(arissi)mi ex lectione e
uangelica erudic(i)o(n)e v(est)ra(m)
audistis ex lectione euangeli
ca p(er)iculum n(ost)r(u)m. Ecce enim q(ui) no(n)

nō ex accidenti dono · sed essencialiter
bonus est · dicat Ego sum pastor bo
nus atque eiusdem bonitatis formam
quam nos imitemur adiungit dicens
Bonus pastor animam suam ponit pro
amicis suis · fecit quod monuit ostendit
quod iussit · Bonus pastor pro ouibus
suis animam posuit ut in sacramen
to nostro corpus suum et sanguinem uer
teret et oues quas redimerat car
nis sue alimento saciaret · Ostensa
nobis est de contemptu mortis ui
a quam sequamur apposita forma cui
imprimamur · Primum nobis est exteri
ora nostra misericorditer ouibus eius impen
dere · postremum uero si necesse sit eciam mor
tem nostram pro isdem ouibus ministra
re · A primo autem hoc minimo peruenim
tur ad postremum maius · Sed cum incom
parabiliter longe sit melior anima qua
viuimus a terrena substancia quam
exterius possidemus qui non dat pro
ouibus suis substanciam / quando pro hiis da
sua turus est animam sua · Et sunt qui plus
terrenam substanciam quam oues diligunt
merito nomen pastoris perdunt · De
quibus protinus subditur Mercena
rius autem et qui non est pastor cuius
non sunt oues proprie · videt lupum veni
entem et dimittit oues et fugit
Non pastor sed mercenarius uocatur
no qui amore intimo oues domini
cas · sed ad temporales mercedes pascit
Mercenarius quippe est qui locum
quidem pastoris tenet sed lucra ani
marum non querit · Terrenis commodis
inhiat · honore prelacionis gaudet
temporalibus lucris pascitur impensa sibi
reuerencia ab hominibus letatur · Iste
sunt etenim mercedes mercenarij
ut pro eo ipso quod in regimine laborat
hic quod querit inueniat et ab heredi
tate gregis in posterum alienus
existat · Utrum uero pastor sit an mer

cenarius cognosci ueritatem ueraci
ter non potest si occasio necessitatis deest
Tranquillitatis enim tempore plerum
que ad gregis custodiam sicut uerus
pastor · Sic etiam mercenarius con
stat · Sed lupus ueniens indicat quo
quisque animo super gregis custodiam
stabat · lupus enim super gregis oues
uenit cum quilibet iniustus et raptor
fideles quosque atque humiles opprimit
Sed his qui pastor esse uidebatur
et non erat · relinquit oues et fugit
quia dum sibi ab eo periculum metuit
resistere eius iniusticie non presumit · Fu
git autem non mutando locum sed subtra
hendo solacium / fugit · quia iniustici
am uidit et tacuit / fugit · quia se
sub silencio abscondit · Quibus bene
per prophetam dicitur · Non ascendistis
ex aduerso neque opposuistis murum pro
domo israhel ut staretis in prelium
in die domini · Ex aduerso quippe ascen
dere est quibuslibet potestatibus praue
agentibus racionis libera uoce contra
ire · Et in die domini pro domo israhel
in prelio stamus ac murum opponimus
si fideles innocentes contra peruersorum
iniusticiam ex iusticie auctoritate
vindicamus · Quia mercenarius
non facit cum uenientem lupum uide
rit fugit · Sed est alius lupus qui sine
cessacione cotidie non corpora sed mentes
dilaniat · malignus uidelicet spiritus
qui caulas fidelium insidians circuit
et mortes animarum querit · De quo lu
po mox subditur · et lupus rapit et
dispergit oues / lupus uenit et merce
narius fugit · Quia malignus spiri
tus mentes fidelium in temptacio
ne dilaniat · et is qui locum pastoris
tenet curam sollicitudinis non habet
animas perdunt et ipse de terrenis commo
dis letatur · lupus rapit et dispergit
oues cum alium ad luxuriam pertrahit

vte folin
vta manu

e

H interpretari voluissem maxime cum ille
pungant iste delectant et tamen
spine sunt quia cogitacionum suarum
punctionibus mentem lacerant
et cum usque ad peccatum pertrahunt
quasi inflicto vulnere cruentant
Quas bene hoc in loco alio ewan-
gelista testante nequaquam dominus
divicias sed fallaces divicias appel-
lat fallaces enim sunt que nobiscum
diu permanere non possunt fallaces sunt
que mentis nostre inopiam non expel-
lunt Sole autem divicie vere sunt
que nos divites virtutibus faciunt
Si ergo fratres karissimi esse divites cupi-
tis veras divicias amate Si culmen vel
veri honoris queritis ad celeste regnum
tendite Si gloriam dignitatum diligitis
in illa angelorum curia ascribi
festinate Verba dei que aure perci-
pitis mente tenete Cibus enim men-
tis est verbum dei Et quasi accep-
tus cibus stomacho languente re-
[illegible] icitur auditus sermo in ventre memorie non
tenetur Sed quisquis alimenta non re-
tinet huius profecto vita desperatur
Expavescite ergo mortis periculum formida-
te si quidem cibum sancte exhortacio-
nis accipitis et verba vite id est a-
limenta iusticie in memoria non
tenetis Ecce transit omne quod agitis
et ad extremum iudicium sine ulla
momentanea intermissione cotti-
die volentes nolentesque propinquatis
Cur ergo amatur quod relinquitur Cur
illud negligitur quo pervenitur
Mementote quod dicitur Si quis
habet aures audiendi audiat
Omnes enim qui illic aderant
aures corporis habebant Sed
qui cunctis aures habentibus si-
quis habet aures audiendi au-
diat dicat aures procul dubio cor-
dis requirit Curate ergo ut accep-

tus sermo in cordis aure remane-
at Curate ne semen iuxta viam ca-
dat ne malignus spiritus veniat
et a memoria verbum tollat Cura-
te ne petrosa terra semen excipiat
et fructum boni operis sine perseveran-
cie radicibus mittat Multis enim
libet quod audiunt boni operis inicia pro-
ponunt sed mox ut fatigari adversi-
tatibus ceperint inchoata derelin-
quunt Petrosa ergo terra humorem non
habuit quia hoc quod germinaverat
ad fructum perseverancie minime per-
duxit Multi namque cum verbum contra
avariciam audiunt eandem avari-
ciam detestantur rerum omnium contemptum
laudant Sed mox ut viderit animus
quod concupiscat obliviscitur quod laudabat
Multi cum verbum contra luxuriam
audiunt pollucionem carnis non solum
perpetrare non appetunt sed etiam perpetra-
tas erubescunt Sed mox ut carnis
species eorum oculis apparuerit sic mens
ad desiderium rapitur ac si adhuc
ab ea nichil sit contra hoc eadem de-
sideria deliberatum Et dampnan-
da agit que quia egisse se memi-
nit iam et ipse dampnavit Sepe
ergo contra culpas compungimur et
tamen post fletum ad culpas redimus
Sic balaham israelitici populi taber-
nacula contemplatus flevit et ip-
se similem fieri in morte deposcit
dicens Moriatur anima mea morte
iustorum et fiant novissima mea
horum similia Sed mox ut hora
compunctionis transiit in avari-
cie nequiciam exarsit Nam pro pro-
missis muneribus in eius perniciem
te consilium dedit cui mori se simi-
lem optavit et oblitus est quod plor-
averat ac extinguere noluit per avari-
ciam quod ardebat Notandum vero
est quod exponens dominus dicit quod sollici-

tudines et voluptates et divitie suffocant. Suffocant enim quia importunis cogitationibus suis guttur mentis strangulant et dum bonum desiderium ad cor intrare non sinunt quasi aditum flatus vitalis necant. Notandum etiam quod duo sunt que divitiis iungit sollicitudines videlicet et voluptates. Quia profecto et per curam mentem opprimunt et per affluentiam resolvunt. Res enim contraria possessores suos et afflictos et lubricos faciunt. Sed quia voluptas convenire non potest cum afflictione alio quidem tempore per custodiam sue sollicitudinis affligunt atque alio per habundanciam ad voluptates emolliunt. Terra autem bona fructum per pacienciam reddit quia scilicet nulla sunt bona que agimus si non equanimiter eciam proximorum mala toleramus. Quanto enim quisque altius profecerit tanto in hoc mundo invenit quod durius portet quia cum a presentis seculi mens nostra dilectione deficit eiusdem seculi adversitas crescit. Hinc est enim quod plerosque cernimus et bona agere et tamen sub gravi tribulacionum desudare. Terrena namque iam desideria iam fugiunt et tamen flagellis durioribus fatigantur. Sed iuxta vocem dominicam fructum per pacienciam reddunt quia cum humiliter flagella suscipiunt. Sic uva calcibus tunditur et in vini saporem liquatur. Sic oliva contusionibus expressa amurcam suam deserit et in olei liquorem pinguescit. Sic per trituram aree a paleis grana separantur et ad horreum purgata perveniunt. Quisquis ergo appetit plene vicia vincere studeat humiliter purgacionis sue flagella tollerare ut post ad iudicem mundior veniat quanto nunc eius rubiginem ignis tribulacionis purgat. In ea porticu que euntibus ad ecclesiam beati Clementis est pervia fuit quidam Servulus nomine quem multi vestrum mecum noverunt rebus pauper meritis dives quem longa egritudo dissolverat. Nam a prima etate usque ad finem vite paraliticus iacebat. Quid dicam quia stare non poterat qui numquam in lecto suo surgere vel ad sedendum valebat numquam manum suam ad os ducere numquam se potuit in latus aliud declinare. Huic ad ministrandum mater cum fratre aderat et quicquid ex elemosina potuisset accipere hoc eorum manibus pauperibus erogabat. Nequaquam litteras noverat sed scripture sacre sibimet codices emerat et religiosos quosque in hospitalitate suscipiens coram se legere sine intermissione faciebat. Factumque est ut quantum ad mensuram propriam pertinet plene sacram scripturam disceret cum sicut dixi litteras funditus ignoraret. Studebat in dolore semper gratias agere hymnis deo et laudibus diebus ac noctibus vacare. Sed cum iam tempus esset ut tanta eius paciencia remunerari debuisset membrorum dolor ad vitalia rediit. Cumque se morti proximum agnovit peregrinos viros atque in hospitalitate susceptos admonuit ut surgerent et cum eo psalmos pro expectacione exitus sui decantarent. Cumque cum eis et ipse moriens psalleret voces psallencium repente compescuit cum terrore magni clamoris dicens. Tacete numquid auditis quante resonent laudes in celo. Cumque ad easdem laudes quas intus audierat aurem cordis intenderet sancta illa anima car

alium in avaricia accendit. Alium in superbia erigit. Alium per iracundiam dividit. hunc invidia stimulat. illum fallacia supplantat. Quasi ergo gregem dissipat cum fideles populos diabolus per temptaciones necat. Sed contra hec mercenarius nullo zelo accenditur, nullo fervore dilectionis excitatur, quia dum sola exteriora commoda requirit interiora gregis dampna negligenter patitur. Unde et mox adiungitur: Mercenarius autem fugit quia mercenarius est et non pertinet ad eum de ovibus. Sola ergo causa est ut mercenarius fugiat quia mercenarius est. Ac si aperte dicatur: Stare in periculo ovium non potest qui in eo quod ovibus preest non oves diligit sed lucrum terrenum querit. Unde enim honorem amplectitur, dum temporalibus lucris letatur opponere se contra periculum trepidat ut ne hoc quod diligit amittat. Sed quia redemptor noster culpas ficti pastoris innotuit, iterum formam cui debeamus imprimi ostendit dicens: Ego sum pastor bonus. Atque subiungit: Et cognosco oves meas et cognoscunt me mee. Et cognosco oves meas, hoc est diligo, et cognoscunt me mee. Ac si patenter dicat: diligentes obsequuntur. Qui enim veritatem non diligit adhuc minime cognovit. Quia ergo audistis fratres nostrum periculum, vestrum pensate in verbis dominicis etiam periculum vestrum. Pensate si oves eius estis. Videte si eum cognoscitis. Sentis [margin: videte si lumen veritatis percipitis] Sentis autem dico non per fidem sed per amorem. Sentis dico non ex credulitate sed ex operacione. Nam idem ipse qui hic loquitur Iohannes ewangelista testatur dicens: Qui dicit se nosse deum et mandata eius non custodit mendax est. Unde et

hoc in loco protinus adiungitur subditur: Sicut me novit pater et ego agnosco patrem et animam meam pono pro ovibus meis. Ac si aperte dicat: In hoc constat quia et cognosco patrem et cognoscor a patre quia animam meam pono pro ovibus meis. Id est ea caritate qua pro ovibus morior quantum patrem diligam ostendo. Quia vero non solum Iudeam sed etiam gentilitatem redimere venerat adiungit: Et alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili et illas oportet me adducere et vocem meam audient et fiat unum ovile et unus pastor. Redempcionem nostram qui ex gentili populo venimus dominus aspexerat cum se adducere et alias oves dicebat. Hoc cottidie fieri fratres aspicitis. hoc reconciliatis gentibus factum hodie videtis. Quasi ex duobus gregibus unum ovile efficit quia iudaicum et gentilem populum in sua fide coniungit, Paulo attestante qui ait: Ipse est pax nostra qui fecit utraque unum. Dum enim ad eternam vitam ex utraque natione simplices eligit, ad ovile proprium oves deducit. De quibus profecto ovibus rursus ait: Oves mee vocem meam audiunt et ego cognosco eas et sequuntur me et ego vitam eternam do eis. De quibus paulo superius dicit: Per me si quis introierit salvabitur et egredietur et pascua veniet. Ingredietur quippe ad fidem, egredietur vero a fide ad speciem, a credulitate ad contemplacionem. Pascua autem inveniet in eterna refectione. Oves ergo eius pascua inveniunt quia quisquis illum corde simplici sequitur eterne viriditatis pabulo nutritur. Que autem sunt istarum ovium pascua nisi interna gaudia virentis paradisi? Pascua namque electorum sunt vultus presentis dei [margin: prius] qui dum sine defectu conspicitur sine fine

niens vite abo saciatur In istis pascu
is de eternitatis sacietate letati sunt
qui iam lacos voluptuose temporalitatis
evaserunt Ibi ymnidica angelorum
chori ibi societas supernorum civium
ibi dulcis sollempnitas a peregrinacionis
huius tristi labore redeuncium Ibi pro
uidi prophetarum chori ibi iudex apostolo
rum ibi invincibilium martirum victor exercitus
tanto illic lecior quanto hic durius af
flictus Ibi confessorum constancia prima
sui peregracione consolata ibi fideles vi
ri quos a virilitatis sue robore volup
tas seculi emollire non potuit Ibi sancte
mulieres que ad seculo et sexum vice
runt Ibi pueri qui hic annos suos mori
bus transcenderunt Ibi senes quos hic
et etas debiles reddidit et virtus operis
non reliquit Queramus ergo fratres hec pascua
in quibus cum tantorum civium sollemp
nitate gaudeamus Ipsa nos festitas
letancium invitet Sed si alicubi populus
nundinas celebraret Si ad alicuius
ecclesie dedicacionem denunciata sollem
tate concurreret festinaremus omnes
simul invenire Et interesse vnusquisque
sataget graviter se dampno afflictum
arderet si sollempnitatem communis leticie
non videret Ecce in celestibus electorum
civium leticia agitur vicissim de se omnis
in suo conventu gratulantur et tamen
nos ab amore eternitatis tepidi in nullo
desiderio ardemus et interesse tante so
lempnitati non querimus per nam gau
dijs et leti sumus Accendamus ergo
animum fratres recalescat fides in id
quod credidit inardescant ad superna
graciam iam desideria et sic amare
iam ire est Omnibus intime sollempnita
tis gaudio nulla nos adversitas re
vocet quia et si quis ad locum propositum
ire desiderat eius desiderium quelibet
vie asperitas non immutat nulla
nos prosperitas blandiens seducat quia

|| vestigia vacat sequitur
textus

stultus viator est qui in itinere amena
prata conspiciens oblivisci quo ten
debat Toto ergo desiderio ad superna pa
tam anima anhelat nichil in hoc
mundo appetat quod constat quia cito
relinquatur ut si celestis pastoris vera
(quia ater) oves sumus quia in vie delec
tatione non figimur eternis pascuis ibi
acione saciemur Secundum lucam

In illo tempore dixit ihesus tur
bis similitudinem hanc Exijt qui se
minat seminare semen suum et
dum seminat aliud cecidit secus
viam et conculcatum est et volucres
celi comederunt illud Et aliud cecidit
super petram et natum aruit quia non
habebat humorem Et aliud cecidit
inter spinas et simul exorte spine
suffocaverunt illud Et aliud cecidit
in terram bonam et ortum fecit fructum
centuplum Et reliqua Omelia beati
gregorij pape de eadem lectione

Lectio sancti ewangelij quam
modo fratres karissimi audistis ex
posicione non indiget sed ammoni
acione Quam enim per semetipsam veri
tas exposuit hanc discutere huma
na fragilitas non presumit Sed est
quod solliciate in hac ipsa exposicio
ne dominica pensare debeatis quia
si nos vobis semen verbum agrum mun
dum volucres demonia spinas
divicias significare diceremus ad cre
dendum nobis mens vestra forsitan
dubitaret Unde et ipse dominus per semet
ipsum dignatus est exponere quod dice
bat ut sciatis rerum significaciones que
rere in hijs eciam que per semetipsum
noluit explanare Exponendo ergo
quod dixit figuraliter se loqui innotu
it quatenus certos vos redderet cum vobis
vestra fragilitas verborum illius figu
ras aperiret Quis enim michi vmquam
quam crederet si spinas divicias

quia cum
rite dno
Folia o

carne soluta est. Sed exeunte illa tanta illic fragrancia odoris aspersa est ut omnes qui illic aderant inestimabili suavitate replerentur ita ut per hoc patenter agnoscerent quod eam laudes in celo suscepissent. Cui rei monachus noster interfuit qui nunc usque vivit et cum magno fletu attestari solet quia quousque corpus eius sepulture traderetur ab eorum naribus odoris illius fragrancia non recessit. Ecce quo fine ex hac vita exiit qui in hac vita flagella equanimiter toleravit. Iuxta vocem ergo dominicam bona terra fructum per pacienciam reddidit que exarata discipline vomere ad remuneracionis segetem pervenit. Sed vos rogo fratres attendite que excusacionis argumentum in illo districto iudicio habituri sumus nos qui a bono opere torpentes et res et manus accepimus si precepta dominica egenus et sine manibus implevit. Non contra nos dominus tunc apostolos ostendat qui ad regnum secum turbas fidelium predicando traxerunt. Non contra nos martires exhibeat qui ad celestem patriam sanguinem fundendo pervenerunt. Quid tunc dicturi sumus cum hunc de quo locuti sumus Servulum videbimus cui longus languor brachia tenuit, sed tamen hunc a bono opere non ligavit. Hec vobiscum fratres agite, sic vos ad studium boni operis instigate ut cum bonos vobis modo ad imitandum proponitis eorum tunc consortes esse valeatis prestante Ihesu Christo. Secundum Lucam

In illo tempore. Ductus est Ihesus in desertum a spiritu ut temptaretur a dyabolo. Et accedens temptator dixit ei. Cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus postea esuriit. Et reliqua. Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione.

Dubitari a quibusdam solet a quo spiritu sit Ihesus ductus in desertum propter hoc quod subditur: Assumpsit eum dyabolus in sanctam civitatem. Et rursus: Assumpsit eum in montem excelsum. Sed vere et absque ulla questione convenienter accipitur ut a sancto spiritu in desertum ductus credatur ut illuc eum suus spiritus duceret ubi hunc ad temptandum spiritus malignus inveniret. Sed ecce cum dicitur deus homo in excelsum montem vel in sanctam civitatem a dyabolo assumptus mens refugit humane hoc audire aures expavescunt. Qui tamen non esse incredibilia ista cognoscimus si in illo et alia facta pensamus. Certe iniquorum omnium caput dyabolus est et huius capitis membra sunt omnes iniqui. An non dyaboli membrum fuit Pilatus? An non membra dyaboli Iudei persequentes et milites crucifigentes fuerunt? Quid ergo mirum si se ab illo permisit in montem duci qui se pertulit etiam et a membris illius crucifigi? Non est ergo indignum redemptori nostro quod temptari voluit qui venerat occidi. Iustum quippe erat ut sic temptaciones nostras suis temptacionibus vinceret sicut mortem nostram venerat sua morte superare. Sed sciendum nobis est quia tribus modis temptacio agitur: suggestione, delectacione, consensu. Et nos cum temptamur plerumque in delectacione aut etiam in consensu labimur quia de carnis peccato propagati in nobis ipsis etiam gerimus unde certamina toleramus. Deus vero qui in utero virginis incarnatus in mundum

ipso aditu captus exeat quo nos

sine peccato veniret nichil contradictionis in semetipso tollerabat. Temptari ergo per suggestionem potuit. Sed eius mentem peccati delectatio non momordit atque ideo omnis illa dyabolica temptacio foris non intus fuit. Sed si ipsum ordinem temptacionis eius aspicimus pensemus quanta magnitudine ut videamus. Antiquus hostis contra primum hominem parentem nostrum in tribus se temptacionibus erexit quia hunc videlicet gula vana gloria et avaricia temptavit. Sed temptando superavit quia sibi eum per consensum subdidit. Ex gula quippe temptavit cum ei cibum ligni vetiti ostendit atque ad comedendum suasit. Ex vana autem gloria temptavit cum diceret eritis sicut dii. Ex provectu avaricie temptavit cum diceret scientes bonum et malum. Avaricia enim non solum pecunie est sed etiam altitudinis. Recte enim avaricia dicitur cum supra modum sublimitas ambitur. Si enim non ad avariciam honoris rapina pertineret nequaquam Paulus de unigenito dei filio diceret Non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. In hoc ergo dyabolus parentem nostrum ad superbiam traxit quod eum ad avariciam sublimitatis excitavit. Sed quibus modis primum hominem stravit eisdem modis secundo homini temptato succubuit. Per gulam quippe temptat qui dicit dic ut lapides isti panes fiant. Per vanam gloriam temptavit cum diceret Si filius dei es mitte te deorsum. Per sublimitatis avariciam temptavit cum regna omnia ostendit dicens hec omnia tibi dabo si procidens adoraveris me. Sed eisdem modis a secundo homine vincitur quibus primum hominem se vicisse gloriatur ut a nostris cordibus aditu intromissus tenebat. Sed est aliud fratres karissimi quod in hac temptacione dominica considerare debemus quia temptatus a dyabolo dominus sacri eloquii precepta reddidit. Et qui eo verbo quod erat temptatorem suum mergere in abissum poterat virtutem sue potencie non ostendit. Sola divine

scripture

precepta edidit quatenus nobis sue paciencie preberet exemplum ut quociens a pravis hominibus aliquid patimur ad doctrinam excitemur potius quam ad vindictam. Pensate quanta est paciencia dei quanta

nostra

impaciencia. Nos cum iniuriis aut aliqua lesione provocamur a furore permoti aut quantum possumus nosmetipsos ulciscimur aut quod non possumus facere minamur. Ecce adversitatem dyaboli deus pertulit et nichil ei nisi mansuetudinis verba respondit. Portavit que punire poterat ut hoc in laudem glorie eius altius excresceret si hostem non extinguendo sed interim paciendo superaret. Notandum vero quod subditur quia recedente dyabolo angeli ministrabant ei. Ex qua re quid aliud quam unius persone utraque natura ostenditur quia et homo est quem dyabolus temptat et idem ipse deus est cui ab angelis ministratur. Cognoscamus igitur in eo naturam nostram quia nisi hunc dyabolus hominem cerneret non temptaret. Adoremus in illo divinitatem suam quia nisi super omnia deus existeret ei nullo modo angeli ministrarent. Sed quia hiis diebus

lectio congruit. Nam quia quadra-
ginta dierum abstinenciam redemp-
toris audivimus, qui quadragesi-
me tempus inchoamus, discu-
tiendum nobis est cur hec ipsa ab-
stinencia per quadraginta dierum
numerum custoditur. Moyses enim ut le-
gem acciperet, diebus quadra-
ginta ieiunavit. Helias in deser-
to quadraginta diebus abstinuit.
Ipse auctor hominum ad homines
veniens in quadraginta diebus
nullum omnino cibum sumpsit. E-
Nos quoque in quantum possumus an-
nuo quadragesime tempore car-
nem nostram per abstinenciam affligere
conamur. Cur ergo in abstinencia
quadragenarius numerus custoditur,
nisi quia virtus decalogi per
libros quatuor sancti evangelii impletur.
Denarius etenim quater ductus
in quadragenarium surgit. Quia
tunc decalogi mandata perfici-
mus aspectu quatuor libros
sancti evangelii custodimus.
Ex qua re sentiri et aliud potest.
In hoc enim mortali corpore ex
quatuor elementis subsistimus
et per voluptates eiusdem corporis
preceptis dominicis contraimus.
Precepta autem dominica per decalo-
gum sunt accepta. Qui ergo
per carnis desideria decalogi
mandata contempsimus, dig-
num est ut eandem carnem qua-
terdecies affligamus. Quam-
vis de hoc quadragesime tem-
pore est adhuc aliud quod possit
intelligi. A presenti etenim die us-
que ad paschalis sollempnita-
tis gaudia sex ebdomade ve-
niunt, quarum videlicet dies
quadraginta duo fiunt. Ex
quibus dum sex dies dominici

ab abstinencia subtrahuntur,
non plus in abstinencia quam trigin-
ta et sex dies remanent. Dum vero
per trecentos et sexaginta quinque
dies annus ducitur, nos autem
per triginta et sex dies affligimur,
quasi anni nostri decimas deo dam-
us, ut qui nobismetipsis per acceptum
annum viximus, auctori nostro
nos in eius decimis per abstinen-
ciam mortificemus. Unde fratres karissimi,
sicut in lege offerre iubemini decimas
rerum, ita ei offerre contendite et
decimas dierum. Unusquisque in quan-
tum virtus suppetit carnem maceret
eiusque desideria affligat, concupi-
scencias interficiat, ut iuxta Pauli
vocem hostia viva fiat. Hostia quip-
pe et ymolatur et viva est, quan-
do et ab hac vita homo non defi-
cit, et tamen se a carnalibus desi-
deriis occidit. Caro nos leta tra-
xit ad culpam, afflicta reducit
ad veniam. Auctor etenim mortis
nostre per fructum ligni vetiti vite
precepta transgressus est. Qui ergo
a paradisi gaudiis per cibum cecidi-
mus, ad hec in quantum possumus
per abstinenciam resurgamus. Sed
nemo sibi abstinenciam solam
credat posse sufficere, cum per prophe-
tam dominus dicat: Nonne hoc est
magis ieiunium quod elegi? Subia-
ceo? Frange esurienti panem tuum
et egenos vagosque induc in do-
mum tuam. Cum videris nudum operi
eum, et carnem tuam ne despexeris.
Illud ergo ieiunium deus approbat
quod ad eius oculos manus elee-
mosinarum levat, quod cum proximi di-
lectione agitur, quod ex pietate con-
ditur. Hoc ergo quod tibi subtrahis
alteri largire, ut unde tua caro
affligitur, inde egentis proximi

cuo repetit. Hinc enim per prophetam dominus dicit: Cum ieiunaretis et plangeretis, numquid ieiunium ieiunastis michi? Et cum comeditis et bibitis, numquid non bibitis vobis et vobis metipsis comeditis? Sibi enim comedit et bibit qui alimenta corporis que sunt communia dona conditoris sine indigentibus percipit. Et sibi quisque ieiunat si ea que sibi ad tempus subtrahit non pauperibus tribuit sed ventri postmodum offerenda custodit. Hinc per Iohel dicitur: Sanctificate ieiunium. Ieiunium quippe sanctificare est adiunctis bonis aliis (operibus) dignum deo abstinenciam carnis ostendere. Incassum enim cuo atteritur si a pravis voluptatibus animus non refrenatur. Cum per prophetam dominus dicat: Ecce in die ieiunii vestri invenitur voluntas vestra. Ecce ad lites et contenciones ieiunatis et percutitis pugno impie et omnes debitores vestros repetitis. Neque enim qui debitori suo hoc quod dedit repetit aliquid iniustum facit, sed dignum est (ut) quisquis se in penitencia macerat eciam hoc quod sibi iuste competit interdicat. Sic ergo nobis afflictis et penitentibus a deo dimittitur quod iniuste egimus si pro amore illius et hoc quod nobis iuste competit relaxamus. Prestante domino nostro Ihesu Christo.

Secundum Lucam

In illo tempore designavit dominus Ihesus et alios septuaginta duos et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione

Dominus et salvator noster fratres karissimi aliquando nos sermonibus aliquando operibus admovet. Ipsa etenim facta eius precepta sunt, quia dum aliquid tacitus facit quid agere debeamus innotescat. Ecce enim binos in predicacione discipulos mittit, quia duo sunt precepta caritatis, videlicet amor dei et proximi, et minus quam inter duos caritas haberi non potest. Nemo enim proprie ad semetipsum habere caritatem dicitur, sed dilectione se in alterum tendit ut esse caritas possit. Ecce binos ad predicandum dominus discipulos mittit, quatinus hoc nobis tacitus innuat, quia qui caritatem erga alterum non habet predicacionis officium suscipere nullatenus debet. Bene autem dicitur quia misit eos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus. Predicatores enim suos dominus sequitur, quia predicacio prevenit et tunc ad mentis nostre habitaculum dominus venit quando verba exhortacionis precurrunt, atque per hec veritas in mente suscipitur. Hinc namque eisdem predicatoribus Ysaias dicit: Parate viam domini, rectas facite semitas dei nostri. Hinc eis psalmista ait: Iter facite ei qui ascendit super occasum. Super occasum dominus namque ascendit, quia unde in passione occubuit, inde maiorem suam gloriam resurgendo manifestavit. Super occasum videlicet ascendit, quia mortem quam pertulit resurgendo calcavit. Ei ergo qui ascendit super occasum iter facimus cum nos eius gloriam vestris mentibus predicamus, ut eas et ipse postveniens per amoris sui presenciam illustret. Quid dicat audiamus: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis ut mit-

tat operarios in messem suam. Ad
messem multam operarii pauci sunt.
Quod sine gravi merore loqui non
possumus. Quia et si sunt qui bo
na audiant desunt qui dicant.
Ecce mundus sacerdotibus plenus
est. Sed tamen in messe dei rarus val
de reperitur operator. Quia officium sacer
dotale quidem suscepimus. Sed opus
officii non implemus. Sed pensate
fratres mei / pensate quod dicitur. Rogate
dominum messis ut mittat operarios
in messem suam / vos pro nobis
petite ut digna vobis operari vale
amus. ne ab exhortatione lingua
torpeat ne postquam predicationis lo
cum suscepimus apud iustum iu
dicem nos nostra taciturnitas ac
cuset. Sepe enim pro sua nequicia pre
dicancium restringitur lingwa. Sepe
vero ex subiectorum culpa agitur
ut eis qui presunt predicacionis ser
mo subtrahatur. Ex sua quippe
nequicia predicantis lingwa restrin
gitur. sicut psalmista ait. Pecco
ri autem dixit deus / quare tu enar
ras iusticias meas. Et rursum
ex vicio subiectorum vox predican
cium prohibetur. Sicut ad Ezechielem
dominus dicit. Lingwam tuam adhere
re faciam palato tuo. et eris mu
tus. nec quasi vir obiurgans quia
domus exasperans est. Ac si aperte
dicat. Idcirco tibi predicacionis ser
mo tollitur quia dum me in
suis actibus plebs exasperat. non
est digna cui exhortacio verita
tis fiat. Ex cuius ergo vicio predica
toris sermo subtrahatur non facile
agnoscitur / quia pastoris tacitur
nitas aliquando sibi / semper autem
subiectis noceat certissime scitur.
Sed utinam si ad predicacionis virtutem
non sufficimus. loci nostri officium

in innocencia vite teneamus. Nam
subditur. Ecce ego mitto vos sicut
agnos inter lupos. Multi autem cum re
giminis iura / ad lacerandos subditos / suscipiunt
inardescunt. Terrorem potestatis exhibent
et quibus prodesse debuerant nocent.
Et quia caritatis viscera non habent.
dominum videri appetunt patres se esse
minime recognoscunt. Humilitatis lo
cum in elacionem dominacionis inmutant.
Et si quando extrinsecus blandiuntur intrin
secus seviunt. De quibus alias veri
tas dicit. Veniunt ad vos in vesti
mentis ovium intrinsecus autem sunt
lupi rapaces. Contra que omnia con
siderandum nobis est quia sicut agni
inter lupos mittimur ut sensum
servantes innocencie morsum malicie
nota non habeamus. Qui enim locum predica locum
cionis suscipit mala inferre non
debet. sed tollerare. ut ex ipsa sua man
suetudine iram sevientium mitiget et
peccatorum vulnera in aliis ipse afflicti
onibus vulneratus sanet. Quem
et si quando zelus rectitudinis exigit ut
erga subiectos seviat furor ipse de
amore sit non de crudelitate quatenus
interdum et ius disciplinae foris disciplinae
exhibeat et intus paterna pietate
diligat quos foris quasi insequen
do castigat. Sed tunc bene rector ex
hibet cum se ipse diligere per amorem
privatum nescit cum nulla que mun
di sunt appetit cum terrene cupidita
tis honeribus nequaquam colla sup
ponit / Unde et subditur. Nolite por
tare sacculum neque peram neque cal
ciamenta. et neminem per viam salu
taveritis. Predicatori etenim tanta in
deo esse fiducia. ut presentis vite sum
tibus quamvis non provideat. tamen sibi
hos non deesse certissime sciat. Ne
dum mens eius occupatur ad tempora
lia minus aliis provideat eterna

Cum etiam per viam neminem salutare conceditur ut sub quanta festinatione iter praedicationis pergere debeat ostendatur. Quae si quis verba etiam per allegoriam velit et intelligi, in sacculo pecunia clausa est sapientia occulta. Qui igitur sapientiae verbum habet sed hoc erogare proximo negligit, quasi pecuniam in sacculo ligatam tenet. Unde scriptum est: Sapientia occulta et thesaurus occultus, quae utilitas in utrisque? Quid vero per peram nisi onera saeculi, et quid hoc loco per calceamenta nisi mortuorum operum exempla designantur? Qui ergo officium praedicationis suscipit, dignum non est ut onus saecularium negotiorum portet, ne dum hoc eius colla deprimit ad praedicanda caelestia non assurgat. Nec debet stultorum operum exempla conspicere, ne sua opera quasi ex mortuis pellibus credat munire. Sunt etenim multi qui pravitatem suam ex alienis pravitatibus tuentur. Quia enim alios talia fecisse considerant, se haec facere licere putant. Hi quid aliud faciunt nisi pedes suos ex mortuorum animalium munire pellibus conantur? Omnis vero qui salutat in via ex occasione salutat itineris, non ex studio optandae eiusdem salutis. Qui ergo non amore aeternae patriae sed praemiorum ambitu salutem audientibus praedicat, quasi in itinere salutat, quia ex occasione et non ex intentione salutem audientibus exoptat. Sequitur: In quamcumque domum intraveritis primum dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illam pax vestra; sin autem, ad vos revertetur. Pax quae ab ore praedicatoris offertur aut requiescit in domo si in ea filius pacis fuerit, aut ad eundem praedicatorem revertitur.

reuertitur

Quia aut erit quisquam praedestinatus ad vitam et caeleste verbum sequitur quod audit, aut si nullus audire voluerit, ipse praedicator sine fructu non erit, quia ad eum pax revertitur, quia ei a Domino pro labore sui operis merces recompensabitur. Ecce enim qui peram et sacculum portari prohibuit, sumptus et alimenta ex eadem praedicatione concedit. Nam sequitur: In eadem autem domo manete, edentes et bibentes quae apud eos sunt. Dignus est operarius mercede sua. Si pax nostra recipitur, dignum est ut in eadem domo maneamus, edentes et bibentes quae apud illos sunt, et ab eis terrena stipendia consequamur, quibus praemia patriae caelestis offerimus. Unde etiam Paulus haec ipsa pro minimo suscipiens dicit: Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum non est si nos carnalia vestra metamus. Et notandum quod subditur: Dignus est mercenarius mercede sua. Quia de mercede sunt operis ipsa alimenta sustentationis, ut hic merces de labore praedicationis inchoetur, quae illic de veritatis visione perficitur. Qua in re considerandum est quod uni nostro operi duae mercedes debentur, una in via, altera in patria; una quae nos in labore sustentat, alia quae nos in resurrectione remunerat. Merces itaque quae in praesenti recipitur hoc in nobis debet agere ut ad sequentem mercedem robustius tendatur. Verus ergo quisque praedicator non ideo praedicare debet ut in hoc tempore mercedem recipiat, sed ideo mercedem recipere ut praedicare subsistat. Quisquis namque ideo praedicat ut hic vel laudis vel muneris mercedem recipiat, aeterna procul dubio mercede se privat.

exempla

[illegible marginal note]

Quisquis vero vel ea que dicit
ideo placere hominibus appetit ut
dum placet quod appetitur per eadem dic-
ta non ipse sed dominus ametur vel id-
circo terrena stipendia in predicatione percipit
ne a predicationis voce per indi-
gentiam lassescat, hunc procul dubio
ad recipiendam mercedem nichil ob-
stat in patria quia sumptus sump-
sit in via. Sed quid nos, quod tamen
sine dolore dicere non possum, quid
nos pastores agimus qui et merce-
dem consequimur et tamen operarii
nequaquam sumus. Fructus quippe
sancte ecclesie in stipendio cottidi-
ano percipimus, sed tamen pro eterna ec-
clesia minime in predicatione labora-
mus. Pensemus cuius dampnaci-
onis sit sine labore hic percipere
mercedem laboris. Ecce ex oblatio-
ne fidelium vivimus, sed quid pro a-
nimabus fidelium laboramus. Illa
in nostrum stipendium sumimus que pro
redimendis peccatis suis fideles
obtulerunt, nec tamen contra peccata
eadem vel orationis studio vel predi-
cationis ut dignum est insudamus.
Vix pro culpa sua quempiam aperta
voce reprehendimus. Et adhuc quod
est gravius, aliquando si peccans in hoc
mundo potens sit, eius forsitan
et culpas laudamus, ut si adver-
setur per iracundiam munus subtrahat
quod impendebat. Sed denique si in con-
sideratione meminisse quod de quibusdam
in Osee scriptum est: Peccata populi mei co-
medunt. Cur autem peccata populi come-
dere dicuntur, nisi quia peccata delinquen-
cium fovent ne temporalia stipen-
dia amittant. Sed et nos qui ex
oblationibus fidelium vivimus
quas illi pro suis peccatis obtulerunt
si comedimus et tacemus, procul
dubio peccata manducamus. Pen-
semus ergo cuius sit apud deum criminis
precium peccatorum manducare et nichil con-
tra peccata predicando agere. Audia-
mus quid vir Job voce dicat: Si ad-
versum me terra clamat et cum ipsa sul-
ci eius deflent, si fructus eius come-
di absque pecunia. Terra etenim contra
possessorem suum clamat quando contra
pastorem suum iuste ecclesia murmu-
rat. Cuius etiam sulci deflent. Si cor-
da audiencium que precedenti sunt
prius predicationis voce et vigore
increpationis exarata videt aliquid
quod lugeant de vita pastoris sui.
videlicet terre fructus possessor bonus
sine pecunia non manducat, qui dis-
tus pastor prerogat talentum verbi ne
ad dampnationem suam de ecclesia sumat
stipendium alimenti. Tunc enim de terra
nostra cum pecunia fructus comedimus
quando sumentes ecclesiastica subsidi-
a in predicatione laboramus. Precones
namque venturi iudicis sumus. Quis
venturum ergo secuturi iudicem nunquam si preco ta- nunciet
cet. Proinde considerandum nobis est
ut in quantum valet quisque, in quantum
sufficiat, et terrorem venturi iudicis
et dulcedinem regni superni ecclesie
insinuare contendat. Et qui una
eademque exhortationis voce non
sufficiat simul cunctos admonere, debet
singulos in quantum valet instruere
privatis locutionibus edificare, ex- actoribus
hortatione simplici fructum filiorum
suorum cordibus querere. Debemus na-
que pensare continue quod sanctis apostolis dicitur et
per apostolos nobis: Vos estis sal terre.
Si igitur sal sumus, condire men-
tes fidelium debemus. Vos ergo qui pas-
tores estis pensate quia dei anima-
lia pascitis, de quibus pro suis animalibus
deo per psalmistam dicitur: Animalia

tia habitabunt in ea. Et sepe vi
demus quod petra salis brutis anima
libus ponitur ut eandem salis petram
lambere debeant et meliorari. Qua
si ergo inter bruta animalia petra salis
esse debet sacerdos in populis. Curare
namque sacerdotem necesse est que si
gulis dicat unumquemque qualiter
moneat ut quisquis sacerdoti
iungitur quasi ex salis tactu eterne
vite sapore condiatur. Sal etenim
terre non sumus si corda audientium
non condimus. Quod profecto condimen
tum ille veraciter proximo impendit
qui predicationis verbum non subtra
hit. Sed tunc vere aliis recta predica
mus si dicta rebus ostendimus
si nos ipsi divino amore compun
gimur et humane vite que sine
culpa nequaquam ducitur cotidia
nas maculas lacrimis lavamus.
Tunc autem de nobis vere compungi
mur si studiose priorum precedentium
facta pensamus ut ex consideratione //oculis
illorum gloria in oculis nostris nostra vita
sordescat. Tunc vere compungimur
cum precepta dei studiose perscrutamur
et per hoc proficere ipsi contendimus
per que iam profecisse novimus quos
veneramur. Hinc est enim quod Moy
si preceptum est Posuit et labrum eneum
in quo lavarentur Aaron et filii
eius cum ingrederentur in sancta sanctorum
quod fecit de speculis mulierum que
excubabant in hostio tabernaculi.
Labrum quippe eneum Moyses ponit
in quo sacerdotes lavari debent
et sancta sanctorum ingredi. Quia
lex dei prius nos lavari debere per
compunctionem precepit ut immundi
cia ad penetralia secretorum dei
mundicia non sit indigna. Quod bene
labrum de speculis mulierum perhibet
factum que ad tabernaculi hostium

incessanter excubabant. Specula
quippe sunt mulierum precepta dei in qui
bus se sancte anime semper aspiciunt
et si que in eis sunt feditatis macu
le deprehendunt cogitacionum vicia
corrigunt et quasi renitentes vul
tus velut ex reddita ymagine com
ponunt quia dum preceptis dominicis
solerter intendunt intenduntur procul
dubio vel quid in se celesti viro
placeat vel quid displiceat agnos
cunt. Que quamdiu in hac vita sunt
etiam tabernaculum nequaquam
ingredi possunt. Sed ad hostium
tabernaculi mulieres excubant quia
sancte anime etiam cum infirmita
te adhuc carnis gravantur amo
re tamen continuo ingressum eterni
introitus observant. Moyses ergo la
brum sacerdotibus de speculis mu
lierum fecit quia lex dei lavacrum
compunctionis peccatorum nostrorum macu
lis exhibet dum ea per que sanc
te anime sponso suo superno placue
runt intuenda nobis celestia pre
cepta prebet. Quibus si diligenter
intendimus interne nostre ymaginis
maculas videmus. Videntes vero
maculas in penitencie dolore com
pungimur. Compuncti vero quasi
in labro de speculis mulierum
lavamur. Est autem valde neces
sarium ut cum per nobis in compunc
tione afficimur eciam commissorum
nobis vitam zelemus. Sic ergo
amaritudo compunctionis affici
at ut tamen a proximorum custodia non
avertat. Quid enim prodest si aman
tes nosmetipsos relinquamus
proximos. Vel quid rursum prodest
si amantes vel zelantes proximos
relinquimus nosmetipsos. In orna
mento quippe tabernaculi bis
tinctus coccus offerri precipitur ut

cum dei oculos caritas una dei et proxi
mi amore colitur Ille autem vere se dili
git qui pure diligit auctorem Ver
go cunctis bisignitur qui contra se et
proximum ex amore veritatis animus
inflammatur Sed inter hec sciendum est
ut sic exercatur zelus rectitudinis
contra prava acta proximorum quatenus
in fervore districtionis nullo modo re
linquatur virtus mansuetudinis Ira
etenim sacerdotis nequaquam debet
esse preceps et fervida sed magis ex
consilii gravitate luctuenda Et por — similis gradu
tare igitur debemus quos corrigimus
et corrige quos portamus ne si ex
cessit vim defuit vel in fervore vel
in mansuetudine actio sacerdota
lis non sit Hinc namque est quod templi
ministerio in basibus templi sculptatorio
opere leones et boves et cherubin expres
sa sunt Cherubym quippe est plenitu
do scientie Sed quid est quod in basibus nec — templi
leones sine bobus nec boves sine le
onibus sunt Quid enim aliud desig
nant bases in templo nisi sacer
dotes in ecclesia qui dum sollicitudi
nis regiminis tollerant quasi more
basium superimpositum onus portant
In basibus igitur cherubym exprimuntur
quia decet nimirum ut sacerdotum
pectora plenitudine scientie sint referta
Per leones autem terror severitatis per
boves vero patientia mansuetudinis si
gnificatur Itaque in basibus nec leones
sine bobus nec boves sine leonibus
exprimuntur quia semper in sacerdotali
pectore cum terrore severitatis custodiri
debet virtus mansuetudinis ut
et eam mansuetudo condiat et ea
dem mansuetudinem ne forte dissolu
ta sit zelus districtionis accendat Sed
ista cur loquimur cum adhuc plerosque
gravari factis acrioribus inda
mus Vobis cum sacerdotibus lugens

loquor quia nonnullos cum tunc comperi
mus sacros ordinationes agimus
spiritualem gratiam vendere et de alienis
iniquitatibus cum peccati dampno ini
cum temporalia cumulare Cur ergo ad memo
riam vestram non redit quod vobis dominus per
apostolos dicat Gratis accepistis gra
tis date Cur non ante mentis ocu
los revocatis quod templum redemptor
noster ingressus cathedras venden
cium columbas evertit et nummulariorum
aes effudit Qui namque sunt in tem
plo dei hodie qui columbas vendunt
nisi qui in ecclesia precium de impositione
manuum gratiam accipiunt per quam vide
licet impositionem spiritus sanctus celitus datur
Columba ergo venditur quia manus
in ipso per quam spiritus sanctus accipitur ad
precium prebetur Sed redemptor noster ca
thedras vendencium columbas evertit
quia talium negociatorum sacerdotium vitiat
destruit Hinc est quod sacri canones
symoniacam heresim dampnant et eos
sacerdocio privari precipiunt qui de lar
giendis ordinibus precium querunt Ca
thedras ergo vendencium columbas ever
tit quando hii qui spiritualem gratiam vendunt
vel ante humanos vel ante dei oculos
sacerdocio privantur Et quidem multa sunt
prepositorum alia mala que humanos
modo oculos latent et plerumque se pas
tores sanctos hominibus exhibent atque in
occultis suis iniqui turpes ante interni
arbitri oculos non erubescunt
Veniet procul dubio ille dies nec longe est in
quo pastor pastorum appareat ut uni
cuiusque facta in publicum deducat
Et qui modo subditorum culpas per prepo
sitos ulciscitur tunc prepositorum mala
per semetipsum seviens dampnat Unde
et ingressus templum per se quasi fla
gellum de funiculis fecit et de domo
dei pravos negociatores eiciens cathe
dras vendencium columbas evertit

quia subditorum quidam culpas per
pastores pariunt. sed pastorum vita per
semetipsum perit. Ecce in hominibus
agite negari potest quod latenter. Ille autem iu-
dex venturus est cui tacendo quisque
se non potest celare. quem negando non
potest fallere. Est aliud fratres karissimi quod
me de vita pastorum vehementer affli-
git. Sed ne cui hoc iniuriosum videatur
fortasse quod assero me quoque pariter hom
accuso. Quamvis barbarici temporis necessita-
te compulsus valde in hys inuita
iaceo. Ad exteriora enim negocia dilap-
si sumus. et aliud ex honore suscepi-
mus. atque aliud officio actionis ex-
hibemus. Ministerium predicationis re-
linquimus. et ad penam nostram ut video
epi episcopi vocamur. qui honoris nomen
non virtutem tenemus. Relinquunt namque
deum hii qui nobis commissi sunt. et ta-
cemus. in pravis iacent. et correc-
tionis manum non tendimus. Cottidi-
e per multas nequicias pereunt. et eos
ad infernum tendere negligenter videmus.
Sed quando nos vitam corrigere valeamus
negligi alienam qui corrigimus nostram.
Curis enim secularibus intenti tanto
insensibiliores intus efficimur quan-
to ad ea que foris sunt studiosiores
videmur. Usu quippe cure terrene a
celesti desiderio obdurescit animus. et
dum ipso suo usu durus efficitur
per actionem seculi ad ea emolliri non
valet que pertinent ad caritatem dei.
Unde bene sancta ecclesia de membris suis in-
firmantibus dicit. Posuerunt me cus-
todem in vineis. vineam meam non
custodivi. Vinee quippe nostre actiones
sunt. quas usu cottidiani laboris
excolimus. Sed custodes in vineis po-
siti nostram vineam minime custodimus
quia dum extraneis actionibus implica-
mur. ministerium actionis nostre negli-
gimus. Nullum puto fratres karissimi ab

aliis maius preiudicium quam a sacer-
dotibus tolerat deus. quando eos quos
ad aliorum correctionem posuit dare de
se exempla pravitatis cernit. Quando ipsi
peccamus qui compescere peccata debui-
mus. Plerumque quod est gravius sacer-
dotes que propria dare debuerant etiam
aliena diripiunt. plerumque si quos
humiliter si quos continenter vivere
conspiciunt irrident. Considerate ergo
quid de gregibus agitur quando lupi pas-
tores fiunt. Hii enim custodiam gregis
suscipiunt qui insidiari gregi domi-
nico non metuunt. contra quos dei
greges custodiri debuerunt. Nulla a-
nimarum lucra querimus ad nostra
predic studia cottidie vacamus. Terrena
concupiscimus. humanam gloriam
intenta mente captamus. Et quia
eo ipso quo ceteris prelati sumus ad
agenda quelibet maiorem licenciam
habemus. suscepte benedictionis ministe-
rium vertimus ad ambicionis argumen-
tum. Dei causam relinquimus ad ter-
rena negocia vacamus. locum sanc-
titatis accipimus et terrenis actibus
implicamur. Impletum est profecto
quod scriptum est. Et erit sicut populus
sic sacerdos. Sacerdos enim non dis-
tat a populo quando nullo vite merito vul-
gi transcendit actionem. Imploremus
Ieremie lacrimas considerans mortem
nostram et deplorans dicit. Quomodo
obscuratum est aurum mutatus
est color optimus. dispersi sunt la-
pides sanctuarii in capite omnium pla-
tearum. Aurum quippe obscura-
tum est. quia sacerdotum vita quon-
dam per gloriam virtutum clara nunc
per actiones infimas ostenditur re-
proba. Color optimus est mutatus
quia ille sanctitatis habitus per ter-
rena et abiecta opera ad ignominiam
despectionis venit. Lapides vero

sanctuarii insignia habebant nec
fulgebant in summi sacerdotis
pectore nisi cum sancta sanctorum [secreto]
ingrediens in secreto sui conditoris
appareret. Nos ergo sumus filii san-
ctuarii, nos sumus lapides sanctuarii
qui apparere debemus semper in secre-
to, quos numquam necesse est foris con-
spici, id est numquam in exterioribus actibus
videri. Sed dispersi sunt lapides sanctua-
rii in capite omnium platearum, quia
hii qui per vitam et orationem intus
semper esse debuerant, per vitam reprobam
foris inhiant. Ecce iam pene nulla
est seculi actio quam sacerdotes administrent. Unde [quam sacerdotes]
ergo in sancto habitu constituti exteri-
ora sunt que exhibent, quasi sanctuarii
lapides foris iacent. Quia enim
greca voce platea a latitudine vo-
catur, sanctuarii lapides in plateis
sunt, cum religiosi quique lata mun-
di itinera sectantur. Nec solum in pla-
teis sed et in capite platearum disper-
si sunt, quia et per desiderium huius
mundi opera peragunt et tamen de reli-
gioso habitu culmen honoris que-
runt. In capite ergo platearum disper-
si sunt, quia et iacent per industri-
am operis et honorem volunt d'y-
gine sanctitatis. Quanto autem mun-
dus gladio feriatur aspicitis, quibus
cottidie percussionibus intereat po-
pulus videtis. Cuius hoc nisi no-
stro precipue peccato agitur? Ecce depo-
pulate urbes, eversa castra, ecclesie
ac monasteria destructa, in solitu-
dinem agri redacti sunt. Sed
nos pereunti populo auctores mortis
existimus, qui esse debuimus du-
ces ad vitam. Ex nostro etenim peccato
populi turba prostrata est, quia faciente
nostra negligentia ad vitam erudi-
ta non est. Quid autem animas homi-
num nisi cibum dei dixerim, que ad

hoc sunt condite ut in eius corpus [corpe] traicia-
tur, id est ut in eterne ecclesie augmentum ce- [gloe]
dant. Sed huius cibi condimentum
nos esse debuimus. Sicut enim paulo
superius prefati sumus, missis predicatoribus
dicitur: Vos estis sal terre. Si igitur cibus
dei est populus, condimentum cibi sacerdo-
tes esse debuerunt. Sed dum nos
ab orationis et eruditionis usu ces-
samus, sal infatuatum est, quod condi-
re non valet cibos dei. Et ideo ab
auctore non sumitur, quia exigente fatu-
itate nostra minime conditur. Pensemus
ergo quis nostrum per linguam suam con-
versus, quis de perverso suo opere nostra in-
crepatione correctus penitentiam egerit;
quis luxuriam ex nostra eruditione de-
seruit, quis avariciam, quis superbiam
declinavit. Pensemus quid lucri deo fe-
cimus nos qui accepto talento ab
eo ad negotiandum missi sumus. Etenim
dicitur: Negotiamini dum venio. Ecce
iam venit, ecce de nostro negotio lucra
requirit. Quale ei animarum lucrum de nostra
negotiatione monstrabimus? Cum eius con-
spectui animarum manipulos de predicati-
onis nostre segete illaturi sumus? Po-
namus ante oculos nostros illum
tante districtionis diem, quo iudex
veniet et rationem cum servis quibus talen-
ta tradidit ponet. Ecce in maiesta-
te terribili inter angelorum atque archan-
gelorum choros videbitur. In illo tan-
to examine electorum omnium et multitu-
do reproborum deducetur, et unusquisque
quid sit operatus ostendetur. Ibi Petrus
cum Iudea conversa, quam post se traxit,
apparebit. Ibi Paulus conversum ut ita
dixerim mundum ducens. Ibi Andreas
post se Achaiam, ibi Iohannes Asiam, Tho-
mas Indiam in conspectu sui iudicis con-
versum ducet. Ibi omnes dominici gre-
gis arietes cum animarum lucris appare-
bunt, qui sanctis suis predicationibus

deo post se subditum gregem ducunt.
Cum igitur tot pastores cum gregi
bus suis ante eterni pastoris oculos
venerint quid nos miseri dicturi
sumus qui ad dominum nostrum post negotium
negotium vacui redimus qui pastorum
nomen habuimus. Hic pastores vocati
sumus et ibi gregem non ducimus
et oves quas ex nutrimento nostro
debeamus non ostendere non habemus. Sed
numquid si nos negligimus omnipotens deserit
oves suas nullo modo. Nam ipse eas
sicut per prophetam pollicitus est per semet
ipsum pascet. Omnesque quos praedesti
navit ad vitam flagellorum stimu
lis compunctionis spiritu erudit et
per nos quidem fideles ad sanctum
baptisma veniunt nostris precibus bene
dicuntur per impositionem nostrarum
manuum a deo spiritum sanctum percipiunt.
Atque ipsi ad regnum celeste pertingunt.
Et ecce nos per negligentiam nostram
deorsum tendimus. Ingrediuntur
electi sacerdotum manibus expiati
celestem patriam et sacerdotes ipsi per
vitam reprobam ad inferni supplicia
festinant. Cui ergo rei cui similes
dixerim sacerdotes malos nisi a
que baptismatis que peccata baptiza
torum diluens illos ad regnum cele
ste mittit et ipsa postea in cloacas
descendit. Timeamus hoc fratres
karissimi conveniat actioni nostre
ministerium nostrum. De peccatorum nostrorum
cottidie relaxatione cogitemus
ne nostra vita peccatis obligata tenea
tur per quam omnipotens deus cottidie
alios solvit. Consideremus sine cessa
tione quid sumus pensemus pon
dus quod suscepimus faciamus cot
tidie nobiscum rationes quas cum
nostro iudice habeamus. Et sic de
bemus agere nostri curam ut non ne
gligamus curam proximi ut quisquis

quis ad nos iungitur ex lingue no
stre sale condiatur. Cum luxurie
quempiam et lubricitati videmus ad
monendus est ut coniugio refre
nare debeat iniquitatem suam
quatinus per hoc quod licet discat superare
quod non licet. Cum coniugatum videmus
admonendus est ut sic exerceat cu
ram seculi ne postponat amorem
dei. Sic placeat voluntati coniugis
ut non displiceat conditoris. Cum
clericum videmus admonendus est
quatinus sic vivat ut exemplum
vite secularibus prebeat ne si quid de
iuste in illo reprehenditur ut eius
vitio ipsa religionis nostre estima
tio conteratur. Cum monachum vi
demus admonendus est ut reveren
ciam habitus sui in actu in locu
tione in cogitatione sua semper
circumspiciat ut ea que mundi sunt
perfecte deserat. Et quod ante huma
nis oculis habitu hoc ante dei
oculos moribus pretendat. Iste vero
qui iam sanctus est admoneatur. Ille
vero qui adhuc iniquus est admo
neatur ut se corrigat quatinus
quisquis ad sacerdotem se iunxerit
ex sale sermonis illius conditus
recedat. Hec fratres karissimi vobiscum
solliciti cogitate hec proximis ve
stris impendite omnipotenti deo
fructum vos reddere de negotio quod ac
cepistis parate. Sed ista que dicimus
melius apud vos orando quam
loquendo obtinebimus. Oremus.
Deus qui nos pastores in populo vo
care voluisti presta quesumus ut hoc quod
humano ore dicimur in tuis esse
valeamus. Per dominum nostrum Iesum Christum. Secundum
Iohannem.
In illo tempore dicebat
Ihesus turbis Iudeorum. Quis
ex vobis arguet me de peccato? Si
veritatem dico quare vos non

studeat

crescat

recedat

solvit

creditis michi. Qui est ex deo verba dei audit, propterea non auditis quia ex deo non estis. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione

Pensate fratres karissimi mansuetudinem dei. Relaxare peccata venerat et dicebat: Quis ex vobis arguet me de peccato. Non dedignatur ex racione ostendere se peccatorem non esse qui ex virtute divinitatis poterat peccatores iustificare. Si veritatem dico quare vos non creditis michi. Quare nisi quia filii dyaboli estis, non veritatis filii non natura sed imitacione. Creatura namque dei erant. Ipse est creator carnis et anime. Vicio imitatores erant dyaboli. Sed terribile est valde quod subditur: Qui est ex deo verba dei audit, propterea vos non auditis quia ex deo non estis. Si enim ipse verba dei audit qui ex deo est, et audire verba eius non potest quisquis ex illo non est, interroget se unusquisque si verba dei in aure cordis percipit et intelliget unde sit. Celestem patriam desiderare veritas iubet, carnis desideria conterere, mundi gloriam declinare, aliena non appetere, propria largiri. Penset ergo apud se unusquisque vestrum si hec vox dei in cordis eius aure convaluit, et quia iam ex deo sit agnoscat. Nam sunt nonnulli qui precepta dei nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt nonnulli qui hec quidem aure corporis percipiunt, sed nulla ea mentis desiderio complectuntur. Et sunt nonnulli qui libenter verba dei suscipiunt ita ut etiam in fletibus compungantur, sed post lacrimarum tempus ad iniquitatem redeunt. Hii profecto verba dei non audiunt, quia hec exercere in opere contempnunt. Vitam ergo vestram fratres karissimi ante oculos mentis revocate et alta consideracione pertimescite hoc quod ex ore veritatis sonat: Propterea vos non auditis quia ex deo non estis. Sed hoc quod de reprobis veritas loquitur, ipsi hoc de semetipsis reprobi iniquis suis operibus ostendunt. Nam sequitur: Responderunt Iudei et dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos quia samaritanus es tu et demonium habes. Accepta autem tanta contumelia quid dominus respondeat audiamus. Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum et vos inhonorastis me. Quia enim samaritanus dicitur custos, et ipse veraciter custos est de quo psalmista ait: Nisi dominus custodierit civitatem, in vanum vigilavit qui custodit eam. Et cui per Ysaiam dicitur: Custos quid de nocte. Respondere noluit dominus: Samaritanus non sum, sed: Ego demonium non habeo. Duo quippe ei illata fuerant: unum negavit, aliud tacendo consensit. Custos namque humani generis venerat, et si samaritanum se non esse diceret, se custodem negaret. Tacuit quod recognovit, et pacienter repulit quod dictum fallaciter audivit, dicens: Ego demonium non habeo. In quibus verbis quid aliud nisi superbia nostra confunditur. Que si exagitata vel leviter fuerit, acriores iniurias reddit quam accepit. Facit mala que potest, minatur etiam que facere non potest. Ecce iniuriam suscipiens deus non irascitur, non contumeliosa verba respondit. Qui si eisdem ista dicentibus respondere voluisset

a // [illegible] quod deum nescivit.
[illegible] famulos suos venantur
et nondum [illegible] videt eos dominus
apta [illegible] impugnat ac de resistere

Demonium vos habetis. Verum pro
fecto dicerent quia nisi repleti de
monio fuissent tam perverse de deo loqui
non possent. Sed accepta iniuria e
tiam quod verum erat dicere veritas
noluit ne non dixisse veritatem
sed provocatus contumeliam
reddidisse videretur. Ex qua re quid
nobis innuitur nisi ut eo tempore
quo a proximis ex falsitate contu
melias accipimus eorum etiam vera
mala taceamus ne ministerium
iuste correctionis in arma verta
mus furoris. Sed quia omnes qui
dei zelo utuntur a pravis homini
bus dehonestantur in semetipso
dominus nobis paciencie prebuit ex
emplum qui ait Ego honorifico
patrem meum et vos inhonorastis
me. Sed quid nobis ad ista facien
dum sit adhuc exemplo nos
ammonet cum subiungit Ego
autem non quero gloriam meam est qui
querat. Scimus certe quia scriptum
est quia pater omne iudicium dedit
filio et tamen ecce idem filius
iniurias accipiens gloriam suam
non querit. Illatas contumelias
patri iudicandas reservat ut nobis
profecto insinuet quantum nos pa
cientes esse debemus dum se ad
huc ulcisci non vult et ipse qui iudi
cat. Cum vero malorum perversitas
crescit non solum frangi predica
cio non debet sed etiam augeri. Quod
suo nos dominus exemplo admonet
qui postquam habere demonium dictus
est predicacionis sue beneficia lar
gius impendit dicens Amen
amen dico vobis si quis sermo
nem meum servaverit non videbit
mortem in eternum. Sed sicut bonis
necesse est ut meliores etiam per con
tumelias existant ita semper

reprobi de beneficiis peiores fiunt.
Nam accepta predicacione iterum
dicunt Nunc cognovimus quia de
monium habes. Quia enim eter
ne morti inheserant et eandem mor
tem cui inheserant non videbant
dum solam mortem carnis asp
icerent in veritatis sermone calig
abant dicentes Abraham mortu
us est et prophete et tu dicis Si quis
sermonem meum servaverit mortem in eternum non
gustabit mentitur. Quem et ipsi pec
cati eundem Abraham et prophetas
quasi venerantes preferunt. Sed
a apta nobis dominus resistere et ter
b sectanti non desinit voce predica
re dicens Abraham pater noster
exultavit ut videret et vidit et gavisus
est. Tunc quippe diem domini Abra
ham vidit cum in figura summe
trinitatis tres angelos suscepit.
Quibus profecto susceptis sic tribus
quasi uni locutus est. Quia et
si in personis numerus trinitatis est in
natura unitas divinitatis. Sed
carnales mentes audiencium
oculos a carne non sublevant
in eo solam carnis etatem pen
sant dicentes Quinquaginta
annos nondum habes et Abra
ham vidisti. Quos benignus re
demptor noster a carnis sue
intuitu submovet et ad divinitatis
contemplacionem trahit dicens
Amen amen dico vobis antequam
Abraham fieret ego sum. Ante
enim preteriti temporis est sum presentis
et quia preteritum tempus et futurum
divinitas non habet sed semper esse
habet non ait ante Abraham ego
fui sed ante Abraham ego sum. Unde
et ad Moysen dicitur Ego sum
qui sum et dices filiis Israel Qui
est misit me ad vos. Ante ergo

et post Abraham fuit quia et ante
exire potuit per exhibitionem presenti
ae et redire per cursum vite. Veri
tas vero semper esse habet. Cui quia
quam nec prioribus temporibus incipitur
nec subsequentibus terminatur. Sed sus
tinere ista eternitatis verba mentes in
fidelium non valentes ad lapides
currunt. Et quem intelligere non
poterant obruere querebant. Quid
autem contra furorem lapidan
cium dominus fecerit ostenditur cum
protinus subinfertur. Ihesus
autem abscondit se et exivit de tem
plo. Mirum valde est fratres karissimi
cur persecutores suos dominus sese ab
scondendo declinavit qui si divini
tatis sue potenciam exercere voluisset
tacito nutu mentis in suis eos
ictibus ligaret aut in penam su
bite mortis obrueret. Sed quia pati
venerat exercere iudicium nolebat.
Certe sub ipso passionis tempore
et quantam potenciam ostendit et in
hoc ad quod venerat pertulit. Nam
cum persecutoribus suis se queren
tibus diceret Ego sum sola hac
voce superbiam eorum perculit et eos
in terram stravit. Qui ergo hoc in
loco potuit manus lapidancium
non se abscondendo evadere cur
abscondit se nisi quia homo inter
homines factus redemptor noster
alia nobis verbo loquitur alia
exemplo. Quid vero aliud nobis hic exem
plo loquitur nisi ut etiam cum re
sistere possumus iram superbientium
humiliter declinemus. Unde et per
paulum dicitur Date locum ire.
Quanta humilitate nam proximi
ferre debeat pensandum nobis si furo
res nascentium se abscondendo de
clinavit deus. Nemo ergo contra
acceptas contumelias erigatur

Nemo convicium convicio reddat.
Imitacione etenim dei gloriosius est in
iuriam tacendo fugere quam re
spondendo superare. Sed contra hoc su
perbia dicit in corde. Turpe est ut
acceptas iniurias taceas. Quisquis
conspicit quia contumeliam accipis
et taces non putat quia pacienciam
exhibes sed timorem agnoscit. Sed unde
vox ista in corde nostro contra pacien
ciam nascitur nisi quia in imis cogi
tacionem figimus. Et in terra gloriari
querimus placere ei qui nos de celo
conspicit non curamus. Acceptam er
go contumeliam meditemur in ope
vocem dei. Ego non quero gloriam
meam. est qui querat et iudicet. Hoc Ihesus ab
autem quod de domino scriptum est abscondit
se intelligi et aliter potest. Multa quip
pe moraliter predicaverat sed predicacio
nis eius verba deridebant. deterio
res etiam et ex predicacione facti sunt
qui usque ad iaciendos lapides per
venerunt. Et quid abscondendo se
dominus signat nisi quod eis ipsa veri
tas absconditur qui eius sequi ver
ba contempnunt. Veritas quippe quam
non invenit humilem mentem fugit
mentem. Et quam multi sunt hodi
e qui iudeorum duriciam detestantur
quia predicacionem domini audire
noluerunt. et tamen quales illos ar
guunt fuisse ad fidem tales ipsi
sunt ad opera. Precepta dei audi
unt miracula cognoscunt sed con
verti a suis pravitatibus renuunt.
Ecce vocat et redire nolumus. Ex
pectat sustinet et eius pacienciam dissi
mulamus. Dum ergo tempus est fratres
pravitatem suam unusquisque de
serat dei pacienciam pertimescat ne quam
modo negligendo despiciat venire postmo
dum evadere nequaquam possit. Dominica

In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis. Matheum

parabolam hanc Simile est regnum
celorum homini patrifamilias qui exiit
primo mane conducere operarios in vi-
neam suam Conuencione autem
facta cum operariis ex denario diur-
no misit eos in vineam suam Et reliqua

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione

In explanacione sua multa ad
loquendum sancti evangelii leccio
postulat quam volo si possum
sub brevitate perstringere ne uos et
extensa processio et plura exposi-
cio videatur onerare. Regnum
celorum patrifamilias simile dicitur
qui ad excolendam vineam suam
operarios conducit Quis vero patris
familias similitudine rectius te-
net quam conditor noster qui regit
quos condidit et electos suos sic
in hoc mundo possidet quasi subiec-
tos dominus in domo Qui habet vi-
neam videlicet vniuersalem sanctam ecclesiam
que ab Abel iusto usque ad ultimum
electum qui in fine mundi nasciturus
est quot sanctos protulit quasi
tot palmites misit. hic itaque pa-
terfamilias ad excolendam vineam
suam mane hora tercia sexta nona
et undecima operarios conducit
quia a mundi huius inicio usque ad
finem ad erudiendam plebem fidelium
predicatores congregare non desti-
tit Mane etenim mundi fuit ab Adam
usque ad Noe. hora vero tercia a Noe
usque ad Abraham. sexta autem est
ab Abraham usque ad Moysen Nona
autem a Moyse usque ad adventum
domini. Vndecima vero ab adventu
domini usque ad finem mundi. in qua pre-
dicatores sancti apostoli missi sunt
plena [illegible] qui mercedem [illegible] sed tarde uenien-
tes acceperunt. ad erudiendam ergo
deus plebem suam nullo tempore desti-
tit operarios mittere quia et prius

per patres et post modum per legis doc-
tores et prophetas ad extremum vero
per apostolos dum plebis sue mores
excoluit quasi operarios in vinee
cultura laborauit Quamuis in quo-
libet modulo vel mensura quis-
quis cum fide recta bone actionis exti-
tit huius vinee operarius sit. Opera-
tor ergo mane hora tercia sexta et
nona antiquus ille et hebraicus
populus designatur qui in electis suis
ab ipso mundi exordio dum recta
fide deum studuit colere quasi non
destitit in vinee cultura laborare.
Ad undecimam vero gentiles vocantur
quibus et dicitur Quid hic statis
tota die ociosi Qui enim transacto
tam longo mundi tempore pro vita su-
a laborare neglexerant quasi to-
ta die ociosi stabant. Sed pensate
fratres quid inquisiti respondeant
Dicunt ei Quia nemo nos con-
duxit Nullus quippe ad eos pa-
triarcha nullus propheta venerat Et
quid est dicere ad laborem nemo
nos conduxit nisi uite nobis vias
nullus predicauit Quid ergo nos a
bono opere cessantes in excusacio-
ne nostra dicturi sumus qui pene
a matris utero ad fidem venimus
qui verba ab ipsis cunabulis au-
diuimus qui ab uberibus sancte
ecclesie potum superne predicacionis
sumpsimus cum lacte carnis.
Possumus et easdem diuersitates
horarum eciam ad vnumquemque homi-
P etatum nem momenta distinguere Mane
quippe intellectus nostri puericia est
hora autem tercia adolescencia intel-
ligi potest quia quasi iam sol in al-
tum proficit dum calor etatis cres-
cit Sexta vero iuventus est quia
velut in centro sol figitur dum
ea plenitudo roboris solidatur

Nona autem senectus intelligitur
in qua sol quasi ab alto axe de
scendit quia etas a calore defic[it]
Undecima vero hora est ea etas que
decrepita vel veterana dicitur
Unde et greci valde seniores non
gerontas sed presbiteros appellant
ut plusquam senes esse insinuent
quos provectiores vocant Quia ergo
ad vitam bonam alius in pueritia
alius in adolescentia Alius iu
ventute alius in senectute alius
in decrepita etate perducitur quasi
diversis horis operarii ad vineam
vocantur Mores ergo vestros fratres
aspicite et si iam dei operarii estis
videte Penset unusquisque quod
agat et consideret si in [dni] vinea
laboret Qui enim in hac vita ea
que sua sunt querit ad domini vine
am non venit Illi namque domino la
borant qui non sua sed lucra domini
ca cogitant qui zelo caritatis stu
dio pietatis inserviunt animabus
lucrandis invigilant perducere et
alios secum ad vitam festinant
Nam qui sibi vivit qui carnis
sue voluptatibus pascitur recte
ociosus redarguitur quia fructum
divini operis non sectatur Qui vero
ad etatem ultimam deo vivere ne
glexerit quasi usque ad undecimam [otiosus stetit unde recte usque ad undecimam]
torpentibus dicitur Quid hic sta
tis tota die ociosi Ac si aperte di
catur Et si deo vivere in pueri[ci]
a et iuventute noluistis saltem
ad ultimam etatem resipiscite et
ad vias vite iam laboraturi es
tis vel sero venite Et tales ergo
paterfamilias vocat et plerumque ante
remunerantur quia prius ad regnum
de corpore exeunt quam hii qui in
puericia vocati esse videbantur
An non ad undecimam venit la

tro qui et si non habuit per etatem
habuit tamen sero per penam qui deum
in cruce confessus est et pene cum
voce sententie spiritum exalavit vite A
novissimo autem reddere denarium
paterfamilias cepit quia ad paradi
si requiem prius latronem quam petrum
perduxit Quanti patres ante legem
quanti sub lege fuerunt et tamen hii qui in do
mini adventu vocati sunt ad celo
rum regnum sine aliqua tarditate per
venerunt Eundem ergo denarium ac
ceperunt qui laboraverunt ad un
decimam quem expectaverunt toto desiderio
qui laboraverunt ad primam Quia
equalem vite eterne retribucionem sorti
ti sunt cum hiis qui a mundi inicio [vocati]
fuerunt hii qui in mundi fine ad
dominum venerunt Unde et hii qui in la
bore precesserant murmurantes dicunt
hii novissimi una hora fecerunt
[illos] et pares nobis fecisti qui portavimus
pondus diei et estus Pondus enim
diei et estus portaverunt hii quos a
mundi inicio quia diu hic contigit
vivere necesse fuit carnis longiora car
nis temptamenta tollerare Unicui
que enim diei pondus et estus ferre
est per longioris vite tempora carnis
sue calore fatigari Sed queri potest
cur murmurasse dicti sunt qui
saltem sero ad regnum vocantur
Celorum etenim regnum nullus mur
murans accipit nullus qui acci
pit murmurare potest Sed quia anti
qui patres usque ad adventum domini
quamlibet iuste vixerunt ducti ad regnum
non sunt nisi ille descenderet qui
paradisi claustra hominibus interposici
one sue mortis aperiret Eorum hoc ip
sum murmurasse est quod et recte
pro percipiendo regno vixerunt et tamen
diu ad percipiendum regnum dilati
sunt Quos enim post perpetratam iusticiam

inferni loca quamvis tranquilla subie-
runt eius profecto et laborasse
fuit in vinea et murmurasse. Quod
si ergo post murmurationem denari-
um accipiunt qui post longa infer-
ni tempora ad gaudia regni pervenerunt.
Nos autem qui ad undecimam venimus
post laborem non murmuramus et denarium accipimus. Quia
post mediatoris adventum in hoc
mundo venientes ad regnum duci-
mur mox ut de corpore eximus
et illud sine mora percipimus quod
antiqui patres cum magna dilatio-
ne percipere meruerunt. Unde et eisdem
paterfamilias dicit: Volo et huic
novissimo dare sicut et tibi. Et
quia ipsa regni perceptio huius boni-
tatis voluntatis est, recte subiun-
gitur: Aut non licet michi quod ve-
lo facere? Stulta enim conquestio
hominis est contra benignitatem
dei. Conquerendum quippe esset non si
daret quod non deberet, sed si non da-
ret quod deberet. Unde aperte subdi-
tur: An oculus tuus nequam est quia
ego bonus sum? Nemo autem se de
opere, nemo de tempore extollat, cum hac
expleta sententia subsequens veritas
clamet: Sic erunt novissimi primi
et primi novissimi. Ecce enim etsi
iam scimus que et quanta bona e-
gimus, adhuc supernus iudex qua
subtilitate hec examinet ignoramus.
vel studendum Et quidem gaudendum cuique summo-
pere est in regno dei esse vel ultimum. E
Sed post hec terribile est valde quod sequitur:
Multi vero sunt vocati, pauci vero
electi. Quia ad fidem plures ve-
niunt et ad celeste regnum pauci
perducuntur. Ecce enim ad hodiernam
festivitatem quam multi convenimus,
ecclesie parietes implemus, sed tamen
quis sciat quam pauci sunt qui in

illo electorum dei grege numerentur.
Ecce vox omnium Christum clamat, sed vita
omnium non clamat. Plerique deum voci-
bus sequuntur, moribus fugiunt.
Hinc enim ad Titum Paulus dicit: Qui
confitentur se nosse deum, factis
autem negant. Hinc Iacobus ait:
Fides sine operibus ociosa est. Hinc
per psalmistam dominus dicit: Annunciavi
et locutus sum, multiplicati sunt
super numerum. Vocante autem domino super
numerum multiplicantur fideles, quia
nonnumquam etiam hii ad fidem veniunt
qui ad electorum numerum non pertingunt. Hii
enim fidelibus per confessionem admi-
xti sunt, sed propter vitam reprobam illic
numerari in sorte fidelium non meren-
tur. Hoc ovile sancte ecclesie edos cum
//evangelio agnis recipit, sed attestante // cum iu-
dex venerit bonos a malis separat
sicut pastor segregat oves ab edis.
Neque enim possunt qui hic carnis
sue voluptatibus serviunt illic in
ovium grege numerari. Illic enim a sor-
te humilium iudex separat qui se hic
in superbie cornibus exaltant.
Regnum celorum percipere nequeunt qui
hic et in celesti fide positi toto desi-
derio terrena querunt. Et multos
tales intra ecclesiam fratres karissimi cer-
nitis, sed eos nec imitari nec desperare
debetis. Quid enim sit hodie aspi-
cimus, sed quid cras futurus sit unus-
quisque nescimus. Plerumque qui et
post nos venire cernitur per agilita-
tem nos boni operis antecedit. Et
vix cum cras sequimur quem hodie
preire videbamur. Certe cum Steffa-
nus pro fide moreretur, Saulus vestimen-
ta lapidancium servabat. Omnium ergo ma-
nibus ipse lapidavit qui ad lapi-
dandum omnes exertos reddit. Et tamen
eundem ipsum in sancta ecclesia labori-
bus antecessit quem persequendo martirem

tionem fecit. Duo ergo sunt que sollicite
pensare debemus. Quia enim mul-
ti vocati sunt, pauci electi, sunt p-
rimum est ut de se nemo quisque pre-
sumat, quia etsi iam ad fidem vo-
catus est, utrum perhenni regno dig-
nus sit nescit. Secundum vero est ut unusquisque
quem proximum quem fortasse iacere in vi-
tiis conspicit desperare non audeat,
quia divine misericordie divitias ignorat.
Rem fratres quam nuper contigit refero,
ut si vos peccatores esse ex corde con-
spicitis, omnipotentis dei misericordiam
plus ametis. Triennium ferme anno
in monasterio meo quod iuxta beato-
rum martyrum Iohannis et Pauli ecclesiam
situm est, frater quidam ad conver-
sionem venit, devote susceptus
est, sed ipse devotius conversatus. Hunc
ad monasterium frater suus corpo-
re non corde secutus est. Nam val-
de conversionis vitam et habitum de-
testans in monasterio ut hospes
habitabat, et monachorum vi-
tam moribus fugiens, recedere
a monasterii habitatione non po-
terat, quia quid vel ageret
vel unde viveret non habebat.
Erat eius pravitas cunctis onero-
sa, sed hunc equanimiter omnes
pro fratris eius amore tollerabant.
Nam superbus et lubricus, que-
que post hoc seculum sequeretur
vita nesciebat. Irridebat autem
quisquis hunc predicare voluisset.
Itaque cum habitu secularium vive-
bat in monasterio, verbis levis,
nutibus instabilis, mente tumidus,
veste incompositus, actione dis-
persus. Mense autem Iulio nup-
er elapso huius quam nostis pestilen-
tie clade percussus est. Qui ad ex-
tremum veniens urgeri cepit ut a-
nimam redderet. Extrema iam corporis
parte premortua vitalis virtus in solo
pectore et lingua remanserat. Fratres
aderant eius, quod exitum in quantum
deo largiente poterant oratione tuebantur.
Et ille subito draconi ad devo-
randum datus sum, qui propter vestram
presenciam devorare me non potest.
Quid michi moras facitis? Date
locum, ut ei devorare me liceat. Cumque
hunc fratres ut signum sibi crucis im-
primeret amonerent, respondebat vir-
tute qua poterat dicens: Volo me
signare, sed non possum, quia a dra-
cone premor. Spume oris eius faciem
meam liniunt, guttur meum eius ore
suffocatur. Ecce ab eo brachia mea
premuntur, quia iam et caput meum
in suo ore absorbuit. Cumque hoc ille
pallens, tremens et moriens diceret,
ceperunt fratres vehementius orationibus
insistere, et oppressum draconis presencia
suis precibus adiuvare. Tunc ipse
repente liberatus magnis cepit vocibus
clamare dicens: Deo gratias. Ecce
discessit, ecce exiit, ante orationes fugit
victus draco qui me exceperat. Mox
autem servitium se deo et esse monachum
devovit. Atque a tempore illo nunc usque
febribus premitur, doloribus fatiga-
tur. Morti quidem subtractus, sed
adhuc plenius vite restitutus non
est. Quia enim longis et diuturnis
iniquitatibus pressus est, longo langu-
ore fatigatur, et durum cor ignis
purgationis durius concremat,
quia divina dispensatione agitur ut
prolixiora vicia egritudo prolixior ex-
urat. Quis illum umquam servari
ad conversionem crederet? Quis tan-
tam dei misericordiam considerare sufficiat?
Ecce iuvenis pravus draconem vidit
in morte, cui servivit in vita. Nec vi-
dit ut vitam funditus perderet, sed ut

[Left margin note: [illegible]]

[Right margin note: Ad devorandum per draconem veniens spiritus ma... cepit vocibus clamare dicens Recedite ecce draco]

[Right margin note: Ad devorandum]

cui viuerat sacer·sciendo resisteret ip-
sum ut resistendo superaret et eum a
quo plus non videns tenebatur inde
postea ne teneretur Que ergo lingua enar-
rare vel scriba diuine miserie sufficiat Cuius
spiritus autem tante diuinitatis diuicias non
obstupescat·hac diuine pietatis diui-
cias considerauit psalmista cum dice-
ret Adiutor meus tibi psallam·quia
Deus susceptor meus es·deus meus
misericordia mea Ecce perpendens in quibus labo-
ribus humana sit vita constituta de-
um appellauit adiutorem et quia a
tribulacione penitus in regnum eternum non
suscipit appellauit eciam susceptorem
sed considerans quod mala nostra aspiciat
et portat culpas nostras tolerat et
tamen nos per penitenciam ad premia reser-
uat·noluit deum misericordem dicere
sed hunc ipsum misericordiam vocauit dicens
deus meus misericordia mea Renouemus
ante oculos mala que fecimus·pen-
semus ex quanta dei benignitate tolla-
mur considerimus que sunt pietatis
eius viscera ut non solum culpas in-
dulgeat sed celeste regnum penitenti-
bus eciam post culpas promittat atque
ex omnibus medullis cordis dicamus
singuli/dicamus omnes Deus meus
misericordia mea Amen etc. Secundum lucam
Anno quintodecimo imperii Tiberii
cesaris procurante poncio pila-
to iudeam tetrarcha autem gali-
lee herode philippo autem fratre
eius tetrarche iturree et traconiti-
dis regionis·et lizania abiline tetr-
cha sub principibus sacerdotum anna
et cayapha·factum est verbum domini su-
per Johannem zacharie filium in deserto et
reliqua Omelia beati Gregorii pape de eadem
Redemptoris nostri precursor Lectio
cursor quo tempore verbum predi-
cacionis accepit memorato
romane rei publice principe
et iudee regibus designatur cum
dicitur Anno quintodecimo imperii
cesaris procurante poncio pila-
to iudeam tetrarcha autem galilee he-
rode philippo autem fratre eius tetrarche
iturree et traconitidis regionis
lizania abiline tetrarcha sub
principibus sacerdotum anna et ca-
ypha factum est verbum domini super
Johannem filium zacharie in deserto
Quia enim illum predicare veniebat
qui ex iudea quosdam et multos
ex gentibus redempturus erat per
regem gentium et principes iudeorum
predicacionis eius tempora designan-
tur Quia autem gentilitas collig-
enda erat et iudea pro culpa perfidie di-
spergenda ipsa quoque descripcio terrenorum prin-
cipatuum ostendit/romana et in ro-
mana republica princeps presuisse
describitur et iudee regno per quar-
tam partem plurimi principabantur
Voce etenim nostri redemptoris dicitur
Omne regnum in seipsum diuisum
desolabitur·liquet ergo quod ad finem
regni iudea peruenerat que tot
regibus diuisa subiacebat Apte
quoque non solum quibus regibus
sed quibus eciam sacerdotibus ac-
tum sit demonstratur·ut quia illum
Johannes baptista predicaret·qui simul
rex et sacerdos existeret lucas euan-
gelista predicacionis eius tempora
per regnum et sacerdocium designauit
Et venit in omnem regionem jor-
danis predicans baptismum penitenci-
e in remissionem peccatorum Cunctis
legentibus liquet·quia Johannes
baptismum penitencie non solum predicauit
verum eciam quibusdam dedit·Sed
tamen baptismum suum in remissionem
peccatorum non dare potuit Remissio
etenim peccatorum in solo nobis baptismo
Christi tribuitur Notandum itaque

dicitur predicans baptismum penitenti
ae in remissionem peccatorum. Quod
baptismum per quod peccata soluerentur quia da
re non poterat predicabat ut sicut in
carnatum verbum patris preueniebat
verbo predicationis ita baptismum peni
tencie quo peccata soluuntur preuenit si
o baptismate quo peccata solui non
possunt. Et quia eius sermo pre
ibat presenciam redemptoris ipsum
quod eius baptisma precedendo fieret
vmbra veritatis. Sicut scriptum est in
libro sermonum ysaie prophete. Vox cla
mantis in deserto parate viam domini
rectas facite semitas dei nostri.
Idem vero Johannes baptista requisitus quis
esset respondit Ego vox clamantis in
deserto. Cum sicut ante nos dictum est Jo
hannes a propheta vox vocatus est quia ver
bum precibat. Quid autem clamat
aperitur cum subditur. Parate viam domi
ni rectas facite semitas dei nostri.
Omnis qui fidem rectam et
bona opera predicat quid aliud quam
venienti domino ad corda audiencium viam
viam parat. Vt hec illis gratie pe
netret lumen veritatis illustret
ut rectas deo semitas faciat dum
mundas in animo cogitationes per
sermonem bone predicationis format.
Omnis vallis implebitur et omnis
mons et collis humiliabitur. Quid
hoc loco vallium nomine nisi humiles.
Quid moncium et collium nisi super
bi homines designantur. In aduentu
igitur redemptoris valles implete
montes vero et colles humiliati sunt
quia iuxta eius vocem omnis qui se
exaltat humiliabitur et qui se hu
miliat exaltabitur. Vallis etenim
impleta crescit mons autem et coll
humiliatus decrescunt quia in
imus fide mediatoris dei et hominum
hominis christi ihesu et gentilitas ple

nitudinem gratie accepit et iudea per er
rorem perfidie hoc unde tumebat perdi
dit. Omnis enim vallis implebitur quia
corda humilium sacre doctrine eloqui
o virtutum gratia replebuntur iuxta hoc
quod scriptum est. Qui emittis fontes in con
uallibus. Et vero rursum dicitur. Et con
ualles habundabunt frumento.
In montibus namque aqua dilabitur
quia superbas mentes doctrina veri
tatis deserit. Et fontes in conuallibus
surgunt quia mentes humilium
verbum predicationis accipiunt. Iam vi
demus conualles frumento habundare
conspicimus quia illorum hora pabu
lo veritatis impleta sunt qui mites
ac simplices huic mundo despicabi
les esse uidebantur. Ipsi enim Johannem
baptistam qui mira sanctitate pre
ditum plus viderat. illum hunc
esse singulariter celsum ac solidum mon
tem credebat. De quo scriptum est. In no
uissimis diebus erit mons domus
domini preparatus in vertice moncium. Na
hunc esse christum putabant. sicut per
euangelium dicitur. Estimante autem
populo et cogitantibus omnibus in cor
dibus suis de iohanne ne forte ipse
esset christus. Qui eum et requirebant
dicentes. Numquid christus es tu. Sed
idem ipse Johannes apud se vallis
esset repletus gratie spiritus non fuisset
qui ut hoc quod erat ostenderet dixit
Veniet fortior me post me cuius non
sum dignus soluere corrigiam cal
ciamenti eius. Et rursus ait. Qui
habet sponsam sponsus est. Ami
cus autem sponsi qui stat et audit
eum et gaudio gaudet propter vocem
sponsi. hoc autem gaudium imple
tum est. Illum oportet crescere me
autem minui. Iste autem comparatio-
patione virtutum talis esset ut
christus esse crederetur non solum christum

non se esse respondit sed eam corrigi
am calciamenti eius soluere i. mi-
nacionis eius misterium perscrutari
non se dignum esse perhibuit Eius esse
sponsam ecclesiam credebant qui tunc
quia xpus esset estimabant Sed aut
qui habet sponsam sponsus est. Ac
si dicat ego non sum sponsus sed ami
cus sponsi sum. Nec propter vocem suam
sed in voce sponsi gaudere se perhibebat
quia non ideo letabatur in corde quod
a populis in a plebe humiliter audiebatur lo
quens, quia ipsa veritatis vocem
audiebat intus ut loqueretur foris.
Quod bene gaudium implendum dicit
quia quisquis de sua voce gau
det plenum gaudium non habet. C
tra quo et subditur Illum oportet
crescere me autem minui Qua in re
querendum est in quo crevit xpus
in quo etiam minutus est Johannes
nisi quod populus Johannis abstinenciam
videns remotum hunc ab hominibus
conspiciens eum esse xpm putabat
xpm vero cum publicanis comedentem
inter peccatores ambulantem intuens
eum non xpm sed esse prophetam crede
bat. Sed cum per accessum temporis
xpus qui propheta esse putabatur
xpus agnitus est et Johannes qui xpus
esse credebatur propheta esse innotuit
Impletum est quod de xpo suo sanctus pre
cursor predixit Illum oportet crescere
me autem minui In estimacione
quippe populi et xpus crevit qui ag
nitus est quod erat et Johannes decrevit qui
cessavit dici quod non erat Igitur go-
man et ijdem Johannes ideo in sancti
te perstitit quia in cordis humilitate
perduravit et ideo ceciderunt qui a
pud semetipsos elata cogitacio
ne tumuerunt Dicitur vero Omnis
vallis implebitur et omnis mons
et collis humiliabitur quia humiles

donum accipiunt quod a se corda super
borum repellunt Sequitur Et erunt
prava in directa et aspera in vias
planas. Prava directa fiunt cum
malorum corda per iniusticiam distorta
ad iusticie regulam diriguntur Et aspera
in vias planas immutantur cum imi
tes atque iracunde mentes per infu
sionem superne gracie ad lenitatem
mansuetudinis redeunt. Quando
enim verbum veritatis ab iracunda men
te non recipitur quasi asperitas iti
neris gressum predicantis repellit
Sed cum mens iracunda per acceptam
mansuetudinis graciam correctionis
vel exhortacionis verbum recipit
ibi planam viam predicator invenit
ubi prius asperitate itineris progredi
predicacionis gressum ponere non va
lebat Sequitur Et videbit omnis ca
ro salutare dei Quia omnis caro
accipitur omnis homo. Salutare
dei videlicet xpm In hac vita omnis
homo videre non potuit Ubi ergo in hac
sua, propheta prophetie oculum nisi ad ex
tremi iudicii diem tetendit Ubi c
aptus celis ministrantibus angelis
consedentibus apostolis in sede ma
iestatis sue xpus apparuit Omnes
hunc electi et reprobi pariter videbunt
ut iusti de munere retribucionis si
ne fine gaudeant et iniusti in ulti
one supplicii in perpetuum gemant
Nam quia hoc ista sua intendit
quod in extremo examine ab omni car
ne videbitur recte subiungitur Di
cebat autem ad turbas que exibant
ut baptizarentur ab eo. Genimi
na viperarum quis ostendit vobis
fugere a ventura ira. Ventura enim
est animadversio dampnacionis extreme
quam tunc fugere non valet qui nunc
ad lamenta penitencie non recurrit
Et notandum quod male soboles

malorum parentum actiones imitantes
genimina viperarum vocantur quia
per hoc quod bonis invident eosque persequuntur
quod quibusdam male retribuunt
quod lesiones proximis exquirunt quod
cum in hiis omnibus priorum suorum
carnalium vias secuntur quasi vene-
nati filii de venenatis parentibus na-
ti sunt. Sed quia iam peccavimus
quia usu male consuetudinis in-
voluti sumus dicat quid nobis
faciendum sit ut fugere a ventura i-
ra valeamus. Sequitur Facite ergo
fructus dignos penitencie. In quibus ver-
bis notandum est quod amicus sponsi
non fructus penitencie sed dignos
penitencie ammonet esse faciendos. Ali-
ud namque est fructum facere aliud dig-
num penitencie facere. Ut enim sim dignos
penitencie fructus loquamur. Sciendum
est quia quisquis illicita nulla
commisit huic iure conceditur ut lici-
tis utatur. Sicque pietatis opera faciat
ut tamen si voluerit ea que mundi
sunt non relinquat. At si quis i
fornicationis culpam vel fortasse
quod est gravius in adulterio lapsus
est tanto a se licita debet abscidere
quanto se meminit et illicita perpetras-
se. Neque enim par fructus boni operis
esse debet eius qui minus et eius
qui amplius deliquit. Aut eius qui in
nullis et eius qui in quibusdam facino-
ribus cecidit. Per hoc ergo quod dicitur
facite fructus dignos penitencie uniuscu-
iusque conscientia convenitur ut
tanto maiora querat bonorum
operum lucra per penitenciam quanto gra-
viora sibi intulit dampna per
culpam. Sed Iudei de generis nobili-
tate gloriantes idcirco se agnoscere
peccatores nolebant quia de Abrahe
stirpe descenderant. Quibus recte
dicitur Et ne ceperitis dicere patrem ha-
bemus Abraham. Dico enim vobis
quia potens est deus de lapidibus
istis suscitare filios Abrahe. Quid
enim lapides nisi corda gentilium fu-
erunt ad intellectum dei omnipoten-
tis insensibilia. Sicut etiam quibusdam
ex Iudeis dicitur Auferam cor lapi-
deum de carne vestra. Non immerito
lapidum nomine gentes significa-
te sunt que lapides coluerunt. Un-
de scriptum est Similes illis fiant qui fa-
ciunt ea et omnes qui confidunt
in eis. De quibus nimirum lapidibus
filii Abrahe suscitati sunt. Dum
dura corda gentilium in Abrahe se-
mine id est in Christo crediderunt eius filii
facti sunt. Cuius semine sunt uniti
Unde et eisdem gentibus per egregium
predicatorem dicitur Si autem vos Christi ergo
Abrahe semen estis. Si igitur nos
per fidem Christi Abrahe iam semen ex-
istimus Iudei propter perfidiam Abra-
he filii esse desierunt. Quia vero
in illo die tremendi examinis nec
boni parentes malis filiis prodesse non
possunt testatur propheta qui ait
Noe Daniel et Iob si fuerint in me-
dio eius vivo ego dicit dominus
deus quia filium et filiam liberabunt non
Sed ipsi iusticia sua liberabunt ani-
mas suas. Et rursum quia boni filii ni-
chil malis parentibus prosunt. Sed
nec iterum potius malorum parentum
proficiat bonitas filiorum. Ipsa per se
veritas Iudeis non credentibus dicit
Si ego in Beelzebub eicio demonia
filii vestri in quo eiciunt. Ideo ipsi iu-
dices vestri erunt. Sequitur Iam enim
securis ad radicem posita est. Omnis
enim arbor non faciens fructum bonum
exciditur et in ignem mittetur. Ar-
bor huius mundi universum genus hu-
manum. Securis vero est salvator redemp-
tor noster qui velut ex manubrio

et ferro tenetur ex humanitate, sed incidit ex divinitate. Que videlicet securis iam ad radicem arboris posita est, quia etsi per patientiam expectat, videtur tamen quid facturus est. Omnis enim arbor non faciens fructum bonum excidetur et in ignem mittetur, quia unusquisque perversus paratam citius gehenne concremationem invenit, qui hic fructum boni operis facere contempnit. Et notandum quod securim non iuxta ramos positam, sed ad radicem dicit. Cum enim malorum filii tolluntur, quid aliud quam rami infructuosi arboris exciduntur? Cum vero tota simul progenies cum parente tollitur, infructuosa arbor a radice abscisa est, ut iam non remaneat unde prava iterum soboles succrescat. In quibus Iohannis baptiste verbis constat quod audientium corda turbati sunt, cum protinus subinfertur: Et interrogabant eum turbe dicentes: Quid ergo faciemus? Percussi enim terrore fuerant, que consilium querebant. Sequitur: Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas det non habenti, et qui habet escas similiter faciat. Per hoc quod tunica plus est necessaria usui nostro quam pallium, ad fructum dignum penitentie pertinet ut non solum exteriora queque et minus necessaria, sed ipsa nobis valde necessaria dividere cum proximis debeamus, scilicet vel escam qua carnaliter vivimus vel tunicam qua vestimur. Quia enim in lege scriptum est: Diliges proximum tuum sicut te ipsum, minus proximum amare convincitur, qui non cum eo in necessitate illius etiam ea que sibi sunt necessaria partitur. Ideo de dividendis cum proximo duabus tunicis datur preceptum, quia hoc de una dici non potuit, quia si una dividitur, nemo ves-

titur. In dimidia quippe tunica et nudus remanet qui accipit, et nudus qui dedit. Inter hec autem sciendum est quantum misericordie opera valeant, cum ad fructus dignos penitentie ipsa pre ceteris precipiuntur. Hinc etiam per semetipsam veritas dicit: Date elemosinam, et omnia munda sunt vobis. Hinc rursus ait: Date et dabitur vobis. Hinc scriptum est: Ignem ardentem extinguit aqua, et elemosina resistit peccatis. Hinc iterum dicitur: Conclude elemosinam in sinu pauperis, et hec pro te exorabit. Hinc bonus pater innocentem filium admonuit dicens: Si multum tibi fuerit, habundanter tribue; si exiguum fuerit, etiam exiguum libenter stude impartiri. Et ut autem quanta esset virtus in continentia et susceptione indigentium ostenderet, redemptor noster dicit: Qui recipit prophetam in nomine prophete, mercedem prophete accipiet; et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. In quibus verbis notandum est quia non ait mercedem de propheta vel mercedem de iusto, sed mercedem iusti accipiet. Aliud est enim merces de propheta, aliud merces prophete; atque aliud merces de iusto, aliud merces iusti. Quid est enim dicere: Mercedem prophete accipiet, nisi quia is qui prophetam sua largitate sustentat, quamvis ipse prophetiam non habeat, apud omnipotentem tamen dominum prophetie premia habebit. Iste enim forte iustus est, et quanto in hoc mundo minus possidet, tanto loquendi pro iustitia fiduciam maiorem habet. Hunc dum ille sustentat qui in hoc mundo aliquid possidet et fortasse pro iustitia adhuc loqui libere non presumit

iustitie illius libertatem sibi parca
m faciat. Ut cum eo pariter iustitie cop
iam accipiat quam sustentando
munit quatenus eandem iustici
am libere loqui potuisset. Ille prophe
spiritu plenus est sed tamen corporeo
eget alimento. Et si corpus non refi
citur certum est quod vox ipsa subt
rahitur. Qui igitur alimentum pro
phete prebet pro eo quod propheta est t
ribuit prophetie illius vires ad loque
ndum dedit. Cum propheta ergo mer
cedem prophete accipiet qui et si
spiritu prophetie plenus non fuit, hoc
tamen ante dei oculos exhibuit
quod adiuvit. Hinc est enim quod de qui
busdam peregrinantibus fratribus Gaio
Johannes dicitur: Pro nomine enim
christi profecti sunt nichil accipien
tes a gentibus. Nos ergo debemus
suscipere eiusmodi ut cooperato
res simus veritatis. Qui enim
spiritualia dona habentibus temporal
ia subsidia tribuit in ipsis spiritualibus
cooperator existit. Nam cum pau
ci sint qui spiritualia dona percipiunt
et multi qui rebus temporalibus habun
dant, per hoc se divites virtutibus
pauperum inserunt quo ipsorum
pauperibus de suis divitiis socia
ntur. Unde cum per Ysaie vocem dominus
de electe gentilitatis idest sancte ec
clesie spiritualium virtutum multa can
quam deserti arbusta promitteret
ulmum quoque pariter promisit dicens
Ponam desertum in stagna aquarum
et terram inviam in rivos aquarum.
Dabo in solitudine cedrum et spi
nam myrtum et lignum olivae. Ponam
in deserto abietem ulmum et bux
um simul, ut videant et sciant
et recogitent et intelligant pariter.
Desertum quippe dominus in stagna aq
uarum et terram inviam in rivos aqu

posuit quia gentilitatem que prius per
ariditatem mentis nullus bonorum
operum fructus ferebat fluenta sacre
predicationis dedit. Et ipsa ad quam
prius pro asperitate sue siccitatis via
predicatoribus non patebat doctrine per
modum rivos emanavit. Cui adhuc
nunc magno promittitur dabo in
solitudine cedrum et spinam. Cedrus
quia magni odoris est atque imputri
bilis nature vim accipimus in promis
sione. De spina vero cum peccanti homi
ni dictum sit: terra tua spinas et tribu
los germinabit tibi. Quid nimirum si spe
ctetur illud promittitur quod peccanti
homini pro pena multiplicatur. Sed cedri
significatur nomine hii qui virtutes
et signa exhibent in sua operacione
cum dicunt cum paulo valent: Christi bo
nus odor sumus deo. Quorum cor
da ita in celo amore solidata sunt
ut ea iam terreni amoris putredo nul
la corrumpat. Per spinam vero signi
ficantur doctores spirituales viri qui dum
de peccatis ac virtutibus disserunt et
modo supplicia minantur modo celes
tis regni gaudia promittunt corda au
dientium pungunt. Sicque mentem
dolore compunctionis perforant
ut ab eorum oculis quasi quandam
sanguinis anime lacrime decurrant.
Myrtus vero temperative virtutis
est ita ut dissoluta membra tem
perando restringat. Quid itaque per
myrtum nisi hii signantur qui
afflictionibus proximorum compa
tescunt eorumque tribulacionem per com
passionem temperant. Iuxta hoc
quod scriptum est: Benedictus autem deus qui
consolatur nos in omni tribulacione
nostra ut possimus et ipsi consolari e
os qui in omni pressura sunt. Qui
dum afflictis proximis verbum vel
opem consolacionis ferunt eos pro

dubio ad statum rectitudinis restrin
gunt ne inmoderata tribulacione in de
speracione soluantur Quos autem
p oliuam nisi misericordes accipimus
Quia oleos grece misericordia voca
tur et quasi oliue liquor ante omni
potentis dei oculos misericordie
fructus lucet Cum adhuc in promis
sione subiungitur Ponam in deser
tum abietem ulmum et buxum
simul Quid per abietem que valde
crescendo ad aeris alta subtollitur
nisi hii designati sunt qui intra
sanctam ecclesiam adhuc in terrenis cor
poribus positi iam celestia contemplan
tur Et quamuis nascendo de terrena
exeunt contemplando tamen iam
imp9 extra etherea verticem mentis extol
lunt Et quid per ulmum nisi secu
larium mentes expresse sunt que dum
terrenis adhuc curis inseruiunt
nullum quantum fructum spiritualium fe
runt Sed et si fructum proprium vlmus
non habet portare tamen vitem
cum fructu solet Quia et seculares
viri intra sanctam ecclesiam quamuis spi
ritualium virtutum dona non habeant
dum sanctos viros donis spiritualibus
plenos sua largitate sustentant
quid aliud quam vitem cum botris
portant Buxus autem quos a
lios designat qui in altum non
proficit et quamuis fructum non habe
at viriditatem habet nisi eos
qui intra sanctam ecclesiam adhuc
ex etatis infirmitate bona opera
facere non valent sed tamen priorum
fidelium credulitatem sequentes
fidem spe perpetue viriditatis tenere
possunt que cuncta apte subiungitur
vt videant et sciant et recogitent
et intelligant pariter Ad hoc enim
cedrus totaliter in ecclesia ponitur
ut qui squamis a primo ardorem vir

tutum spiritualium trahit ipse quoque
torpe at in eterne vite dilectione impleat
ad donorum celestium desideria ig
nescat Ad hoc spina ponitur ut
qui predicacionis eius verbo compunc
tus fuit ipse quoque exemplo illius di
scat corda sapienciam predicacionis
verbo compungere Ad hoc mirtus
laboc ponitur ut qui in ardore tribulaci
onis a bene vel opere proximi compaci
entis temperamentum consolacionis
accepit ipse etiam discat quemadmodum
afflictis proximis sue consolacionis
temperamentum preferat Ad hoc oliua
ponitur ut qui aliene misericordie
opera cognoscat discat quemadmodum
dum debeat indigenti proximo et ip
se misereri Ad hoc abies ponitur
ut quisquis vim contemplacionis e
ius agnouit ipse quoque ad contempla
alios pre da etiam summa attendat [illegible] Ad
hoc vlmus ponitur ut quisquis iun
etur cum qui habet vineam fructum
spiritualium non habet valet // vite qu
// ta valet largitate inseruiat et ce
lestium bonorum botros quos gignen
do non valet sustentando ferat Ad
hoc buxus ponitur ut qui habet mul
tos ad huc infirmitate positos ve
fidei viriditatem consideret etiam
esse ipse infidelis erubescat Dum er
go desertis prius arboribus dicitur
ut videant et sciant et recogitent
et intelligant Ubi et apte subiun
gitur pariter quia cum inter sanctam ec
clesiam diuersi bonorum mores diuer
si sunt homines necesse est ut omnes
simul discant dum in ea spirituales
viri diuerse caritatis etatis et ordinis
ad imitacionem similis uniuntur Sed ecce nos
dum mirtum vlmum querimus per
multa arbusta longius euagati
sumus Ad hoc itaque iam quod propheticum
testimonium protulimus redeamus

// Sed tamen eos qui spiritualibus donis
pleni sunt sustentat ipse quoque fructus
vite ferens

Qui recipit prophetam in nomine prophete mercedem prophete accipiet. Quia et si fructus ulmus non habet tamen cum fructiferis portans hec ipsa sua efficit que bene sustentat aliena. Quia vero ad magistra nos opera Johannes admonet dicens: Facite ergo dignos fructus penitencie, et rursus: Qui habet duas tunicas det non habenti, et qui habet escas similiter faciat, iam patenter datur intelligi quod veritas dicat: A diebus autem Johannis baptiste usque nunc regnum celorum vim patitur et violenti diripiunt. Que superne verba sententie nobis sunt magnopere perscrutanda. Nam querendum est quomodo regnum celorum possit vim pati. Quis enim celo violenciam irrogat? Et rursus querendum est si pati vim regnum celorum potest cur eandem vim a diebus Johannis baptiste et non etiam ante pertulerit. Sed cum lex dicat si quis hoc vel illa fecerit morte moriatur, cunctis legentibus liquet quia peccatores quosque pena sue severitatis perculit, non autem per penitenciam ad vitam reduxit. Cum vero Johannes baptista redemptoris gratiam preveniens penitenciam predicat ut peccator qui ex culpa est mortuus per confessionem vivat, profecto a diebus Johannis baptiste regnum celorum vim patitur. Quid est autem regnum celorum nisi locus iustorum? Solis enim iustis premia celestis patrie debentur ut humiles casti mites atque misericordes ad gaudia superna perveniant. Cum quis vero vel superbia tumidus vel carnis facinore pollutus vel iracundia accensus vel crudelitate impius post culpas ad penitenciam redit et vitam eternam percipit, quasi in locum peccator intrat alienum. A diebus ergo Johannis baptiste regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud. Quia qui penitenciam peccatoribus movet quid aliud quam celorum regno fieri violenciam docuit? Recogitemus ergo fratres karissimi mala que fecimus et nosmetipsos assiduis lamentis atteramus. Hereditatem iustorum quam non tenuimus per vitam rapiamus per penitenciam. Vult a nobis omnipotens deus talem violenciam perpeti. Nam regnum celorum rapi vult nostris fletibus quod nostris meritis non debetur. Ab spei ergo certitudine nulla nos malorum nostrorum qualitas nulla quantitas frangat. Prestat magnam venie fiduciam latro ille venerabilis qui non inde venerabilis unde latro. Nam latro ex crudelitate, venerabilis ex confessione. Cogitate ergo rogo cogitate que sunt incomprehensibilia in omnipotentis dei misericordie viscera. Latro est iste cruentis manibus abstractus a fauce itineris suspensus est in patibulo. Culpas ibi confessus est, ibi sanatus, ibi audire meruit: Hodie mecum eris in paradiso. Quid est hoc? Quis tantam bonitatem dei dicere, quis estimare sufficiat? De ipsa pena criminis pervenit ad premia salutis virtutis. Idcirco autem omnipotens deus electos suos in quibusdam lapsibus cadere permittit ut aliis in culpa iacentibus si toto ad eum corde consurgant spem venie tribuat, ut eis per lamenta penitencie aperit. Excitemus ergo nosmetipsos in lamentis, exurgamus fletibus et dignis penitencie fructibus culpas quas facimus, ad indulgeat nobis tempora indulta non pereant. Quia qui multos a suis iniquitatibus iam sanatos aspicimus quid aliud quam superne misericordie pignus tene-

teneamus adiuvante Ihesu Christo domino nostro qui vivit et regnat in secula seculorum amen.

Incipiunt omelie que maiores vocantur in numero viginti. Secundum Marcum.

In illo tempore Maria Magdalene et Maria Iacobi et Salome emerunt aromata ut venientes ungerent Ihesum. Et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam sole. Et reliqua. Omelia beati Gregorii pape in eadem lectione.

Multis vobis lectionibus fratres karissimi per dictatum loqui consuevi. Sed quia lassescente stomacho ea que dictaveram legere ipse non possum, quosdam vestrum minus libenter audientes intueor. Unde nunc a memetipso exigere contra morem volo ut inter sacra missarum sollemnia lectionem sancti evangelii non dictando sed colloquendo disseram. Sicque exponatur ut loquimur. Quia colloquentis vox corda torpentia plus quam sermo lectionis excitat et quasi quadam manu sollicitudinis ut evigilent pulsat. Et quidem ad hoc opus me sufficere posse non video. Sed tamen verbis quas imperitia denegat caritas ministrat. Scio namque qui dicit: Aperi os tuum et ego adimplebo illud. Bonum ergo opus fratres karissimi nobis in voluptate sunt. Nam ex divino adiutorio in perficiendo est. Et dat loquendi causam ipsius resurrectionis dominice tanta sollempnitas quia et indignum valde est ut eo die laudes debitas taceat lingua carnis quo videlicet caro resurrexit. Audistis fratres karissimi quod sancte mulieres que dominum fuerant secute cum aromatibus ad monumentum venerunt et ei quem viventem dilexerant etiam mortuo studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta aliquid in sancta ecclesia signat gerendum. Sic quippe necesse est ut audiamus que facta sunt quatenus cogitemus etiam que nobis sunt ex eorum imitatione facienda. Et nos ergo in eum qui est mortuus credentes si odore virtutum referti cum opinione bonorum operum dominum querimus ad monumentum profecto illius cum aromatibus venimus quia videlicet ille mentes supernos cives aspiciunt que cum virtutum odoribus ad deum per sancta desideria proficiscuntur. Notandum vero nobis est quidnam sit quod in dextris sedens angelus cernitur. Quid namque per sinistram nisi vita presens, quid vero per dexteram nisi perpetua vita signatur? Unde scriptum est: Leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. Quia igitur redemptor noster iam presentis vite corruptionem transierat, recte angelus qui nuntiare angelus perhennem eius vitam venerat in dextera sedebat. Qui stola candida coopertus apparuit quia festivitatis nostre gaudia nuntiavit. Candor etenim vestis splendorem nostre denuntiat sollempnitatis. Nostre dicamus an sue? Sed ut verius fateamur et sue dicamus et nostre. Illa quippe redemptoris nostri resurrectio et nostra festivitas fuit quia nos ad immortalitatem reduxit et angelorum festivitas extitit quia nos revocando ad celestia eorum numerum implevit. In sua ergo ac nostra festivitate a-

gelus in albis vestibus apparuit quia
dum nos per resurrectionem dominicam
ad superna reducimur celestis patrie
dampna reparantur. Sed quid venien-
tes feminas affatur audiamus.
Nolite expavescere. Ac si aperte di-
cat: Paveant illi qui non amant ad-
ventum supernorum civium. pertimescant
qui carnalibus desideriis pressi ad e-
orum se societatem pertingere posse de-
sperant. Vos autem cur pertimescitis qui
vestros concives videtis. Unde et Matheus
angelum apparuisse describens ait: E-
rat aspectus eius sicut fulgur et
vestimenta eius sicut nix. In ful-
gore etenim terror timoris est in ni-
ve autem blandimentum candoris. Qui-
a vero omnipotens deus et terribilis
est peccatoribus et blandus iustis
recte testis resurrectionis eius ange-
lus et in figura vultus et in can-
dore habitus demonstratur ut de ipso su-
o aspectu et terreret reprobos et mulceret
pios. Unde recte et populum per deserta gra-
dientem columpna ignis per noc-
tem et columpna nubis precedebat in
die. In igne etenim terror est in nu-
be autem visionis lene blandimen-
tum. Dies vero vita iusti et nox acci-
pitur vita peccatoris. Unde et conver-
sis peccatoribus Paulus dicit: Fuis-
tis aliquando tenebre nunc autem lux in
domino. In die ergo per nubem colump-
na monstrata est et in nocte per ig-
nem quia omnipotens deus et blan-
dus iustis et terribilis apparebit in-
iustis. Istos in iudicio veniens per
lenitatis mansuetudinem demulcet.
Illos vero per iustitie districtionem ter-
ret. Sed iam quid angelus subiun-
gat audiamus. Ihesum queritis
nazarenum. Ihesus latino eloqui-
o salutaris id est salvator interpretatur.
Et vero multi tunc ihesus dici poterant

non tamen substantialiter sed nuncupative. Ide-
o et locus subiungitur ut de quo ihesu
dictum sit manifestetur. Nazarenum.
Et causam protinus subdit. Crucifi-
xum. Atque addidit. Resurrexit non
est hic. Non est hic dicitur per presenciam
carnis qui nusquam deerat per presenciam
maiestatis. Sed ite dicite discipulis
eius et Petro quia precedet vos in Ga-
lileam. Querendum nobis est cur no-
minatis discipulis Petrus designatur
ex nomine. Sed si hunc angelus nomi-
natim non exprimeret qui magistrum ve- negaverat
nire inter discipulos non auderet. Vo-
catur ergo ex nomine ne desperaret ex
negatione. Qua in re considerandum
nobis est cur omnipotens deus eum quem
cuncte ecclesie preferre disposuerat
ancille vocem pertimescere et seipsum
negare permisit. Quod nimirum magne
actum pietatis dispensacione cognos-
cimus ut hic qui futurus erat pastor
ecclesie in sua culpa disceret qualiter
aliis misereri debuisset. Prius itaque eum
ostendit sibi et tunc preposuit ceteris ut
ex sua infirmitate cognosceret quam
misericorditer aliena infirma tolle-
raret. Bene autem de redemptore
nostro dicitur: Precedet vos in Galile-
am ibi eum videbitis sicut dixit
vobis. Galilea namque transmigratio
facta interpretatur. Iam quippe redemp-
tor noster a passione ad resurrec-
cionem a morte ad vitam a pena
ad gloriam a corrupcione ad incorrup-
cionem transmigraverat. Et prius
post resurrectionem in galilea a disci-
pulis videtur quia resurrectionis
gloriam postea leti videbimus si modo a
viciis ad virtutum celsitudinem trans-
migramus. Qui ergo in sepulcro nun-
ciatur in transmigratione ostenditur
quia hic qui in mortificatione car-
nis agnoscitur in transmigratione mentis

tis videtur. Haec fratres karissimi pro tanta diei sollemnitate dilacionibus ewangelice lectionis expositionis transcurrimus. Si libet ut de hac sollemnitate aliquid subtilius loquamur. Duae etenim vitae erant, quarum unam novimus, alteram nesciebamus. Una quippe mortalis est, alia immortalis; una corruptionis, alia incorruptionis; una mortalitatis, alia resurrectionis. Sed venit mediator dei et hominum homo Christus Ihesus, suscepit unam et ostendit alteram. Unam pertulit moriendo, alteram ostendit resurgendo. Si igitur nobis mortalem vitam scientibus resurrectionem promitteret carnis et tamen hanc visibiliter non exhiberet, quis eius promissionibus crederet? Factus itaque homo apparuit in carne, mori dignatus est ex voluntate, resurrexit ex potestate et ostendit exemplo quod nobis promisit in premio. Sed fortasse aliquis dicat: Iure ille surrexit, qui cum deus esset teneri a morte non potuit. Ad instruendam ergo ignorantiam nostram, ad roborandam infirmitatem nostram, sue resurrectionis exemplum nobis sufficere noluit. Solus ille in tempore mortuus est, et tamen solus minime surrexit. Nam scriptum est: Multa corpora sanctorum que dormierant surrexerunt. Ablata ergo sunt omnia argumenta perfidie. Ne quis enim dicat: Sperare de se non debet homo quod in carne sua exhibuit homo deus, ecce cum deo homines surrexisse cognoscimus, et quos puros esse homines non dubitamus. Si igitur membra nostri redemptoris sumus, presumamus in nobis quod constat in capite. Si multum nos abicimus, sperare debemus nos

membra ultima quod de membris eius superioribus audivimus. Ecce vero ad memoriam redit quod crucifixo dei filio insultantes Iudei dicebant: Si filius dei est descendat de cruce et credimus ei. Qui si tunc de cruce descenderet, nimirum insultantibus cedens virtutem nobis patientie non demonstraret. Sed expectavit paululum, toleravit obprobria, irrisiones sustinuit, servavit patientiam, distulit admirationem, et qui de cruce descendere noluit de sepulcro surrexit. Plus ergo fuit de sepulcro surgere quam de cruce descendere. Plus fuit mortem resurgendo destruere quam vitam descendendo servare. Sed cum Iudei hunc ad insultationes de cruce descendere minime cernerent, cum morientem viderent, eum se vicisse crediderunt, nomen illius se quasi extinxisse gavisi sunt. Sed ecce de morte nomen eius per mundum crevit, ex qua hoc infidelis turba extinxisse se credidit. Et quem gaudebat occisum, dolet mortuum, quia hunc ad suam gloriam cognoscit pervenisse per penam. Quod bene in libro Iudicum Sampson illius facta significant, qui cum Gazam civitatem Philistinorum fuisset ingressus, Philistei protinus ingressum eius cognoscentes, civitatem repente obsidionibus circumdederunt, custodes deputaverunt, et Sampsonem fortissimum se iam comprehendisse gavisi sunt. Sed media nocte portas civitatis abstulit et montis verticem ascendit. Quem, fratres karissimi, hoc in facto nisi redemptorem nostrum Sampson ille significat? Quid Gaza civitas in-

si infernum designat. Quid per philisteos nisi perfidia iudeorum demonstratur. Qui cum mortuum dominum viderunt eiusque corpus in sepulcro positum custodes illud deputaverunt. et eum qui auctor vite claruerit in inferni claustris retentum quasi sampson in gaza se deprehendisse letati sunt. Sampson vero nocte media non solum exiit sed etiam portas tulit quia videlicet redemptor noster ante lucem resurgens non solum liber de inferno exiit sed ipsa etiam inferni claustra destruxit. portas tulit et montis verticem subiit. quia resurgendo claustra inferni abstulit et ascendendo celorum regna penetravit. Hanc ergo resurrectionis eius gloriam fratres karissimi que prius demonstrabatur in signo et post patuit effacto tota mente diligamus pro eius amore moriamur. Ecce in resurrectione auctoris nostri ministros eius angelos concives nostros agnovimus. Ad horum ergo civium illam frequentem festivitatem festinemus. hic ac nunc dum visione possumus desiderio et mente iungamur. transmigremus ad virtutes a viciis ut redemptorem nostrum in galilea videre mereamur. Adiuvet omnipotens deus ad vitam desiderium nostrum qui pro nobis in mortem dedit unicum filium suum. Per eundem dominum nostrum qui cum eo vivit et regnat deus in unitate spiritus sancti per omnia secula seculorum. Quere.

In illo tempore. Secundum Johannem.
Una sabbati maria magdalene venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentum et vidit lapidem sublatum a monumento. Et reliqua. Omelia beati gregorii pape de eadem lectione.

Protractus longa molestia stomachus diu me caritati vestre lectionis evangelice loqui expositione prohibuit. vox namque ipsa a clamoris virtute succumbit et quia a multis a deo audiri non valeo loqui fateor inter multos erubesco. Sed hanc in me verecundiam et ipse reprehendo. Quid enim numquid si multis prodesse nequeo nec paucis adsum. Et si ex messe manipulos portare multos non possum numquid nam debeo ad aream vacuus redire. Paucos enim spicas debeo ferre non valeo certe vel unam velud fractam. habet namque ipsa infirmitatis intencio mercedis sue certitudinem quia supernus arbiter noster et si pondus considerat in tribucione tamen vires pensat in pondere. Lectio sancti evangelii quam modo fratres audistis valde in superficie hystorica est aperta sed eius nobis sunt misteria sub brevitate requirenda. Maria magdalene cum adhuc tenebre essent venit ad monumentum. Iuxta hystoriam notatur hora. iuxta intellectum vero misticum requirentis signatur intelligencia. Maria enim auctorem omnium quem in carne viderat mortuum querebat in monumento et quia hunc minime invenit furatum credidit. Que huc ergo erant tenebre cum venit ad monumentum. Cucurrit ergo cito discipulis nunciavit. Sed illi pre ceteris cucurrerunt qui pre ceteris amaverunt videlicet petrus et johannes. Cucurrebant autem duo simul. sed johannes precucurrit cicius petro. venit por-

ad monumentum et ingredi non presumpsit. Venit ergo posterior petrus et introivit. Quid fratres quid cursus iste significat? Numquid nam hec tam subtilis evangeliste descripcio a misteriis vacare credenda est? Nequaquam. Neque enim se Johannes et preisse et non intrasse diceret si in ipsa sua trepidacione misterium defuisse credidisset. Quid ergo per Johannem nisi synagoga, quid per petrum nisi ecclesia designatur? Nec mirum esse videatur quod per iuniorem synagoga per seniorem vero ecclesia designari perhibetur quia et si ad dei cultum prior est synagoga quam ecclesia gencium, in usum tamen seculi prior est multitudo gencium quam synagoga paulo attestante. Quia non prius quod spirituale est sed quod animale. Per seniorem ergo petrum significatur ecclesia gencium, per iuniorem Johannem synagoga iudeorum. Cucurrerunt ergo ambo simul quia ab ortus sui tempore usque ad occasum pari et communi via et si non pari et communi sensu gentilitas cum synagoga decucurrit. Venit prior synagoga ad monumentum et minime introivit quia legis quidem mandata percepit prophetias de incarnacione ac passione dominica audivit sed in mortuum noluit credere. Vidit enim Johannes posita linteamina non tamen introivit quia videlicet synagoga et scripture sacre sacramenta cognovit et tamen ad fidem passionis dominice credendo intrare distulit. Quem diu longeque prophetavit presentem vidit et renuit, hominem despexit, deum carne mortalem factum credere noluit. Quid ergo nisi quia et citius cucurrit et tamen ante monumentum vacua stetit. Venit autem Symon petrus sequens eum et introivit in monumentum quia secuta posterior ecclesia gencium

mediatorem dei et hominum hominem ihesum xpm et cognovit carne mortuum et viventem credidit deum. Vidit linteamina posita et sudarium quod fuerat super caput eius non cum linteaminibus positum sed separatim involutum in uno loco. Quid est quod credimus quod sudarium capitis domini cum linteaminibus non invenitur in monumento nisi quia attestante paulo caput xpi deus et divinitatis incomprehensibilia sacramenta ab infirmitatis nostre cognicione disiuncta sunt eius quod potencia creature transcendit naturam. Et notandum quod non solum separatim sed etiam involutum inveniri dicitur. Linteum quippe quod involvitur eius nec inicium nec finis aspicitur. Recte ergo sudarium capitis involutum inventum est quia celsitudo divinitatis nec cepit esse nec desinit. Nec principio nascitur nec termino coangustatur. Bene autem additur in uno loco quia in scissura mencium deus non est. Dei quippe in unitate est et illi eius graciam habere merentur qui se ab invicem per sectarum scandala non dividunt. Sed quia solet per sudarium laborancium sudor detergi, potest eciam sudarii nomine exprimi labor dei qui in se quidem quietus semper atque incommutabilis permanet sed cum laboriosas se denunciat cum duras hominum pravitates portat. Unde et per prophetam Jeremiam dicit: laboravi sustinens. Deus autem apparuit in carne laboravit ex nostra infirmitate quem laborem passionis eius dum increduli viderunt eum venerari noluerunt. Quem enim videbant carne mortalem dedignati sunt credere immortalem esse divinitate. Unde eciam Jeremias hebreos eis incre dic
ait

aux opa manuum suarum. Dabis eis
[scu]tum cordis laborem tuum. Ne enim p[er]
[me]ditationis spiritualia eorum corda p[er]
[fi]ciat. Dum passionis eius labo
rem dedignati sunt quasi curuare
laborem illius pro scuto tenuerunt
ut eos ad se transire eius munio
permitterent quo eum laborare usque
ad mortem viderunt. Sudarium
per quod super caput eius fuerat se[or]
sum invenitur quia ipsa redemp
toris nostri passio longe a nostra passi
one disiuncta est. Cum ipse sine cul
pa patitur quod nos cum culpa tolera
mus. Ipse sponte morti succumbere
voluit ad quam nos venimus in[vi]
ti. Sequitur. Tunc ergo introivit et
ille discipulus qui venerat prius
ad monumentum. Postquam intra
vit petrus ingressus est et Iohannes
posterior intravit qui prior venerat.
Notandum est fratres quod in fine mundi
ad redemptoris fidem etiam Iudea
colligetur Paulo attestante qui ait
Donec plenitudo gentium introiret
et sic omnis israel salvus fieret. Et cre
didit et vidit. Unus fratres quid
estimandus est credidisse. Nunquid
quia dominus resurrexerat quem quere
bant. Non utique quia adhuc tene
bre erant ad monumentum venerunt.
Et subiecta est littera contradicens
cum dicitur. Nondum enim sciebant scrip
turas quia oportet eum a mortuis
resurgere. Quid ergo vidit et quid cre
didit. Vidit linteamina posita et
credidit quod mulier dixerat de
monumento fuisse sublatum. Qua
in re divine dispensationis mag
nitudo pensanda est quod discipulo
rum corda et attendunt ut que
rant et differuntur ne inveniant
quatenus insitis animi ipso suo
merore aucta purgatior adin

venendum fiat. et tanto uberius
teneat quanto tardius
invenit quod querebat. Hec sub brevi
tate fratres karissimi de evangelica lectio
ne tetigimus. Nunc restat ut de
ipsa tante sollempnitatis nobili
tate aliquid loquamur. Hanc etiam
recte nobilitatem sollempnitatis dica
quia sollempnitates ceteras antece
dit. Sicut enim in sacro eloquio sancta
sanctorum vel cantica canticorum
pro sui magnitudine dicuntur
ita hec festivitas recte dici potest sol
lempnitas sollempnitatum. Ex hac
quippe sollempnitate exemplum
nobis resurrectionis datum est.
spes celestis patrie aperta et facta su
perni regni iam presumptibilis gloria.
Per hanc electi qui quamvis in tranq
uillitatis sinu tamen apud inferni
claustra tenebantur ad paradisi ame
na reducti sunt. Quod autem passione
sua dixerat in resurrectione sua do
minus implevit. Si exaltatus fu
ero a terra omnia traham ad me. Om
nia etenim traxit qui de electis suis
apud inferos nullum reliquit. Omnia
abstulit utique electa. Neque etiam
infideles quosque et pro suis criminibus
eternis suppliciis deditos ad veniam
dominus resurgendo reparavit sed illos ex
inferni claustris rapuit quos su
os in fide et actibus recognovit.
Unde recte etiam per oseam dicit. Ero mors
tua o mors ero morsus tuus infer
ne. Id namque quod occidimus agimus
ut penitus non sit. Ex eo namque
quod mordemus partem abstrahimus
partem relinquimus. Quia ergo in e
lectis suis funditus occidit mor
tem mors mortis extitit. Quia
vero ex inferno partem abstulit et par
tem reliquit non occidit funditus
sed momordit infernum. Ait ergo

Ero mors tua o mors. Ac si aperte
dicat. Quia in electis meis te fu-
ditus perimo. Ero morsus tuus in-
ferne. quia sublatis eis te ex parte
transfigo. Que est ista sollempnitas
que inferni claustra destruxit.
et ianuas nobis regni celestis a-
perit. Sed quia rationi subtilius nomi-
ne eius requiratur egregius predica-
tor videamus quid de eius esti-
matione denunciet. Ait enim. Et-
enim pascha nostrum ymmolatus est christus.
Si igitur pascha ipsius nobis perpen-
dum est quid de pascha lex loqui-
tur ut indagemus subtilius an
de christo dicta videantur. Moyses quip-
pe ait. Sumant de sanguine
agni ac ponant super utrumque pos-
tem et in superliminaribus domo-
rum in quibus comedent illum. et e-
dent carnes nocte illa assas ig-
ni et azimos panes cum lactucis
agrestibus. Non comedetis ex eo
quid crudum. nec coctum aqua. sed
assum tantum igni. Caput cum
pedibus eius et intestinis vora-
bitis. nec remanebit ex eo quic-
quam usque mane. Si quid residuum fue-
rit igne comburetis. Ubi et addi-
tur. Sic autem comedetis illum.
Renes vestros accingetis. calciamen-
ta habebitis in pedibus vestris te-
nentes baculos in manibus. et co-
medetis festinantes. Que vide-
licet adiuncta nobis magnam edifi-
cationem prebent si fuerint mistica
inquisitione discussa. Quis na-
que sit sanguis agni non iam audien-
do sed bibendo didicistis. Qui san-
guis super utramque postem ponitur
quando non solum ore corporis sed etiam ore
cordis accipitur. In utroque etenim
poste agni sanguis est positus.
quando sacramentum passionis illius

cum ore ad redemptionem sumitur.
ad imitationem quoque intenta mente
cogitatur. Nam qui sic redemptoris
sui sanguinem accipit ut imitari
passionem illius necdum velit in
uno poste sanguinem posuit. Qui
etiam in superliminaribus domorum
ponendus est. Quid enim spiritualiter
domus nisi mentes nostras acci-
pimus in quibus per cogitationem
inhabitamus. Cuius domus su-
perliminare est ipsa intentio que pre-
minet actioni. Qui igitur intentio-
nem cogitationis sue ad imitatio-
nota passionis dominice dirigit in super-
liminare domus agni sanguinem
ponit. Vel certe domus nostre ipsa
sunt corpora in quibus quousque
vivimus habitamus. Et in super-
liminare domus agni sanguinem po-
nimus quia crucem passionis illi-
us in fronte portamus. De quo
adhuc agno subditur. Et edent
carnes nocte illa assas igni.
In nocte quippe agnum comedimus
qui in sacramento modo dominicum
cum corpus accipimus quando
adhuc ad invicem nostras conscien-
tias non videmus. Que tamen
carnes igni assande sunt. que
a minus dissolvuntur carnes quas
aqua coxerit. Quas vero ignis si-
ne aqua excoquit roborantur. Car-
nes itaque agni nostri ignis excox-
it. quia eum ipsa vis passio-
nis illius ad resurrectionem va-
lentiorem reddidit atque ad incor-
ruptionem roboravit. Que enim
ex morte convaluit videlicet carnes
illius ab igne duruerunt. Ubi et
per psalmistam dicit. Exaruit
velut testa virtus mea. Quid
enim est testa ante ignem nisi molle
lutum. Sed ei ex igne agitur ut

et bona opera iungat
omnia ei xpisti corpus
et sang[uis]

[com]plodetur Virtus ergo humanitati
s eius velut testa exaruit quia
ex igne passionis ad virtutem resur
rectionis exivit Sed sola redemp-
tionis nostre sacramenta ad
veram sollempnitatem mentis non suf
ficiunt nisi eis ‖ et sanguinem illius
ex passione et eius pressis moribus con
iungere Unde bene adhuc ad come
dendum subditur et azimos panes
cum lactucis agrestibus. panes
quippe sine fermento comedit
qui recta opera sine corruptione va
ne glorie exercet qui mandata mise
ricordie sine peccati admixtione exhibet ne
rapiat quod quasi recte dispe
nsat. Hoc est peccati fermentum bone
ne actioni insaleverunt quibus
prophete voce per increpacionem dub
itabat Venite ad bethel et im
pie agite etc post pauca et sac
rificate de fermentato laudem De
fermentato namque laude ymo
lat qui deo sacrificium de rapina pa
rat lactuce vero agrestes valde a
mare sunt Carnes vero agni etc
lactucis agrestibus sunt edende
ut cum corpus redemptoris accipi
mus nos per peccatis in fletibus
affligamus quatenus ipsa amaritudo
penitencie abstergat a mentis sto
macho perverse humorem vite cum
ex subditur Non comedetis ex
eo crudum quid nec coctum aqua
Ecce iam nos ipsa verba hystorie
ab intellectu hystorico repellunt
Numquid fratres karissimi israheliticus ille
populus in egipto constitutus
comedere agnum crudum consueve
rat ut lex dicat non comedetis
ex eo crudum quid Ubi et additur
neque coctum aqua. Sed eo quid aqua
nisi humanam scientiam designat
Iuxta hoc quod per salomonem scribitur

tenim voce dicatur Aque furtive
dulciores sunt Quid autem car
nes agni nisi inconsideratam ac
sine reverencia cogitacione rel
ictam illius humanitatem Omne
enim quod subtiliter cogitamus quasi
in mente coquimus Sed agni caro nec
cruda edenda est nec cocta aqua
quia redemptor noster neque purus
homo estimandus est neque per hu
manam sapienciam qualiter incarna
ri deus potuit cogitandus Omnis
qui redemptorem nostrum purum hominem
credit quid iste aliud quam agni
carnes crudas comedit quas
videlicet coquere per divinitatis eius in
telligenciam noluit Omnis vero qui
incarnacionis eius misteria iuxta
humanam sapienciam discutere conatur
carnes agni aqua vult coquere
id est dispensacionis eius misterium per
dissolutam vult scienciam penetrare
Cum igitur paschalis gaudii sollem
pnitatem celebrare desideramus agnus
nec aqua coquatur nec crudus come
datur ut neque per humanam sapienci
am profunditatem incarnacionis
illius penetrare appetat neque in
eum tamquam hominem purum credat
Sed assas igni carnes comedat ut
dispensari omnia per sanctum spiritum pos
se sciat De quo adhuc recte sub
iungitur Caput cum pedibus et in
testinis vorabitis quia redemptor
noster est alpha et o deus videli
cet ante secula et homo in fine se
culorum Caput ergo agni vorare
est divinitatem illius fide percipere Pe
des ergo agni vorare est vestigia
humanitatis eius amando et imi
tando percurrere Quid vero sunt intesti
na nisi verborum illius occulta et mi
stica mandata que tunc voramus
cum verba vite cum aviditate sumimus

In quo devociacionis verbo quid aliud
quam pigricie nostre torpor reprehenditur
cum eius verba atque mysteria per nos
metipsos non requirimus et dicta ab
aliis audimus inviti. Nam remane-
bit ex eo quicquam usque mane. Quia
eius dicta magna sunt sollicitu-
dine discucienda quatenus per sequuta
dies resurreccionis appareat in hac
presentis vite nocte omnia mandata
illius intelligendo et operando pene-
tremus. Sed quia valde est diffici-
le ut omne sacrum eloquium possit in-
telligi et omne eius mysterium pene-
trari recte subiungitur. Si quid autem
remansit igni comburetis. Quod ex
agno remanet igni comburimus
quando hoc de mysterio incarnacionis
eius intelligere et penetrare non
possumus. Spiritui sancti potestati humili-
ter reservamus ut nemo superbe quod
audeat vel contempnere vel de-
nunciare quod non intelligit. Sed hoc
igni tradat cum spiritu sancto reservat.
Quia igitur qualiter edendum sit
pascha cognovimus nunc a qualibus
edi debeat agnoscamus. Sequitur.
Sic autem comedetis illum. Re-
nes vestros accingetis. Quid in re-
nibus nisi delectaciones carnis accipi-
untur. Unde psalmista postulat dicens
Ure renes meos. Si enim
voluptatem libidinis in renibus
esse nesciret eos uri minime pe-
teret. Et quia peccatum diaboli in
humano genere maxime per luxu-
riam prevaluit de illa voce domi-
nica dicitur Virtus eius in lum-
bis eius. Qui ergo pascha come-
dit habere renes accinctos debet
ut qui sollempnitatem resurrec-
cionis atque incorrupcionis agit
corrupcionem iam per vicia nulli
iaceat. Voluptates edomet et car-

nem a luxuria restringat. Neque enim
cognovit quid sit sollempnitas incor-
rupcionis qui adhuc per continue-
nciam corrupcioni subiacet. Nec quibus-
dam dura sunt. Sed angusta por-
ta est que ducit ad vitam. Et ha-
bemus iam multa exempla conti-
nencie. Unde et bene adhuc subditur.
Calciamenta habebitis in pedibus.
Quid sunt etenim pedes nostri. nisi
opera. Quid calciamenta nisi
pelles mortuorum animalium. Calcia-
menta autem pedes muniunt. Qui
vero sunt mortua animalia ex quo-
rum pellibus nostri muniuntur
pedes nisi antiqui patres qui nos
ad eternam patriam precesserunt. Quo-
rum dum exempla conspicimus
nostri operis pedes munimus. Calci-
amenta ergo in pedibus habere est
mortuorum vitam conspicere et
nostra vestigia a peccati vulnere custo-
dire. Tenentes baculos in mani-
bus. Quid lex per baculum nisi pa-
storalem custodiam designat.
Et notandum quod prius precipimur
renes precingere postmodum ba-
culos tenere. Quia illi debent
baculum pastoralem suscipere
qui iam in suo corpore sciunt
fluxa luxurie edomare. Ut et
aliis forcia predicant. Ipsi desideri-
is mollibus enormiter non
succumbant. Bene autem subdi-
tur et comedetis festinantes.
†† Mandata dei festina' redempto-
ris celestis patrie gaudia ac fes-
tinacione cognoscere et precepta
vite cum festinacione imple-
re. Quia enim adhuc hodie li-
cet bene agere scimus utrum
cras liceat ignoramus. Festinan-
tes ergo pascha comedere id est ad
sollempnitatem celestis patrie

†† Nota frater notare quod dicit festinantes
magna mandata dei etc.

anhelare. Nemo in huius vite itinere torpeat ne in patria locum perdat. Nemo moras ad apprehendenda studia innectat sed ceptam perficiat ne minime liceat implere quod male inchoat. Si ad auctorem dei pigri non sumus adiuvabit ipse quem amamus ihesus christus dominus noster qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen.

In illo tempore Secundum lucam.

Duo ex discipulis ihesu qui erat in spacio sexaginta ab ierusalem ibant ipsa die in castellum nomine emaus. Et ipsi loquebantur ad invicem de hiis omnibus que acciderant. Et reliqua.

Omelia beati gregorii pape de eadem lectione

In cottidiana nobis sollempnitate laborantibus pauca loquendi sunt et fortasse hoc utilius proficit quia sepius et alimenta que minus sufficiunt avidius sumuntur. Lectionis ergo evangelice summatim sensum statui non per singula verba discurrere ne dilectionem vestram valeat sermo prolixior expositionis onerare. Ecce audistis fratres karissimi quia duobus discipulis ambulantibus in via non quidem credentibus sed tamen de se loquentibus dominus apparuit sed eis speciem quam recognoscerent non ostendit. Hoc ergo egit dominus foris in oculis corporis quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis. Ipsi namque apud semetipsos intus et amabant et dubitabant. Eis autem dominus foris et presens aderat et quis esset non ostendebat. De se ergo loquentibus presenciam exhibuit sed de se dubitantibus cognicionis sue speciem abscondit. Verba quidem contulit duriciam intellectus increpavit scripture sacre misteria que de se ipso erant aperuit et tamen quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat a fide ire se longius finxit. Fingere namque componere dicimus unde et compositores luti figulos vocamus. Nichil ergo simplex veritas per duplicitatem fecit sed talem se eis exhibuit in corpore qualis apud illos erat in mente. Probandi autem erant si hii qui eum etsi necdum ut deum diligerent saltem ut peregrinum amare potuissent. Sed quia esse extranei a caritate non poterant hii cum quibus veritas gradiebatur eum ad hospicium quasi peregrinum vocant. Cur autem dicimus vocant cum illic scriptum sit et coegerunt eum. Ex quo nimirum exemplo colligitur quia peregrini ad hospicium non solum invitandi sunt sed etiam trahendi. Mensam ponunt cibos offerunt et quem in scripture sacre exposicione non cognoverunt in panis fraccione cognoscunt. Audiendo ergo precepta dei illuminati non sunt faciendo illuminati sunt quia scriptum est non auditores legis iusti sunt apud deum sed factores legis iustificabuntur. Quisquis ergo vult audita intelligere festinet ea que iam intelligere potuit opere implere. Ecce dominus non est cognitus dum loqueretur et dignatus est cognosci dum pascitur. Hospitalitatem ergo fratres karissimi diligite caritatis opera amate. Hinc etenim per paulum dicitur caritas fraternitatis maneat in vobis et hospitalitatem nolite oblivisci per hanc enim placuerunt quidam

angelis hospicio receptis hinc
petrus ait. hospitales invicem
sine murmuracione omnibus. hinc ip
sa veritas dicat hospes fui et sus
cepistis me. Opprimata res est val
de et sermone nostro nobis predicati
one tradita. Quidam paterfami
lias cum tota domo sua mag
no hospitalitatis studio fervebat
Cumque cottidie ad mensam pere
grinos susciperet quadam die
peregrinus quidam inter alios ve
nit ad mensam ductus est. Dum
que paterfamilias ex humilitatis
consuetudine aquam vellet in ma
nus eius fundere conversus ur
ceum accepit. sed repente eum in cuius
manus aquam fundere voluerit
non invenit. Cumque hoc fac
tum secum ipse miraretur. eadem
nocte ei dominus per visionem dixit. Ce
teris diebus me in membris me
is. hesterno autem die me in memet
ipso suscepisti. Ecce autem iudicium
per membra suscipit. susceptores su
os etiam per semetipsum requirit
Et tamen nos ad hospitalitatis
gratiam pigri sumus. Pensate fratres
hospitalitatis virtus sit. ad men
sas vestras christum suscipite ut vos
ab eo suscipi ad convivia eterna va
leatis. prebete modo peregrino christo
hospicium ut nos in iudicio non
quasi peregrinos nesciat. sed ut pro
prios cives recipiat ad regnum
in quo vivit et regnat. Secundum
In illo tempore. Manifestavit. Johannem
festavit se iterum Jhesus
discipulis suis ad mare ty
beriadis. manifestavit autem
sic. Erant simul Symon pe
trus et Thomas qui dicitur
didimus et Nathanael qui
dicitur erat a Chana galilee

et filii zebedei et alii ex discipu
lis eius duo. Et reliqua. Ome
lia beati gregorii pape de eadem lectione
LECCIO sancti ewangeli
i que modo in vestris auri
bus lecta est fratres mei
questione animum pulsat sed pul
sacione sua vim discretionis in
dicat. Queri etenim potest cur petrus
qui piscator ante conversionem
fuit post conversionem ad pisca
cionem redyt. Et cum veritas di
cat Nemo mittens manum suam
in aratrum et respiciens retro ap
tus est regno dei. cur repetyt
quod dereliquerat. Sed si virtus dis
crecionis inspicitur citius videtur
quia nimirum negocium quod ante conver
sionem sine peccato extitit. hoc etiam
post reverti culpa non fuit. Nam
piscatorem petrum mattheum
vero theolonearium scimus et post
conversionem suam ad piscacionem
petrus abyt. Mattheus vero ad
theolonei negocium non resedit.
Quia et aliud est victum per pisca
cionem querere aliud theolonei
lucris pecunias augere. Sunt
enim pleraque negocia que sine
peccatis exhiberi aut vix aut nul
latenus possunt. Que ergo ad
peccatum implicant ad hec necesse est
ut post conversionem animus non
recurrat. Queri etiam potest
cur discipulis in mari labora
tibus post resurrectionem suam
dominus in littore stetit qui ante
resurrectionem suam coram discipu
lis in fluctibus maris ambula
vit. Cuius rei racio festine cog
noscitur si ipsa que tunc inerat
causa pensetur. Quid enim mare
nisi presens seculum designat
quod se causarum tumultibus et un

dus vite corruptibilis illidit. Quid per soliditatem littoris nisi illa quietis eterne figuratur. Quia igitur discipuli adhuc fluctibus mortalis vite inerant, in mari laborabant. Quia autem redemptor noster iam corruptionem carnis excesserat, post resurrectionem suam in littore stabat. Ac si ipso resurrectionis sue misterio verbis discipulis loqueretur dicens: Iam vobis in mari non appareo, quia vobiscum in perturbationis fluctibus non sum. Hinc est quod alio in loco post resurrectionem suam eisdem discipulis dixit: Hec sunt verba que locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum. Neque cum ipsis non erat quibus presens corporaliter apparebat, sed tamen iam se esse cum ipsis denegat, a quorum mortali corpore carnis immortalitate distabat. Qui illic cum ipsis positus fatetur non se esse cum ipsis, hoc est hic si te corporis moveat cum adhuc navigantibus esse iam in littore denunciat. Facta est autem discipulis piscationis magna difficultas, ut magistro veniente fieret admirationis magna sublimitas. Qui protinus dixit: Mittite in dexteram navigii rete et invenietis. Bis in sancto evangelio legitur quia dominus iussit ut ad piscandum retia mitterentur: ante passionem videlicet et post resurrectionem. Sed priusquam redemptor noster pateretur et resurgeret, mitti quidem rethe ad piscandum iubet, sed utrum in dexteram an in sinistram mitti debuisset non iubet. Post resurrectionem vero discipulis apparens mitti quidem rethe in dexteram iubet. In illa piscatione tanti capti sunt et retia rupta non sunt. Quis vero nesciat bonos in dextera et malos in sinistra figurari. Illa ergo piscatio in qua specialiter in qua parte rethe mitti debeat non iubetur, presentem ecclesiam designavit que bonos simul ac malos colligit, nec eligit quos trahat, quia et quos eligere possit ignorat. Hec autem piscatio post domini resurrectionem facta in solam dexteram missa est, quia ad videndam claritatis eius gloriam sola electorum ecclesia pertingit, que de sinistro opere nichil habebit. In illa piscatione pre multitudine piscium rethe rumpitur, quia nunc ad confessionem fidei etiam cum electis reprobi tanti intrant, qui ipsam quoque ecclesiam heresibus scindant. In ista vero piscatione et multi pisces et magni capiuntur et rethe non rumpitur, quia electorum sancta ecclesia in continua auctoris sui pace requiescens nullis iam dissensionibus dilaniatur. Captis autem tam magnis piscibus ascendit Symon Petrus et traxit rethe in terram. Iam credo quod vestra caritas advertat quid est quod Petrus rethe ad terram trahit. Ipsi quippe sancta ecclesia commissa, ipsi specialiter dicitur: Symon Iohannis, amas me? Pasce oves meas. Quod autem postmodum aperitur in voce, hoc nunc signatur in opere. Quia igitur predicator ecclesie nos a mundi huius fluctibus separat, nimirum necesse est ut rethe plenum piscibus Petrus ad terram ducat. Ipse enim pisces ad soliditatem littoris pertrahit, quia sancte predicationis voce

stabilitatem eterne patrie fidelibus ostendit. hec egit verbis hec epulis. hec agit cottidie miraculorum signis quociens per eum ad amorem quietis eterne accendimur. quociens a terrenorum rerum tumultibus separamur quid aliud quam missi intra rethe fidei pisces ad litus trahimur. Sed cum rethe plenum magnis piscibus dicatur additur et quantis scilicet centum quinquaginta tribus. A magno misterio numerus non vacat. sed intento prolixitate tanti misterii profunditas exquirit. Neque enim quantitatis summam solliciter euangelista exprimeret. nisi hanc sacramento esse plenam indicasset. Scitis namque quia in testamento veteri omnis operacio per decalogi mandata exprimitur. in nouo autem eiusdem operis virtus per septiformem graciam sancti spiritus multiplicatis fidelibus datur. Quam venienti propheta denunciat dicens. Spiritus sapiencie et intellectus. spiritus consilii et fortitudinis. spiritus sciencie et pietatis et replebit eum spiritus timoris domini. Sed illam hoc spiritus operacionem percipit qui fidem trinitatis agnoscit. ut et patrem et filium eundemque spiritum sanctum unius virtutis credat unius substancie esse fateatur. Quia igitur septem et supra diximus per nouum testamentum gracia data sit/ decem preceptis precepta/ vero omnis nostra vita et operacio per decem et septem potest plene comprehendi. Ducamus ergo per ternarium decem et septem et veniunt ad quinquaginta unum. qui profecto numerus a magno misterio non vacat. quia in testamento veteri legis quod annus quinquagesimus iubileus vocari iussus est. in quo plebs cunctus populus ab omni operacione quiesceret. Sed vera requies in unitate est. Diuidi quippe vnum non potest. Ubi enim scissura diuisionis est. vera requies non est. Ducamus ergo per ternarium quinquaginta unum et fiunt centum quinquaginta tres. Quia igitur et omnis nostra operacio in fide trinitatis exhibita ad requiem tendit. septem et decem ter ducamus ut ad quinquaginta et unum venire debeamus. et vera nostra requies tunc est cum ipsam claritatem trinitatis agnoscamus. quam in unitate diuinitatis certum esse tenemus. Quinquaginta et unum ter ducimus et electorum summam in superna patria quam continet et quinquaginta et trium piscium numero tenemus. post resurrectionem ergo dominum missum rethe dignum fuit ut tot pisces caperet qui solummodo electos ciues quam solummodo electos ciues superne patrie designarent. Inter hec vero et hesterna sancti euangelii lectio et hodierna nos ammonet ut vigilanter debeamus inspicere cur dominus et redemptor post resurrectionem suam piscem assum legitur comedisse. Non enim vacat a misterio quod iteratur in facto. In hac etenim lectione panem et assum piscem et fauum mellis comedit. Quid autem signare credimus piscem assum nisi ipsum mediatorem dei et hominem passum. Ipse enim latere dignatus est in aquis generis humani capi noluit laqueo nostre mortis. et quasi tribulacione assatus est tempore passionis sue. Sed qui piscis assus fieri dignatus est in passione fauus mellis extitit in resurrectione. An qui in pisce asso figurare voluit tribulacionem passionis sue in fauo mellis utramque naturam exprimere voluit.

ersone sue. Fauus quippe mel in
cera est. Mel vero in cera est divini-
tas in humanitate. Quod ab hac quoque
lectione non discrepat. Nam piscem
comedit et panem. Nam in eius as-
sumpta ponit ut piscis ex humani-
tate, panis nos reficiat ex divinita-
te, qui ait: Ego sum panis vi-
vus qui de celo descendi. Assum
ergo piscem comedit et panem, ut
in ipso cibo ostenderet quia et pas-
sionem ex nostra humanitate pertu-
lit et refectionem nostram ex sua
divinitate paravit. Quod si congru-
enter inspicimus, nobis quoque quali-
ter ad imitandum congruat vide-
amus. Sic enim sua refectione re-
demptor indicat ut imitationis
viam nobis sequentibus signat. Et-
enim in cibo suo dum ut pisci asso
coniungere fauum voluit quia eos ad
se illos in suo corpore ad eternam
quietem suscipit qui cum hic
tribulationes pro deo senciunt ab a-
more intime dulcedinis non rece-
dunt. Cum asso pisce fauus su-
mitur quia qui hic afflictionem
pro veritate sustinent illic dulce-
dine vera saciantur. Notandum
est quod ultimum convivium domi-
nus cum septem discipulis habuisse
describitur. Petrus namque et
thomas nathanael filii zebe-
dei et alii ex discipulis eius
duo in eo fuisse memorantur.
Cur cum septem discipulis ul-
timum convivium celebrat nisi quod
eos tantummodo qui septiformi gratia
sancti spiritus pleni fuerint futuros
secum in eterna refectione denun-
ciat. Septem quoque diebus
omne hoc tempus evolvitur
et sepe septenario numero perfectio
designatur. Illi ergo de illo con-

convivio de presencia veritatis epulantur
qui nunc perfectionis studio terrena
transcendunt, quos mundi huius
amor non ligat. Quibus et si ut-
cumque per temptamenta obstrepit
cepta tamen eorum desideria non retar-
dit. De hoc extremo convivio a-
lias per Johannem dicitur: Beati qui ad
cenam nupciarum agni vocati sunt.
Post eos enim non ad prandium sed ad ce-
nam vocatos narrat, quia nimirum
in fine diei convivium cena est. Qui er-
go finito presentis vite tempore ad re-
fectionem superne contemplationis
veniunt non ad agni prandium
sed ad cenam vocantur. Que videli-
cet cena hoc ultimo convivio expri-
mitur, cui septem discipuli adesse
memorantur. Quia illos ut diximus
in eterna refectione pascit qui nunc
septiformis gracie amore anhe-
lant. Hec ergo nobiscum sic agite,
huius spiritus replere presencia deside-
rate. Quid nos sequi in futurum
possit ex presenti prevenire pensa-
te. Si hoc spiritu pleni estis et nos-
tis si ad illud convivium pervenire
valeatis. Quisquis namque ille est
quem nunc spiritus iste non reparat
profecto ab illo eterno convivium refec-
tione ieiunat. Mementote quid de
eodem spiritu Paulus dicat: Si quis
spiritum christi non habet hic non est eius.
Quasi quidam titulus divine pos-
sessionis est iste spiritus amoris. Nu-
quid nam spiritum christi habet cuius
mentem odia dissipant, elatio in-
flat, ira usque ad divisionem mentis
exasperat, avaricia cruciat, luxuri-
a enervat. Pensate quis sit spiritus
christi. Profecto ille qui facit amicos et
inimicos diligi, terrena despici, pro
celestibus estuari, carnem contra
vicia conteri, mentem a concupiscentiis

interna refectio
repetit

fremam. Si ergo vos vultis huius modi
cognoscere possessionis dei personam
perpendite possessoris vestri. Ecce enim
quod dixi voce veridica paulus
clamat. Si quis spiritum christi non habet
hic non est eius. Ac si aperte dicat
Cum nunc deo inhabitante non re
gitur de divine claritatis specie per
modum non letatur. Sed vos tamen
ad hec que dicta sunt inpermane
nt dum culmen perfectionis attingi
mus in via dei cottidie saltem de
siderii gressus ponamus. Conso
latur nos virtus quod per psalmistam
dicat. Imperfectum meum viderunt oc
uli tui et in libro tuo omnes scri
bentur. Non omnino est vobis nox
ia vita imperfecta si in dei itinere
constituti et ad ea que acta non respi
cimus et ad ea que restant currere
festinamus. Nam qui imperfectorum
desidia dignitatem instaurat hic quoque
ad perfectionem roborat per ihesum christum
dominum nostrum qui cum eo vivit et regnat
deus in unitate spiritus sancti per omnia
secula seculorum amen. Secundum matheum

In illo tempore maria stabat ad mo
numentum foris plorans. Dum er
go fleret inclinavit se et prospex
it ad monumentum et vidit
duos angelos in albis sedentes
unum ad caput et unum ad pedes
ubi positum fuerat corpus ihesu
Et reliqua. Omelia beati gregorii pape
de eadem lectione

Maria magda
lene que fuerat in civi
tate peccatrix amando ve
ritatem lavit lacrimis
maculas criminis et vox veritatis
impletur qua dicitur. Dimissa sunt
ei peccata multa quia dilexit mult
um. Que enim prius frigida peccando
remanserat postmodum amando for
titer ardebat. Nam postquam venit

ad monumentum ibique corpus domini
cum non invenit sublatum credidit
atque discipulis nunciavit. Qui
venientes viderunt atque ita esse
ut mulier dixerat crediderunt
et de eis protinus scriptum est. A
bierunt ergo discipuli ad semetip
sos. Ac deinde subiungitur. Maria
autem stabat ad monumentum
foris plorans. Qua in re pen
sandum est huius mulieris men
tem quanta vis amoris accenderat
que a monumento domini etiam dis
cipulis recedentibus non recedebat.
Exquirebat quem non invenerat
flebat inquirendo et amoris igne
sui succensa eius quem ablatum
credidit ardebat desiderio. Unde
contigit ut eum sola tunc videret
que remansit ut quereret quia ni
mirum virtus boni operis quia perse
verancia est. Et voce veritatis
dicitur. Qui autem perseveraverit
usque in finem hic salvus erit. Ex
precepto legis cauda hostie in sacri
ficio iubetur offerri. In cauda quippe
finis est corporis et ille bene immo
lat qui sacrificium boni operis us
que ad finem debite perducit actionis.
Hinc ioseph inter reliquos fratres
talarem tunicam habuisse descri
bitur. Tunica quippe usque ad talum
est opus bonum usque ad consumma
cionem. Sed maria cum fleret
inclinavit se et prospexit in mo
numentum. Certe iam monumen
tum vacuum viderat iam sublatum
dominum nunciaverat. Quid est quod
se iterum inclinat iterum
videre desiderat. Sed amanti
semel aspexisse non sufficit
quia vis amoris intencionem
multiplicat inquisicionis. Que
sivit ergo prius et minime invenit

perseveravit ut quereret. contigit
ut inveniret. Actumque est ut deside-
ria dilata crescerent et crescencia
caperent quod invenissent. Hinc est
enim quod de eodem sponso ecclesia in can-
ticis canticorum dicit. In lectulo me-
o quesivi per noctes quem diligit
anima mea quesivi illum et non
inveni. Surgam et circuibo civita-
tem per vicos et plateas queram
quem diligit anima mea. Quem de-
fectum inventionis ingeminat
dicens. Quesivi illum et non inve-
ni. Sed dum inventio non elongatur
si inquisitio non desistat. adiun-
git. Invenerunt me vigiles
qui custodiebant civitatem. Num
quem diligit anima mea vidistis.
Paululum cum pertransissem eos in-
veni quem diligit anima mea.
Dilectum namque in lectulo querimus
quia et si iam in illo mente vi-
gilat tamen adhuc oculus ca-
ligat. Sed dilectum suum non inve-
nit. restat ut surgat civitatem
circueat. id est sanctam electorum ecclesiam
mente et inquisitione percurrat.
Per vicos enim et plateas querat
id est per angusta et lata gradientes
aspiciat ut si qua invenire in eis
valeat eius vestigia exquirat.
Quia sunt nonnulli etiam vite secu-
laris qui imitandum aliquid habe-
ant de actione virtutis. Queren-
tes autem nos vigiles inveniunt
qui custodiunt civitatem quia sancti
patres qui ecclesie statum custodi-
unt bonis studiis occurrunt
ut suo vel verbo vel scripto nos do-
ceant. Quos cum paululum per-
transimus quem diligimus inve-
nimus quia redemptor noster
et si humilitate homo inter homines
divinitate tamen super homines

fuit. Cum ergo transeuntur vigiles di-
lectus invenitur quia cum prophetas
et apostolos infra ipsum esse conspici-
mus. illum qui natura deus est etiam
super homines consideramus. Prius
ergo non inveniendus queritur ut
post inventus strictius teneatur.
Sancta enim desideria ut prediximus
dilatione crescunt. Si autem dilati-
one deficiunt desideria non fuerunt.
Hoc amore arsit quisquis ad veritatem
pertingere potuit. Hinc namque david
ait. Sitivit anima mea ad deum vi-
vum quando veniam et apparebo ante
faciem dei. Hinc nos admonet di-
cens. Querite faciem eius semper.
Hinc propheta ait. Anima mea de-
sideravit te in nocte. Sed et spiritu
meo in precordiis meis de mane
vigilabo ad te. Hinc ei iterum ecclesia
in canticis canticorum dicit. Vulne-
rata caritate ego sum. Iustum
quippe est ut ex visione medica per-
tingat ad salutem que per estum
eius desiderii vulnus amoris por-
tat in pectore. Hinc rursus ait.
Anima mea liquefacta est ut dilectus
namque hominis conditoris sui speci-
em non querentis male dura est
quia in semetipsa retinet frigida [remanet]
ac si ardere iam ex desiderio cepit
ad sequendum quem diligit lique-
facta per ignem amoris currit.
Fit desiderio anxia displicescunt in se-
culo cuncta que placebant. nichil
est quod extra conditorem libeat. Et
que prius delectabant animum fiunt
postmodum vehementer onero-
sa. Nichil eius mesticiam consola-
tur quousque adhuc qui desidera-
tur non aspicitur. Meret mens
lux ipsa fastidio est. Talique igne [in mente]
decoquitur rubigo culpe et succen-
sus animus qui aurum auri amore

quia per usum spem perdidit / per incendium claresit. Ista itaque que sic amat, que se ad monumentum quod prospexerat iterum inclinat, videamus quo fructu vis amoris in eam geminat opus inquisitionis. Sequitur: vidit duos angelos in albis sedentes unum ad caput et unum ad pedes ubi positum fuerat corpus Ihesu. Quid est quod in loco dominici corporis duo angeli videntur unus ad caput atque alius ad pedes sedens, nisi quod latina lingua angelus nuncius dicitur. Et ille ex passione sua nunciandus erat qui et deus est ante secula et homo in fine seculorum. Quasi ad caput sedet angelus cum per apostolum predicatur quia in principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Et quasi ad pedes sedet angelus cum dicitur verbum caro factum est et habitabit in nobis. Possumus etiam per duos angelos duo testamenta cognoscere, et aliud unum prius et aliud sequens. Qui videlicet angeli per locum dominici corporis sibimet sinet sunt quia nimirum utraque testamenta dum pari sensu incarnatum et mortuum ac resurrexisse dominum nunciant, quasi testamentum prius ad caput et testamentum posterius ad pedes sedet. Unde et duo cherubyn que propiciatorium tegunt sese invicem aspiciunt versis vultibus in propiciatorium. Cherubin quippe plenitudo sciencie dicitur. Et quid per duo cherubyn nisi utraque testamenta designantur? Quid vero per propiciatorium nisi incarnatus dominus signatur. De quo Johannes ait: Ipse est propiciacio pro peccatis nostris. Et dum testamentum vetus hoc faciendum denunciat quod testamentum novum de domino factum clamat, quasi utraque cherubyn semetipsa aspiciunt dum vultus in propiciatorium vertunt. Quia dum inter se positum incarnatum dominum vident a suo aspectu non discrepant, que dispensacionis eius misterium concorditer narrant. Requirunt mariam angeli dicentes: Mulier quid ploras? Et dicit eis: Quia tulerunt dominum meum et nescio ubi posuerunt eum. Ipsa namque sacra eloquia que in nobis lacrimas amoris excitant easdem lacrimas consolantur dum nobis redemptoris nostri spem promittunt. Sed notandum iuxta historiam est quod mulier non ait tulerunt corpus domini mei, sed tulerunt dominum meum. Ut aliquando ex parte totum aliquando vero ex toto partem significet. Sacri namque usus eloquii est ut ex parte etiam totum signat. Sicut de Jacob filiis scriptum est quia descendit Jacob in egiptum in animabus septuaginta. Neque enim in egiptum anime sine corporibus descenderunt. Sed per solam animam totus homo signatur quia ex parte totum ~~exprimitur~~ exprimitur. Et solum dominicum corpus in monumento iacuerat, et maria non corpus domini sed sublatum dominum querebat videlicet ex toto designans partem. Hec cum dixisset conversa retrorsum vidit Jhesum stantem et nesciebat quia Jhesus esset. Notandum quod maria que adhuc de domini resurrectione dubitabat retrorsum conversa est ut videret Jhesum, quia videlicet per eandem dubitationem suam quasi tergum i

domini facie inserat quem resur-
rexisse minime credebat. Sed quia a-
mabat et dubitabat, videbat
et non agnoscebat. Cuius adhuc ig-
norancia exprimitur cum infertur et
nesciebat quia ihesus esset. Dicit
ei mulier quid ploras quem
queris. Interrogatur doloris causa ut
augeatur desiderium, quatinus cum nomi-
naret quem quereret in amore eius
ardencius estuaret. Illa existi-
mans quia ortulanus esset, di-
cit ei: Domine si tu sustulisti eum di-
cito michi ubi posuisti eum et e-
go eum tollam. Forsitan non erran-
do hec mulier erravit que ihesum
ortulanum credidit. An non ei spiritu-
aliter ortulanus erat qui in eius
pectore per amoris sui virtutum
virencia plantabat. Sed quid est
quod viso eo quem ortulanum credidit
cui nec dum dixerat quem que-
rebat ait: Domine si tu sustulisti eum
quasi enim iam dixisset ex cuius
desiderio plangeret eum dicit quem
non dixerat. Sed vis amoris hoc
agere solet in animo, ut quem ipsa
semper cogitat nullum alium credat
ignorare. Recte et hec mulier
quem querit non dicit, si tu sustu-
listi eum, quasi iam dixisse ex
cuius desiderio plangeret eum dicitur
animo. Amat alteri non putat incog-
nitum quem sic ipsa continuo plan-
git desiderio. Dicit ei ihesus: Mari-
a. Postquam eum communi vocabu-
lo appellat ex sexu et agnitus
non est vocat ex nomine, ac si
si aperte dicat: Recognosce eum
a quo recognosceris. Perfecto
quippe viro dicitur: Novi te ex nomine.
Quia homo commune omnibus vocabu-
lum est, Moyses vero proprium cui idem
te dicitur quia ex nomine sciatur.

Ac si aperte dominus dicat: Non te gene-
raliter ut ceteros sed specialiter scio.
Maria ergo quia vocatur ex nomi-
ne recognoscat auctorem atque eum
protinus Rabboni id est magistrum vocat
quia et ipse erat qui querebatur exterius
et ipse qui eam interius ut quereret
docebat. Iam vero ab evangelista non
subditur quid mulier fecit, sed ex
eo innuitur quod audivit cum dicitur:
Noli me tangere. Nondum enim ascen-
di ad patrem meum. In his enim ver-
bis ostenditur quod Maria amplecti
voluit eius vestigia quem recogno-
vit. Sed ei magister dicit: Noli me
tangere, non quia post resurrectionem
dominus tactum renuit feminarum
cum de duabus ad sepulcrum eius
scriptum sit accesserunt et tenuerunt
pedes eius. Sed cur tangi non debe-
at ratio quoque additur cum subin-
fertur: Nondum enim ascendi ad
patrem meum. In corde autem nostro tunc
ihesus ascendit ad patrem cum equa-
lis creditur patri. Nam quisquis
eum equalem patri non credit
adhuc eius pectore ad patrem
dominus non ascendit. Ille ergo ihesum
veraciter tangit qui patri filium coe-
ternum credit. In corde etenim Pau-
li iam ad patrem ihesus ascenderat
cum idem Paulus dicebat: Qui cum
in forma dei esset non rapinam ar-
bitratus est esse se equalem deo.
Unde Iohannes quoque redemptorem nostrum
manu fidei tetigit cum ait: In
principio erat verbum et verbum erat
apud deum et deus erat verbum.
Omnia per ipsum facta sunt. Tan-
git ergo dominum qui eum patri coeter-
ne substancie equalem credit. Sed fortas-
se aliquis tacita questione pulsa-
tur quomodo filius patri esse equalis
possit. Qui ita in re humana naturam

quod admirando comprehendere non valet restat
ut hoc sibi esse credibile ex admiratione
ne alia sciat. Habet namque quod audientibus
sibi sub brevitate respondeat. Con-
stat enim quia ipse creavit matrem in cuius
virgineo utero ex humanitate crea-
retur. Nunquid igitur minor si equalis
est patri qui prior est matre. Pau-
lo quoque attestante dicimus Christum dei
virtutem et dei sapientiam. Qui ergo fi-
lium minorem putat patri specialiter
derogat cuius sapientiam esse ei
inequalem fatetur. Quis enim
homo potens equanimiter ferat
si quis ei dicitur: Magnus quidem
es sed tamen sapientia tua te minor
est. Ipse quoque dominus dicit: Ego et pa-
ter unum sumus. Et rursus ait:
Pater maior me est. De quo etiam
scriptum est quia subditus erat paren-
tibus suis. Quid ergo mirum si ex
humanitate sua minorem se patri
asserit in celo ex qua etiam subiectus
erat parentibus in terra. Ex qua huma-
nitate Marie nunc dicitur: Vade ad
fratres meos et dic eis: Ascendo
ad patrem meum et deum meum
ad deum vestrum. Cum meum dicit
et patrem, cur non communiter dicit et ve-
strum? Sed distincte loquens indicat
quia eundem patrem et deum dis-
similiter habeat ipse quam nos.
Ascendo ad patrem meum videlicet
per naturam et patrem vestrum per gratiam;
ad deum meum quia descendi; ad de-
um vestrum quia ascendistis. Quia
enim et ego homo deus michi est.
quia vos ab errore liberavi deus
est vobis. Distincte ergo michi pater
et deus est quia quem ante secula
deum genuit hominem in fine secu-
lorum creavit. Venit Maria
Magdalene annuncians discipulis
quia dominum vidi et hec dixit michi

Ecce humani generis culpa ibi ab-
sciditur unde processit. Quia enim
paradiso mulier viro propinavit mor-
tem, a sepulcro viris mulier nun-
ciavit vitam, et dicta sui vivifi-
catoris narrat que mortiferi serpentis
verba narraverat. Ac si humano
generi non verbis dicat sed rebus: De
qua manu vobis illatus est
potus mortis de ipsa suscipite po-
culum vite. Hec de expositione lectio-
nis evangelice succincte transcur-
rimus. Nunc opitulante eodem
de quo loquimur domino resurrec-
tionis eius gloriam et pietatis
viscera consideremus. Ideo enim
a morte noluit surgere ne nostra
diu anima in infidelitatis morte
remaneret. Unde bene per psal-
mistam dicitur: De torrente in via
bibet, propterea exaltabit caput.
In humano quippe genere ab
ipso quippe initio mundi torrens
mortis effluxerat. Sed de hoc
torrente dominus in via bibit quia
mortem in transitu gustavit. Et
ideo exaltavit caput quia hoc quod
moriendo in sepulcro posuit
surgendo super angelos elevavit.
Et mox antiquum hostem in eter-
num perculit unde sensit contra se ma-
nus persequentis. Qualiter primum per-
Quod apte dominus beato Iob indicat
dicens: Numquid capies leviatan
hamo? Per leviatan quip-
pe qui additamentum eorum dicitur
cetus ille devorator humani
generis designatur. Qui dum
se divinitatem homini addere spopon-
dit, immortalitatem sustulit. Qui
prevaricationis quoque culpam quam
primo homini propinavit diu se sequen-
tibus pessima persuasione multi-
plicat penas eorum sine cessatione

ne multiplicat continuat. In ha
mo autem esca ostenditur aculeus
occultatur. Hunc ergo pater omni
potens hamo cepit quia ad mor
tem illius vnigenitum filium incar
natum misit. in quo et caro pas
sibilis videri posset et diuinitas im
passibilis uideri non posset. Cumque
in eo serpens iste per manus per
sequentium escam corporis momor
dit diuinitatis illum aculeus per
forauit. Iu eum in miraculis dum
cognoueratur Sed de cogitacione sua
ad dubitacionem recidit quando hunc
passibilem vidit. Quasi hamo
ergo fauces glucientis tenuit dum illa esca carnis pa
tuit quam deuoratur appeteret et
diuinitatis passionis tempore latuit que
necaret. In hamo eius ysex incar
nacionis captus est quia dum
in illo appetit escam corporis
is transfixus est aculeo diuinitatis.
Ibi quippe erat humanitas que
deuoratricem ibi aptum infirmitatis que
prouocaret ibi occulta virtus que
raptoris faucem transfigeret. In ha
mo igitur captus est quia inde
interiit vnde momordit. Et quos
iure tenebat mortales perdidit
quia eum in quo ius non habuit
morte appetere immortalem presump
sit. Hinc est etiam quod hec ipsa de
qua loquimur maria vincit quia il
le pro humano genere qui morti
nichil debebat occubuit. Hinc
est quod nos cottidie ad uitam post cul
pas redimimur quia ad penam
noster conditor sine culpa descen
dit. Ecce iam antiquus hostis
eciam que de humano genere cepe
rat spolia amisit supplantatio
nis sue victoriam perdidit. Cotti
die peccatores ad vitam redeunt

cottidie de eius faucibus redempto
ris manu rapiuntur. Vnde quod ad beatum
Job voce diuina iterum dicitur. Et armilla
perforabis maxillam eius. Armil
la ubi ponitur ambigendo constrin
git. Quid igitur per armillam nisi
circumplectens nos diuina misericordia de
signatur. Que leuiathan eius perstitig
forat maxillam dum post perpetra
ta que prohibuit adhuc penitenciae
remedium ostendit. Armilla domi
nus maxillam leuiatan perforat
quia ineffabili misericordie sue potencia
sic malicie antiqui hostis obui
at ut aliquos eos etiam quos iam
cepit amittat. Et quasi ab ore illius
cadunt qui post perpetratas
culpas ad innocenciam redeunt.
Quis enim ore illius semel raptus
maxillam euaderet si perforata non
esset. An non in ore petrum tenuit
cum negauit. An non in ore dauid
tenuit cum in tantam se luxurie vora
ginem mersit. Sed cum ad vitam uterque
per penitenciam rediit leuiatan iste eos
aliquo modo quasi per maxille sue
foramen amisit. Per foramen
ergo maxille ab eius ore subtracti
sunt qui post perpetracionem tan
te nequicie penitendo redierunt.
Quis autem hominum os leuiathan isti
us euadat ut illicita nulla committat. Sed hinc cognoscimus quantum
redemptori humani generis debito
res sumus qui non solum nos in o
re leuiatan ire prohibuit sed ab ore
eciam redire concessit. Qui spem
peccatoribus non abstulit quia max
illam eius ut euadendi viam tribu
eret perforauit. ut saltem post mor
sum fugiat qui incautus prius
cauere noluit ne morderetur. ubique
ergo nobis occurrit superna medici
na quia et dedit homini precepta

ne peccet et tamen post dedit vine
dum ne desperet Unde cavendum
summopere est ne quis delectatione pec
cati leviatan istius ore rapiatur
et tamen si raptus fuit non despe
ret quia si perfecte peccatum lugeat adhuc
foramen in maxilla eius invenit
per quod evadat. Adest testis divine
misericordie. Hec ipsa de qua loquimur ma
ria de qua phariseus dum pietatis
fontem vellet obstruere dicebat
Hic si esset propheta sciret utique
que et qualis est mulier que tan
cum git quia peccatrix est. Sed lavit
lacrimis maculas cordis et corporis
et redemptoris vestigia tetigit
que sua itinera prava deliquit
Sedebat ad pedes ihesu verbumque
de ore illius audiebat. Viventi
adheserat mortuum querebat
viventem repperit quam mortuum
quesivit. Tantum que apud eum locum
gracie invenit ut hunc ipsis
apostolis quoque angelis eius videlicet nun
ciis ipsa nunciaret. Quid itaque
fratres quid in ista re debemus aspi
cere nisi inmensam misericordiam condi
toris nostri. Qui nobis velut in
signo ad exemplum penitencie
posuit eos quos per penitenciam ad
vitam post lapsum fecit. Per
pendo enim petrum considero latro
nem aspicio zacheum intue
or mariam et nichil in hiis a
liud video nisi ante oculos no
stros posita spei et penitencie
exempla. Fortasse enim in fide la
psus est aliquis aspiciat pe
trum qui amare flevit quod timide
negaverat. Alius contra proxi
mum suum in malicia crudelitatis
exarsit aspiciat latronem
qui in ipso mortis articulo ad
vite premia penitendo pervenit.

Alius avaricie estibus anhelans
aliena diripuit aspiciat zacheum
qui si quid alicui abstu
lit quadruplum reddidit. Alius
libidinis igne succensus car
nis mundiciam perdidit aspiciat
mariam que in se amorem carnis
igne divini amoris excoxit. Ec
ce omnipotens deus ubique ocu
lis nostris quos imitari debeamus
obicit ubique exempla sue misericordie
opponit. Mala ergo iam displiceant
vel experta libeant. Obliviscatur
omnipotens deus quod nocentes fu
imus paratus est penitenciam nostram
nobis ad innocenciam deputare
Inquinati post aquas salutis renas
camur ex lacrimis. Itaque iuxta
primi pastoris vocem sicut modo
geniti infantes lac concupisci
te. Redite parvuli filii ad sinum
matris vestre eterne sapiencie sugite
larga ubera pietatis dei. Transacta
acta plangite imminencia ca
vete tute. Redemptor noster mo
mentaneos fletus vestros eterno
consolabitur gaudio. Qui vivit
et regnat cum patre in unitate
spiritus sancti deus per omnia secula seculorum.

In illo tempore. Secundum Johannem
Cum sero factum esset una sab
batorum et fores essent clause
ubi erant discipuli congrega
ti propter metum iudeorum. venit
ihesus et stetit in medio eorum
et dicit eis. Pax vobis. Et reliqua

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione

Prima lectionis huius evangelice
questio animum pulsat
quomodo post resurrectionem
corpus dominicum verum fuit
quod clausis ianuis ad discipu
los ingredi potuit. Sed scien
dum nobis est quod divina operacio

si ratione comprehenditur non est admirabilis. nec fides habet meritum cui humana ratio prebet experimentum. Sed hec ipsa redemptoris opera que ex semetipsis comprehendi nequaquam possunt ex alia eius operatione pensanda sunt ut rebus mirabilibus fidem prebeant mirabiliora. Illud enim corpus domini intravit ad discipulos ianuis clausis quod videlicet ad humanos oculos per nativitatem suam clauso exivit utero virginis. Quid ergo mirum si clausis ianuis post resurrectionem suam in eternum iam victurus intravit qui moriturus veniens non aperto utero virginis exivit. Sed quia ad illud corpus quod videri poterat fides intuentium dubitabat ostendit eis protinus manus et latus. Palpandam carnem prebuit quam clausis ianuis introduxit. Qua in re duo mira et iuxta humanam rationem sibi valde contraria ostendit dum post resurrectionem corpus suum et incorruptibile et tamen palpabile demonstravit. Nam et corrumpi necesse est quod palpatur et palpari non potest quod non corrumpitur. Sed miro modo atque inestimabili redemptor noster et incorruptibile post resurrectionem et palpabile corpus exhibuit ut monstrando incorruptibile invitaret ad premium et prebendo palpabile formaret ad fidem. Et incorruptibilem se ergo et palpabilem demonstravit ut profecto esse post resurrectionem ostenderet corpus suum et eiusdem nature et alterius glorie. Dicit eis pax vobis. Sicut misit me pater et ego

mitto vos. Id est. Sicut misit me pater deus deum et ego mitto vos homo homines. Pater filium misit qui hunc pro redemptione generis humani incarnari constituit. Quem videlicet in mundo venire ad passionem voluit. sed tamen amavit filium quem ad passionem misit. Electos vero apostolos dominus non ad mundi gaudia. sed sicut ipse missus est ad passiones in mundum mittit. Quia ergo et filius amatur a patre et tamen ad passionem mittitur ita et discipuli amantur a domino qui tamen ad passionem mittuntur in mundo. Itaque dicit. Sicut misit me pater et ego mitto vos. Id est ea vos caritate diligo cum inter scandala persecutorum mitto qua me caritate pater diligit quem venire ad tollerandas passiones fecit. Quamvis mitti etiam iuxta naturam divinitatis possit intelligi. Eo ipso enim a patre filius mitti dicitur quo a patre generatur. Nam sanctum quoque spiritum qui cum sit patri coequalis et filio non tamen incarnatus est. idem se filius mittere perhibet dicens. Cum venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre. Si enim mitti solummodo incarnari deberet intelligi. sanctus procul dubio spiritus nullo modo diceretur mitti qui nequaquam incarnatus est. Sed eius missio ipsa processio est qua de patre procedit et filio. Sicut itaque mitti dicitur quia procedit ita et filius non incongrue mitti dicitur quia generatur. Hoc cum dixisset insufflavit et dicit eis. Accipite spiritum sanctum. Querendum nobis est quid est

q(uod) sp(iritu)m sanctu(m) d(omi)n(u)s noster et sem(el)
dedit in t(er)ra consistens et semel
celo p(re)sidens Neq(ue) e(ni)m alio loco da
tus sp(iritu)s sanctus ap(er)te monstrat(ur)
nisi cum insup(er) sufflacionem p(er)
cipitur et post modu(m) cu(m) de celo
veniens in linguis variis demo(n)stra
tur. Cur ergo prius in t(er)ra discip(u)lis
datur postmodum de celo mitti
tur nisi q(uia) duo sunt p(re)cepta cari
tatis dilectio videlicet dei et dil(e)c
cio p(ro)ximi. In t(er)ra datur sp(iritu)s ut
diligat(ur) p(ro)x(imus) in celo dat(ur) ut di(ligatu)r deus — # diligatur deus. Sicut ergo una est
caritas et duo p(re)cepta ita unus
sp(iritu)s et duo data. Sp(iritu)s p(ri)us a co(n) — dat(ur)
sistente d(omi)no in t(er)ra, p(ost)modu(m) e ce
lo quia in p(ro)ximi amore discat(ur)
qualiter p(er)venire debeat ad
amorem dei. Unde idem Johannes
Qui non diligit fr(atr)em suu(m) quem
videt deu(m) quem non videt quo(modo)
pot(est) diligere. Et an(te) quide(m) discipu
loru(m) mentibus idem sanctus sp(iritu)s
inerat ad fidem s(ed) tame(n) manifes
ta dacione no(n) nisi post resurrecci
o(n)e(m) datus est. Unde et sc(ri)ptum est
Non dum erat sp(iritu)s datus q(ui)a ihe
sus nondu(m) fuerat glorificatus. Un(de)
eciam p(er) Moysen dicitur Suggesserunt
mel de petra et oleum de firma p(re)
petra. Neq(ue) e(ni)m quidq(ua)m tale iuxta
hystoriam legitur si tota testam(en)
ti vet(eris) series recenseatur. Nusq(uam)
de petra mel nusq(uam) ille p(o)p(u)l(u)s, sug — oleu(m)
xit — gessit. Sed quia iuxta Pauli voce(m)
petra erat Chr(istu)s mel de petra sug
gesserunt qui eiusde(m) redempto
ris n(ost)ri facta et miracula viderunt.
Oleum v(er)o de firma petra suxe
runt quia effusione sp(iritu)s sanc
ti post resurrectione(m) ungi meru
erunt. Quasi ergo infirma petra
mel dedit cu(m) adhuc mortalis
d(omi)n(u)s miraculor(um) suor(um) dulcedine(m)

discipulis ostendit. Sed firma pe
tra oleum fudit quia p(ost) resurrec
cione(m) suam factus iam impas
sibilis p(er) afflacione(m) sp(iritu)s dona
sancte unccionis emanavit. De
hoc oleo p(er) p(ro)ph(e)tam dicit(ur) Compu
trescat iugu(m) a facie olei. Sub iu
go quippe tenebamur demoniace
dominacionis s(ed) uncti sumus oleo
sp(iritu)s sancti. Et quia nos gracia
libertatis unxit dominacionis de
moniace iugu(m) putruit. Paulo
attestante qui ait Ubi sp(iritu)s do
mini ibi libertas. Sciendu(m) v(er)o q(uod)
hij qui p(ri)us sp(iritu)m sanctu(m) habuerunt
ut et ipsi innocenter viverent et in
p(re)dicacione q(ui)busda(m) prodessent
Idcirco hunc post resurrectione(m)
do(mi)ni patenter acceperunt ut p(ro)
desse non paucis s(ed) pluribus possent.
Unde et in hac ipsa dacione sp(iritu)s
dicitur Quoru(m) remiseritis peccata
remittuntur eis et quorum retinu
eritis retenta sunt. Libet illic intu
eri discipuli ad tanta onera humi
litatis vocati ad quantum glorie
culmen sunt p(er)ducti. Ecce no(n) so
lum de semetipsis securi fiunt s(ed)
eciam aliene obligacionis p(o)t(es)tatem
relaxacionis accipiunt. Princi
patu(m) superni iudicii sorciuntur ut
vice dei quibusda(m) p(e)cc(at)a retineat
quibusdam relaxant. Sic eos a
deo decebat erigi qui tantu(m) p(ro) eo
consenserant humiliari. Ecce q(ui) di
strictum dei iudiciu(m) metuunt a(n)i(m)a(rum)
iudices fiunt et alios dampnant
vel liberant qui semetipsos dap(n)
nari metuebant. Hor(um) p(ro)fecto nu(n)c
in ecclesia ep(iscop)i locu(m) tenent. Solve(n)
di atq(ue) ligandi auct(oritat)e(m) suscipiunt
qui gradu(m) regiminis sorciuntur.
Grandis honor s(ed) grave pon
dus istius est honoris. Durum

quippe est ut qui nesciat tenere moderamina vite sue iudex vite fiat aliene. Et plerumque contingit ut hunc locum iudicii teneat cuius ad locum vita minime concordat. Ac sepe agitur ut vel dampnet immeritos vel alios ipse ligatus solvat. Sepe in solvendis ac ligandis subditis sue voluntatis motus non autem causarum merita sequitur. Unde fit ut ipsa hac ligandi et solvendi potestate se privet qui hanc pro suis voluptatibus et non pro subiectorum moribus exercet. Sepe fit ut erga quemlibet proximum odio vel gracia moveatur pastor. Iudicare autem digne de subditis nequit qui in subditorum causis sua vel odia vel graciam sequitur. Unde recte per prophetam dicitur Mortificabant animas que non moriuntur et vivificabant eas que non vivunt. Non morientem quippe mortificat qui iustum dampnat et non victurum vivificare nititur qui reum a supplicio absolvere conatur. Cause ergo pensande sunt et tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda. Videndum que culpa aut que sit penitencia secuta post culpam ut quos omnipotens deus per compunctionis graciam visitat illos pastor ex sentencia absolvat. Tunc enim vera est absolucio presidentis cum interni arbitrium sequitur iudicis. Quod bene quatriduani mortui resuscitacio illa significat que videlicet demonstrat quia prius mortuum dominus vocavit et vivificavit dicens Lazare veni foras et postmodum hic qui vivus egressus fuerat a discipulis est solutus sicut scriptum est Cumque egressus esset qui ligatus fuerat institis

tunc dixit discipulis Solvite eum et sinite abire. Ecce illum discipuli iam viventem solvunt quem magister resuscitaverat mortuum. Si enim discipuli lazarum mortuum solverent fetorem magis ostenderent quam virtutem. Ex qua consideracione intuendum est quod illos nos debemus per pastoralem auctoritatem solvere quos auctorem nostrum cognoscimus per suscitantem graciam vivificare. Que nimirum vivificacio ante operacionem rectitudinis in ipsa iam cognoscitur confessione peccati. Unde et huic ipsi mortuo lazaro nequaquam dicitur revivisce sed veni foras. Omnis quippe peccator dum culpam suam intra conscienciam abscondit intus sub latet in suis penetralibus occultatur. Sed mortuus venit foras cum peccator nequicias suas sponte confitetur. Lazaro ergo dicitur veni foras. Ac si aperte cuilibet mortuo in culpa diceretur Cur reatum tuum intra conscienciam abscondis. Foras iam per confessionem egredere qui apud te intus per negacionem lates. Veniat itaque foras mortuus id est culpam confiteatur peccator. Venientem autem foras solvant discipuli ut pastores ecclesie ei penam debeant amovere quam meruit qui non erubuit confiteri quod fecit. Hec de absolucionis ordine breviter dixerim ut sub magno moderamine pastores ecclesie vel solvere studeant vel ligare. Sed utrum iuste an iniuste obliget pastor pastoris tamen sentencia gregi timenda est ne is qui subest et cum iniuste forsitan ligatur ipsam obligacionis sue sentenciam ex alia culpa mereatur. Pastor vero vel absolvere indiscrete

timeat vel ligare. Is autem qui sub manu
pastoris est ligari timeat vel iniu-
ste. Nec pastoris sui iudicium teme-
re reprehendat. ne et si iniuste ligatus
est. ex ipsa tumide reprehensionis su-
culpa perbia que non erat fiat. Sed quia
hec breviter per excessum diximus
ad exposicionis ordinem redeamus
Thomas autem qui dicitur didimus
non erat cum eis quando venit Ihesus. Iste
unus discipulus defuit. reversus
quod gestum est audivit. audita cre-
dere renuit. Venit iterum dominus et
non credenti discipulo latus palpan-
dum prebuit. prebuit manus osten-
dit et ostensa suarum cicatricem vul-
nerum infidelitatis illius vulnus
sanavit. Quid fratres karissimi quid in-
ter hec animadvertitis. Numquid casu
gestum creditis ut electus ille dis-
cipulus tunc deesset. post autem
veniens audiret. audiens dubita-
ret. dubitando palparet. palpando
crederet. Non hoc casu sed divina dispen-
sacione gestum est. Egit namque
miro modo divina superna que clemen-
cia ut discipulus dubitans dum
in magistro suo vulnera palparet cor-
nis in nobis vulnera sanaret in-
fidelitatis. Plus enim nobis Thome
infidelitas ad fidem quam fides
credencium discipulorum profuit. quia
dum ille ad fidem palpando redu-
citur. nostra mens omni dubitacione
postposita in fide solidatur. Sic
quippe discipulum post resurrecti-
onem suam dubitare permisit nec
tamen in dubitacione deseruit.
sicut ante nativitatem suam ha-
bere Mariam sponsum voluit qui
tamen ad eius nupcias non per-
venit. Nam ita factus est discipu-
lus dubitans et palpans testis
vere resurreccionis sicut sponsus

matris fuerat custos integerri-
me virginitatis. Palpavit autem
et exclamavit. Dominus meus et deus
meus. Dicit ei Ihesus. Quia vidis-
ti me credidisti. Cum paulus apo-
stolus dicat. Est enim fides speranda-
rum substancia rerum argumentum non ap-
liquet parencium. Profecto liquet quia
fides illarum rerum argumentum
est que apparere non possunt. Que
enim apparent iam fidem non ha-
bent sed agnicionem. Dum ergo vidit
Thomas dum palpavit cur ei dicitur
quia vidisti me credidisti. Sed aliud
vidit. A mortali quippe homine di-
vidit vinitas videri non potuit. Homi-
nem igitur vidit et deum confes-
sus est dicens. Dominus meus et deus
meus. Videndo ergo credidit qui con-
siderando verum hominem hunc
deum quem videre non poterat exclamavit.
Letificat valde quod sequitur. Beati
qui non viderunt et crediderunt.
In qua nimirum sentencia nos specia-
liter signati sumus qui eum quem
carne non vidimus mente retine-
mus. Nos signati sumus sed si fi-
dem nostram operibus sequimur. Ille e-
nim vere credit qui exercet operando
quod credit. Quo contra de hiis qui
fidem nomine tenus retinent pau-
lus dicit. Confitentur nosse deum
factis autem negant. Hinc Iacobus
ait. Fides sine operibus mortua
est. Hinc ad beatum Iob de antiquo
hoste generis humani dominus dicit.
Fluvium Absorbebit fluvium et non mirabi-
tur et habet fiduciam quod influ-
at Iordanis in os eius. Quid enim
per fluvium designatur nisi huma-
ni generis humani fluxus qui in-
delicet generis ab ortu ad finem
defluit et quasi aqua in more us-
que ad competentem terminum ex cur-

nis liquore perfunditur. Cuius per Jor-
danem insinuatur baptizatorum forma
signatur. Una enim in Jordane
flumine ipse auctor redempcionis
nostre baptizari dignatus est. Rec-
te Jordanis nomine eorum multitu-
do exprimitur qui intra sacramen-
tum baptismatis tenentur. Antiqui
hostis gutturis humanum fluvium
absorbuit quia a mundi origine
usque ad redemptoris adventum
vix paucis electis evadentibus in
inferni ventre genus huma-
num traxit. De quo recte dicitur:
Absorbebit fluvium et non mira-
bitur. Quia pro magno non habet
cum infideles rapit. Sed grave
est valde quod subditur: Et habet
fiduciam quod influat Jordanis in os
eius. Quia postquam infideles esse
quos a mundi origine rapuit ad hoc
se posse accipere eciam fideles pre-
sumit. Nam ore pestifere per-
suasionis eos cottidie devorat
in quibus a confessione fidei rep-
roba vita discordat. Hoc, fratres 5o
karissimi, tota intencione pertimescite.
hoc agite ut vos sollicita mente co-
gitate. Ecce paschalia sollemp-
nia agimus. Sed ita vivendum nobis
est ut pervenire ad eterna festa
mereamur. Transeunt cunc-
ta que temporaliter festiva celebran-
tur. Curate qui hiis sollemp-
nitatibus interestis ne ab eter-
na sollempnitate separemini.
Quid prodest interesse festis ho-
minum si deesse contingat festis an-
gelorum. Umbra venture sol-
lempnitatis est sollempnitas
presens. Ideo hanc annue agimus
ut ad illam que non est annua sed
continua perducamur. Cumque hec
statuto tempore geritur ad illi-

recordat

us desiderium memoria mentis refrica-
tur. Frequentacione ergo gaudiorum tem-
poralis ad eterna gaudia mens inca-
lescat et ferveat, ut ex veritate leti-
cie perfruatur in patria quod de umbra
gaudii meditatur in via. Vitam ergo
nostram fratres mores que componite
eius qui vivus resurrexit ex morte
quam districtus in iudicium veniat
providete. Certe in die tremendi ex-
aminis sui cum angelis cum archan-
gelis cum thronis et dominacionibus
cum principatibus et potestatibus appare-
bit celis ac terris ardentibus cunc-
tis videlicet elementis in suo obse-
quio terrore commotis. Hunc ergo tam
pavendum iudicem ante oculos ponite.
Hunc venturum timete, ut hunc
cum venerit non timidi sed securi vide-
atis. Timendus ergo est ne timeatur.
Terror eius nos ad usum bone opera-
cionis exerceat; metus illius vitam
nostram a pravitate compescat. Mi-
chi, fratres, credite quia tanto tunc
erimus securi de eius presencia quanto nunc
satagimus esse suspecti de culpa.
Certe si aliquis vestrum cum suo ad-
versario causam dicturus in meo
iudicio die crastino esset exhibendus
totam fortasse noctem insompnem
duceret, quid sibi dici posset, quid ob-
iectionibus responderet, secum
sollicitus et estuans mente versaret;
ne me inveniret asperum vehemen- asperum
ter metueret, ne apud me appareret
noxius formidaret. Et quis ego
x autem quid ego? Nimirum non lon-
ge post futurus post hominem vermis vermis
et post vermem pulvis. Si ergo tanta
cum pertimescitur iudicium pulveris, qua
intencione cogitandum est, qua for-
midine providendum tante iudi-
cium maiestatis. Sed quia sunt non-
nulli qui de resurrectione carnis

incerti sunt et tunc rectius docemus si etiam cordium nostrorum questionibus occultis occurrimus. Pauca nobis de resurrectionis fide loquenda sunt. Multi etenim sicut et nos aliquando fuimus dum carnem in putredinem defluere, ossa quoque in pulverem redigi per sepulcra conspiciunt, reparari ex pulvere carnem et ossa diffidunt. Sicque apud se quasi ratiocinantes dicunt: Quando ex pulvere homo reducitur? quando agitur ut cinis animetur? Quibus breviter respondemus quia longe minus est deo reparare quod fuit quam creasse quod non fuit. Aut quid mirum si hominem ex pulvere reficit qui simul omnia ex nichilo creavit? Mirabilius namque est celum ac terram ex nullis existentibus condidisse quam ipsum hominem ex terra reparare. Sed cinis attenditur et in carnem redire posse desperatur et divine operacionis virtus querit comprehendi que ex racione contenditur. Ista quippe hec isti in suis cogitacionibus dicunt quia eis cottidiana miracula dei ex assiduitate viluerunt. Nam ecce in uno grano parvissimi seminis latet tota que nascitura est arboris moles. Constituamus namque ante oculos cuiuslibet arboris miram magnitudinem. Cogitemus unde crescendo cepit que ad tantam molem crescendo pervenit. Invenimus procul dubio eius originem parvissimum semen. Consideremus nunc ubi in illo parvo grano seminis latet fortitudo ligni, asperitas corticis, saporis odoris que magnitudo, ubertas fructuum, viriditas foliorum. Contrectatum namque seminis granum non est validum. Unde ergo processit ligni duricia? Non est asperum, unde asperitas corticis erupit? Non est sapor, unde sapor in fructibus? Olfactum nichil redolet, unde odor in fructibus flagrat? Nichil in se viride ostendit, unde foliorum viriditas exiit? Cuncta ergo in semine simul latent que tamen non simul ex semine prodeunt. Ex semine quippe producitur radix, ex radice prodit virgultum, ex virgulto oritur fructus, in fructu etiam producitur semen. Addamus ergo quia et semen latet in semine. Quid ergo mirum si ossa, nervos, carnem capillosque reducat ex pulvere, qui lignum, fructus, folia in magna mole arboris ex parvo cottidie semine restaurat? Cum ergo dubitans animus de resurrectionis potencia turbatur, questiones easque ratione et questiones inserende sunt que ex racione comprehendi penitus nequaquam potest, ut dum non valet ex visione rei penetrare, quod conspicit de promissione divine potencie credat quod audit. Illa ergo nobis fratres karissimi premissa cogitata que permanent, que vero cum ipse nascuntur velut iam deprimissa despiciamus. Ad illam resurrectionis gloriam quam in se veritas ostendit tota intencione festinemus. Terrena desideria que ab auctore separant fugiamus. Quanto enim a conspectu dei omnipotentis pertingitis, Christo mediatorem dei et hominum singulariter amatis, qui vivit et regnat c

In illo tempore. Scdm Johannem. Dixit Jesus discipulis suis: Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Et reliqua. Omelia beati Gregorii pape de eadem lec

Cum cuncta sacra eloquia
dominicis plena sint pre-
ceptis quid est quod de dilec-
tione quasi de singulari man-
dato dominus dicit Hoc est preceptum
meum ut diligatis invicem sicut
dilexi vos nisi quia omne man-
datum de sola dilectione est et
omnia unum preceptum sunt quia
quicquid precipitur in sola caritate so-
lidatur Ut enim multi arboris ra-
mi ex una radice prodeunt sic
multe virtutes ex una caritate
generantur nec habet aliquid vi-
riditatis ramus boni operis si non
manet in radice caritatis Pre-
cepta ergo dominica et multa sunt
et unum multa per diversitatem operis
unum in radice dilectionis Quali-
ter autem ista dilectio sit tenenda ipse
insinuat qui in plerisque scripture
sue sententiis et amicos iubet diligi
in se et inimicos diligi propter se
Ille enim veraciter caritatem habet
qui et amicum diligit in deo et ini-
micum diligit propter deum Nam sunt
nonnulli qui diligunt proximos sed
per affectum cognacionis et carnis
quibus tamen in hac dilectione sa-
cra eloquia non contradicunt
sed aliud est quod sponte impenditur
nature aliud quod preceptis dominicis
ex caritate debetur obediencie
Hii nimirum et proximum diligunt
et tamen illa sublimia dilectionis
premia non assequuntur quia
amorem suum non spiritualiter sed car-
naliter impendunt Proinde
cum dominus diceret Hoc est man-
datum meum ut diligatis invicem
protinus addidit Sicut dilexi vos
Ac si aperte dicat Ad hoc amate
ad quod amavi vos Qua in re fra-
tres karissimi sollicite intuendum

est quod antiquus hostis dum mentem
nostram ad rerum temporalium delectacionem tra-
hit infirmiorem contra nos proxi-
mum excitat qui ea ipsa que diligi-
mus auferre moliatur Nec curat
antiquus hostis hoc faciens ut
terrena tollat sed ut caritatem in
nobis feriat Nam in odio repen-
te exardescimus et dum foris in-
victi esse cupimus graviter ferimur
por Dumque foris defendimus intus amit-
timus maxima Quia dum rem di-
ligimus temporalem veram amit-
timus dilectionem Omnis quippe
qui nostra tollit inimicus est sed
si odio habere ceperimus inimicum
intus est quod perdimus Cum ergo
aliquid exterius a proximo patimur
contra occultum raptorem intrinsecus vigi-
lemus Qui nunquam melius vin-
citur nisi cum raptor exterior ama-
tur Una quippe probatio et sum-
ma est caritatis si et ipse diligitur
qui adversatur Hinc est quod ipsa ve-
ritas et crucis patibulum sustinet
et tamen ipsis suis persecutoribus
affectum dilectionis impendit dicens
Pater ignosce illis quia nesciunt
quid faciunt Quid igitur mirum si
inimicos diligunt discipuli dum
vivunt quando et tunc inimicos diligit
magister cum occiditur Cuius dilectionis
summam exprimit cum subiungit Maio-
rem hanc dilectionem nemo habet
quam ut animam suam ponat quis pro
amicis suis Moriturus etenim pro inimi-
cis suis dominus venerat et tamen po-
pulum se animam ponere dicebat ut profecto pro amicis
nobis ostenderet quia dum diligendo
lucrifacere de inimicis possumus
etiam ipsi amici sunt qui persequun-
tur Sed ecce nobis usque ad mortem
nemo persequitur Unde ergo probare possimus
cum diligimus inimicos Sed est

q(uod) in pace sancte ecclesie fieri de(bea)t
inde clarescit si p(er)secutionis tempore
mori p(ro) dilectione valeamus. Cer-
te ipsem Ioh(ann)es dicit: Qui habu-
erit substantiam mundi huius et viderit
fr(atre)m suu(m) nece(ssitatem) habere et clauserit
viscera sua ab eo, quomodo caritas dei
manet in eo. Hinc et Ioh(ann)es bap(tis)ta
ait: Qui habet duas tunicas det
non habenti. Qui ergo tranquilli-
tatis t(em)p(o)re non dat p(ro) deo tunicam suam,
quando in p(er)secutione daturus est ani-
mam suam? Virtus ergo caritatis
ut invicta sit in p(er)turbatione nu-
triatur p(er) m(isericordi)am in tranquillitate,
quatenus omnipotenti deo p(ri)mum
discat sua impendere, post modum
se. Sequitur: Vos amici mei estis.
O quanta misericordia conditoris
servi n(ost)ri. Digni non sumus et amici
vocamur. Quanta est dignitas
ho(m)i(num) esse amicos dei. S(ed) audistis
gloriam dignitatis, audite et la-
borem certaminis. Si feceritis que
ego p(rae)cipio vobis. Amici mei estis
si ea que p(rae)cipio vobis faciatis.
Ac si ap(er)te dicat: Gaudetis de cul-
mine, pensate quibus laboribus
venitur ad culmen. Certe dum filii Ze-
bedei intercedente matre quererent
ut unus ad dexteram dei et alius
a sinistris sedere debuissent, audie-
runt: Potestis bibere calicem quem
ego bibiturus sum. Iam locum celsitu-
dinis querebant, ad viam illos veri-
tas revocat p(er) quam ad celsitudi-
nem venirent. Ac si dicatur: Iam
vos locus delectat celsitudinis, s(ed)
vos p(ri)us via exerceat laboris. P(er) calicem
p(er)venitur ad maiestatem. Si mens
v(est)ra appetit q(uo)d demulcet, p(ri)us bibi-
te q(uo)d dolet, et sic p(er) amare poculu(m)
confectionis p(er)venitur ad gaudi-
um salutis. Iam non dicam vos s(er)-

vos, quia servus nescit quid fa(cit)
d(omin)us eius. Vos autem dixi a-
micos, quia omnia quecumque
audivi a p(at)re meo nota feci vo-
bis. Que sunt omnia q(ue) audivit
a p(at)re suo que nota fieri voluit
s(er)vis suis ut eos efficeret amicos
suos, nisi gaudia interne caritatis,
nisi illa festa superne p(at)rie q(ue) n(ost)ris
cotidie mentibus p(er) aspirationem
sui amoris imprimit. Dum enim
audita superna celestia amamus,
amata iam novimus, quia amor
ipse notitia est. Omnia ergo eis no-
ta fecerat, quia terrenis desideri-
is immutati amoris summi facibus
ardebant. Istos vero amicos dei
aspexerat p(ro)pheta cum dicebat:
Michi autem nimis honorificati
sunt amici tui deus. Amicus enim
quasi animi custos vocatur. Quia
igitur psalmista p(ro)sp(ex)erat electos
a mundi huius amore separatos
custodire in mandatis celesti-
bus voluntatem dei, miratus est
amicos dei dicens: Michi autem
nimis honorificati sunt ami-
ci tui deus. Et tamquam si ab
eo petimus causas tanti ho-
ris nobis insinuari querimus il-
lico adiunxit: Nimis confortatus
est principatus eorum. Ecce electi
dei carnem domant, spiritu robo-
rantur, demonibus imperant,
virtutibus coruscant, presentia de-
spiciunt, eternam patriam voce
moribusque predicant, eam etiam di-
ligendo moriendo usque ad illam
p(er) tormenta p(er)tingunt. Occidi pos-
sunt et flecti nequeunt. Nimis
ergo confortatus est principatus eo-
rum. In ista ipsa passione qua
ceciderunt in mortem carnis vi-
dete quam in mortem carnis

videre quanti sunt amici mei
Unde hoc nimis quia confortatus est
principatus eorum. Sed si magnam for
sitam pauci sunt subiungit Di-
numerabo eos et super arenam multi
plicabuntur. Totum mundum fratres
aspicite martiribus plenus est. Iam
pene tot qui videamus non sumus
quot veritatis testes habemus. De-
o ergo mirabiles nobis super arenam
multiplicati sunt quanti sunt a
nobis comprehendi non possunt. Sed
quibusque ad hanc pervenit digni-
tatem ut amicus dei vocetur
sese in se conspiciat. Dona autem
que percipit super se nichil sibi meri
tis tribuat ne in inimicicias incur- ad
rat. Unde et subditur Non vos
me elegistis sed ego elegi vos
et posui vos ut eatis et fructum
afferatis. Posui ad gratiam plan-
tavi ut eatis volendo. Dixi qua-
velle aliquid facere iam mente
ire est. Qualem vero fructum affer
re debeant subditur Et fructus
vester maneat. Omne quod secundum
presens seculum laboramus vix usque
ad mortem sufficit. Mors namque
que interveniens fructum nostri labo
ris abscidit. Quod vero pro eterna vita
agitur etiam post mortem servatur
et tunc apparere incipit cum laborum
carnalium fructus cepit non videri
Ubi ergo illa retribucio inchoat u-
bi ista terminatur. Quibus igitur
iam eterna cognovit apud eius
animum temporales fructus vilescant
tales fructus operemur qui maneant
Tales fructus operemur qui cum
mors cuncta interfecerit ipsi exor- interimet
dium a morte sumant. Nam quod
a morte incipiat fructus dei te-
statur propheta qui ait Cum dederit
dilectis suis sompnum hec est hereditas

fructum afferatis operando / eatis volendo / [illegible]

domini. Omnis qui dormit in morte
perdit hereditatem. Sed cum dederit dilec
tis suis sompnum hec est hereditas
domini quia electi dei postquam perveni
unt ad mortem tunc inveniunt here
ditatem. Sequitur Ut quodcumque pecieri-
tis patrem in nomine meo det vobis
Ecce hic dicit. Quodcumque pecieritis pa
trem in nomine meo det vobis. Rur-
sum alibi per eundem evangelista
dicit. Si quid pecieritis patrem in
nomine meo dabit vobis. Usque
modo petistis quicquam in nomine me-
o. Sed omne quod petimus in nomine
filii dat nobis pater. Quid ergo
est quod paulus cum dominum rogavit
et exaudiri non meruit. Sed dictum
est illi Sufficit tibi gratia mea. Nam
virtus in infirmitate perficitur. Num
quid ille tam egregius predicator fi-
lii nomine non petivit. Quare autem non no
accepit quod pecijt. Quod non ergo receptum
est quia quecumque pecierimus in nomine
filii dat nobis pater. Sed auferre an
gelum sathane pecijt apostolus in no
mine filii et tamen quod pecijt non ac
cepit. Sed quia nomen filii ihesus
est. Ihesus autem salvator vel eciam
salutaris dicitur. Ille ergo in nomine sal
vatoris petit qui illud petit quod ad
veram salutem pertinet. Nam si id quod
non expediat petitur non in nomine
ihesu petitur pater. Unde et eisdem apo
stolis adhuc infirmantibus dominus di
cit Usque modo non petistis quicquam in
nomine meo. Ac si aperte diceretur Non
petistis in nomine salvatoris qui
nescitis querere eternam salutem. Hinc
est quod et paulus non exauditur
quia si liberaretur a temptacione
ei non proficeret ad salutem. Ecce vide-
mus fratres karissimi quam multi ad sol
lempnitatem martirum convenistis genua
flectitis pectus tunditis voces ora-

ne ac confessionis emittitis faciem lacrimis rigatis. Si pensare que sit peticiones vestras videte si in nomine ihesu petitis, id est si gaudia salutis eterne postulatis. In domo enim ihesu ihesum non queritis si in eternitatis templo importune pro temporalibus oratis. Ecce alius in oratione querit uxorem, alius petit villam, alius postulat vestem, alius dari deprecatur alimentum. Et quidem cum hec desunt ab omnipotenti deo petenda sunt. Sed sine intermissione continuo debemus quod ex mandato eiusdem nostri redemptoris accepimus: Querite primum regnum dei et iusticiam eius et hec omnia adicientur vobis. Et hec itaque ab ihesu petere non est errare si tamen non nimie petantur. Sed adhuc quod est gravius, alius postulat mortem inimici et eum quem gladio non potest persequi persequitur oratione. Et vivit adhuc qui maledicitur et tamen is qui maledicit iam de morte illius reus tenetur. Iubet autem deus ut diligatur inimicus et tamen rogatur deus ut occidat inimicum. Quisquis itaque sic orat in ipsis suis precibus contra conditorem pugnat. Unde sub iudee specie dicitur: Fiat oratio eius in peccatum. Oratio quippe in peccatum est illa petere que prohibet ipse qui petitur. Hinc veritas dicit: Cum statis ad orandum remittite si quid habetis adversus aliquem. Quam virtutem remissionis apertius ostendimus si unum testimonium testamenti veteris proferamus. Certe cum iudea conditori suo iusticia culpis exigentibus offendisset, prohibetur suum ab oratione propheta prohibens dicit: Non assumas laudem et orationem pro eis. Si moyses et samuel steterint coram me, non est anima mea ad populum istum. Quid est quod intermissis relictis tot patribus soli moyses et samuel ad medium deducuntur, quorum mira obtinendi virtus ostenditur dum nec ipsi posse intercedere dicuntur? Ac si aperte dominus dicat: Nec illos audio quos propter magna precationis sue meritum nunc contempno. Quid est quod moyses et samuel ceteris patribus in postulatione preferuntur, nisi quod uterque horum in tanta testamenti veteris serie etiam pro inimicis suis legitur exorasse? Unus a populo lapidibus impetitur et tamen pro lapidatoribus suis dominum deprecabatur. Alter ex principatu deicitur et tamen petitus ut exoraret fatetur dicens: Absit a me hoc peccatum in domino ne quiescam orare pro vobis. Si moyses et samuel steterint coram me non est anima mea ad populum istum. Nec illos modo pro amicis audio quos magne virtutis merito orare etiam pro inimicis scio. Ergo vere orationis est celsitudo caritatis. Et tunc quisque quod recte petit adipiscitur cum eius animus in petitione nec inimici odio fuscatur. Sed plerumque relucantem animum vincimus si etiam pro inimicis orationes fundimus, si adversariis precem sed utraque orare teneat amorem. Nam sepe et orationem inimicis impendimus, sed hanc ex preceptione potius fundimus quam ex caritate. Nam et vitam inimicorum petimus et tamen ne exaudiamur timemus. Sed quia internus index mentem potius quam verba considerat pro inimico

nichil postulat qui pro eo ex cari-
tate non orat Sed ecce in nobis ini-
micus graviter deliquit dampnum
intulit iniurias lesit amatores
persecutus est Retinenda hec essent
si remittenda nobis delicta non
essent Advocatus etenim noster
precem nobis in causa nostra composuit
et ipse eiusdem cause iudex est qui
advocatus Precibus autem quam compo-
suit condicionem inseruit dicens
Dimitte nobis debita nostra sicut et
nos dimittimus debitoribus nostris
Quia ergo ipse iudex venit qui ad-
vocatus extitit ipse precem exau-
dit qui fecit aut ergo non facien-
tes dicimus dimitte nobis debita
nostra sicut et nos dimittimus de-
bitoribus nostris et nosmetipsos
hoc dicendo amplius ligamus
ut fortasse hanc condicionem
ex oratione intermittimus et advo-
catus noster precem quam constitu-
it non recognoscat dicat apud se
primus dicat Scio quod monui non
est ipsa oracio quam feci Quid er-
go nobis agendum est fratres
nisi ut vere caritatis affectum
impendamus nulla in corde ma-
licia maneat Consideret omnipotens
deus quia proximum caritatem magis
ut nobis impendat iniquitatibus pie-
tatem suam Mementote quod mone-
mur dimittite et dimittetur
vobis Ecce debetur nobis ut di- #
mittatur quod debetur a nobis Sed ad
hoc mens renititur et vult implere
quod audit et tamen reluctatur Coram omnipotenti
tis tumbam consistimus Nos si
pro Christo corpus non ponimus saltem
animum unicamus Placatur deus
isto sacrificio approbat in iudicio pi-
etatis sue victoriam pacis nostre cuius
nostri cordis aspiciat et qui precurrente

\# et nos debere dimittere ergo quod
debetur nobis ut dimittatur quod

tes remuneretur nunc de certamine
videamus Per illum apostolum dominum nostrum
In illo tempore Secundum Johannem
Erat quidam regulus cuius fi-
lius infirmabatur capharnau-
um Hic cum audisset quia Ihesus
adveniret a Iudea in Galileam
abiit ad eum et rogabat ut des-
cenderet et sanaret filium eius in-
cipiebat enim mori Et reliqua
Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione
Lectio sancti ewangelii quam modo
fratres audistis exposicione non indi-
get Sed ne tacite hanc preteris-
se videamur exorando pocius
quam exponendo in ea aliquid
loquimur Hoc autem solummodo de ex-
posicione video esse requirendum
cur is qui ad salutem petendam
venerat audivit nisi signa et
prodigia videritis non creditis Et
enim salutem querebat filio procul du-
bio querebat Neque enim ab eo que-
reret salutem quem non crederet
salvatorem Quare ergo dicitur
nisi signa et prodigia videritis non
creditis Qui autem credidit quem
signum videbat Sed mementote quid
peciit et aperte cognoscetis quia
in fide dubitavit Poposcerat nam-
que ut descenderet et sanaret
filium eius Corporalem ergo presenci-
am domini querebat qui per spiritum
nusquam deerat Minus itaque
in illum credidit quem non puta-
vit posse salutem dare nisi pre-
sens esset et corpore Si enim perfec-
te credidisset procul dubio sciret
quia non esset locus ubi non esset
deus Ex magna ergo parte diffi-
sus est qui virtutem honoris
non dedit maiestati sed presencie
corporali Et salutem itaque filio
peciit et tamen in fide dubitavit

quia eum ad quem venerat et pot
tem ad curandum credidit et tamen
morienti filio esse absentem puta
deum Sed dominus qui rogatur ut vadat
quia non desit ubi invitatur indicat
ut Solo iussu salutem reddidit
qui solo nutu omnia creavit dicit
ad eum regulus. Domine descende prius
quam moriatur filius meus dicit
ei ihesus vade filius tuus vivit
Quia in re hoc est nobis sollerter
intuendum quod sicut ewangelista
alio testante didicimus centurio
ad dominum venit dicens Domine puer
meus iacet paraliticus in domo et
male torquetur Cui ab ihesu protinus
respondetur Ego veniam et curabo
eum Quid est quod regulus rogat
ut ad eius filium veniat et tamen
ire corporaliter recusat Ad servum vero
centurionis non invitatur et tamen
se corporaliter ire pollicetur Reguli
filio per corporalem presenciam non dignatur
adesse centurionis vero servo non
dedignatur occurrere Quid est hoc
nisi quod superbia nostra retunditur que
in hominibus non naturam qua ad
ymaginem dei facti sunt sed hono
res et divicias veneratur Cumque
pensamus que circa eos sunt profecto
interiora minime aspicere videmus
Dum ea consideramus que in corpori
bus despecta sunt negligimus
pensare que sunt Redemptor
vero noster ut ostenderet quia que
alta sunt hominum sanctis despicienda
sunt et que despecta sunt homi
nibus despicienda non sunt ad fili
um reguli ire noluit ad servum
centurionis ire paratus fuit Incre
pata est ergo superbia nostra que nes
cit pensare homines propter homi
nes Sola ut diximus que extri
stant hominibus pensat natur

qua ad ymaginem dei facti sunt
non aspicit honorem dei in homini
bus non agnoscit Ecce ire non vult
filius dei ad filium reguli et tamen
venire paratus est ad salutem servi
Certe si nos cuiuspiam servus roga
ret ut ad eum ire debeamus protinus
nobis superbia in cogitacio
ne tacita responderet dicens Non
eas quia temet ipsum degeneras
honor tuus despicitur vilescit
locus Ecce de celo venit qui servo
occurrere in terra non despicit et tamen
humiliari in terra contempnimus
qui de terra sumus Quid vero apud
deum vilius quid est despectius quam
quam servare honorem apud homi
intimes nes et interioris testis oculos non
timere Unde et in sacro ewangelio
ad phariseos ipse dominus dicit Vos es
tis qui iustificatis vos coram ho
minibus deus autem novit corda vestra
quia quod hominibus altum est abhomi
nabile est apud deum Cogitacio
cordis mei tanto apud deum in ymo
est quanto ab hominibus in alto Et hu
militas cordis mei tanto apud de
um in alto est quanto ab hominibus
ymo despicaciori extra est si quid bo
ni gerimus nulla nos inflet opa
cio non rerum habundancia non
gloria extollat Si quibuslibet ex bo
nis affluentibus intus intumes
cimus deo despecti sumus Quo con
tra psalmista de hominibus dicat
Custodiens parvulos dominus Quia que
parvulos humiles appellat per quam
sententiam paulum consilium illius sub
iungit Nam quasi quereremus quid
ipse ad hoc faceret adiunxit humi
liatus sum et liberavit me Hec
cogitare fides intencione pensare
Nolite in primis viis mundi huius
bona venerari propter hoc honorate
Deum

in hominibus quibus tamen coniuncti non estis quod facti sunt ad ymaginem dei. Cum tunc proximis vestris superatis si aput vosmetipsos prius in corde non intumescatis. Nam qui se adhuc pro rebus transitoriis extollit nescit in proximo venerari quod in eo videat. Nolite ergo in vobismetipsis pensare quod habetis si quis estis. Ecce mundus qui diligitur fugit. Sancti isti ad quorum tumbam consistimus florentem mundum mentis despectu calcaverunt. Erat vita longa, salus continua, opulencia in rebus, fecunditas in propagine, tranquillitas in [illegible] pace diuturnia, et tamen cum in semetipso floreret iam in eorum cordibus mundus aruerat. Ecce in semetipso mundus aruit et adhuc in nostris cordibus floret. Ubique mors, ubique luctus, ubique desolatio, ubique percutimur amaritudinibus, et tamen ceca mente replemur inquiete carnalis concupiscentie. Ipsas eius amaritudines amamus, fugientem sequimur, labenti inhemus, et quia labentem retinere non possumus, cum ipso labimur quem cadentem tenemus. Aliquando nos mundus retraxit a deo, nunc tantis plagis plenus est ut ipse nos iam mundus mittat ad deum. Pensate ergo quam nulla sunt que temporaliter currunt. Finis temporalium ostendat quam nichil sit quod transire potuit. Casus rerum indicet quia res transiens et tunc prope nichil fuit cum stare videtur. Hoc ergo fratres karissimi sollicita consideracione pensate, in eternitatis amore cor figite, ut dum terrenam dignitatem adipisci contempnitis, pervenire ad gloriam quam per fidem tenetis. Per ihesum christum dominum nostrum qui vivit. Secundum Marcum.

In illo tempore dixit ihesus discipulis suis: Euntes in mundum universum predicate evangelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit. Qui vero non crediderit condempnabitur. Et reliqua.

Quod resurrectionem dominicam discipuli tarde crediderunt non tam illorum infirmitas quam nostra ut ita dicam futura infirmitas fuit. Ipsa namque resurrectio illis dubitantibus per multa argumenta monstrata est, que dum nos legentes agnoscimus, quid aliud quam de illorum dubitacione solidamur? Minus enim michi Marie Magdalene prestitit que citius credidit quam Thomas qui diu dubitavit. Ille etenim dubitando vulnerum cicatrices tetigit et de nostro pectore dubietatis vulnus amputavit. Ad insinuandam quoque veritatem dominice resurrectionis notandum nobis est quod Lucas refert dicens: Convescens precepit eis ab iherosolimis ne discederent. Et post pauca: Videntibus illis elevatus est et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Notate verba, signate misteria. Convescens elevatus est. Comedit et ascendit, videlicet per effectum comestionis veritas pateret carnis. Marcus vero priusquam dominus in celum ascenderet eum de cordibus atque infidelitatis duricia increpasse discipulos memorat. Qua in re quid aliud considerandum est nisi quod idcirco dominus tunc discipulos increpavit cum corporaliter relinqueret ut verba que recedens diceret in corde audiencium artius impressa remane-

rent. Increpata igitur cordis duricia a quo ammonendo dicat audiamus. Euntes in mundum universum predicate evangelium omni creature. Numquid fratres mei sanctum evangelium vel insensatis rebus vel brutis animalibus fuerat predicandum ut de eo discipulis dicatur predicate omni creature. Sed omnis creature nomine signatur homo. Sunt namque lapides sed nec vivunt nec senciunt. Sunt herbe et arbusta vivunt quidem sed non senciunt. Vivunt dico non per animam sed per viriditatem quia et paulus dicit Insipiens tu quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur. Vivit ergo quod moritur ut vivificetur. Lapides namque sunt sed non vivunt. Arbusta autem sunt vivunt sed non senciunt. Bruta vero animalia sunt vivunt senciunt sed non discernunt. Omnis autem creature aliquid habet homo. Habet namque commune esse cum lapidibus vivere cum arboribus sentire cum animalibus intelligere cum angelis. Si igitur commune habet aliquid cum omni creatura homo iuxta aliquid omnis creatura homo est. Omni ergo creature predicatur evangelium cum ille videlicet docetur propter quem in terra cuncta creata sunt. Potest eciam omnis creature nomine omnis nacio gencium designari. Ante enim dictum fuerat In viam gencium ne abieritis. Nunc autem dicitur omni creature predicate ut scilicet prius a iudea apostolorum repulsa predicacio tunc nobis repulisset. Sed cum discipulos ad predicandum veritas mittit. Quid aliud in mundo facit nisi grana seminis aspergit. Et pauca grana mittit in semine ut multiplicatas messium fruges capiat

i. adiutorium fieret cum hanc illa ad dampnationis sue testimonium

ex nostra fide. Neque enim in universo mundo tanta fidelium messis exurgeret si de manu domini super racionalem terram illa electa grana predicatorum non venissent. Sequitur. Qui crediderit et baptisatus fuerit salvus erit. Qui vero non crediderit condempnabitur. Fortasse unusquisque apud semetipsum dicat ego iam credidi salvus ero. Verum dicit si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est que in hoc quod verbis dicit moribus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus paulus dicit Qui confitentur se nosse deum factis autem negant. Hinc Iohannes ait Qui dicit se nosse deum et mandata eius non custodit mendax est. Quod cum ita sit fidei nostre veritatem in vite nostre consideracione debemus agnoscere. Tunc enim veraciter fideles sumus si quod verbis promittimus operibus implemus. In die quippe baptismatis omnibus nos antiqui hostis operibus atque omnibus pompis abrenunciare promisimus. Itaque unusquisque vestrum ad consideracionem suam mentis oculos reducat et si servat post baptisma quod ante baptisma spopondit certus iam quia fidelis est gaudeat. Sed ecce quod promisit minime servavit ad exequenda prava opera ad concupiscendas mundi pompas dilapsus est. Videamus si iam sciat plangere quod erravit. Apud misericordem namque iudicem non ille fallax habebitur qui ad veritatem revertitur eciam postquam mentitur. Quia omnipotens deus dum libenter nostram penitenciam suscipit ipse suo iudicio hoc quod erravimus abs[...]

dit Sequitur Signa eos qui crediderint
sunt hec sequentur In nomine
meo demonia eiciant linguis
loquentur novis serpentes tollent
et si mortiferum quid biberint
non eis nocebit super egros ma
nus imponent et bene habebunt
Numquid nam fratres mei quia ista
signa non facitis minime creditis
Sed hec necessaria in exordio ecclesie fue
runt ut enim ad fidem cresceret mi
raculis fuerat nutrienda Quia et
nos cum arbusta plantamus
tam diu eis aquam fundimus
quousque ea in terra convaluisse
videamus At si semel radicem fix
erint irrigacio cessabit hinc est
enim quod paulus dicit lingue in signo
sunt non fidelibus sed infidelibus
habemus de hiis signis atque vir
tutibus que adhuc subtilius con
siderare debeamus Sancta quippe
ecclesia cottidie spiritualiter facit quod
tunc per apostolos corporaliter faciebat
Nam sacerdotes eius cum per
exorcismi graciam manum credenti
bus imponunt et habitare malig
nos spiritus in eorum mente contra
dicunt quid aliud faciunt nisi de
monia eiciunt Et fideles quique
qui iam vite veteris secularia ver
ba derelinquunt sancta autem misteria in
sonant conditoris sui laudes
et potenciam quantum prevalent mon
strant quid aliud faciunt nisi no
vis linguis loquuntur Qui dum bo
nis suis exhortacionibus mala
cum de alienis cordibus auferunt
serpentes tollunt et dum pestife
ras suasiones audiunt sed tamen
ad operacionem pravam minime pertra
huntur mortiferum quidem est
quod bibunt sed non eis nocebit
Qui quociens proximos suos

in bono opere infirmari conspiciunt
dum eis tota virtute concurrunt
et exemplo sue operacionis illorum vi
tam roborant que in propria actione
titubat quid aliud faciunt nisi super
egros manus imponunt ut bene
habeant Que nimirum miracula
tanto maiora sunt quanto ~~spectabilia~~ spiritualia
corpora tanto maiora sunt quan
to per hec non corpora sed anime sus
citantur hec itaque signa fratres
karissimi auctore deo si vultis vos faci
tis Et illis enim exterioribus signis ob
tinere vita ad se operantibus non valet
nam corporalia illa miracula osten
dunt aliquando sanctitatem non autem
faciunt hec vero spiritualia que agun
tur in mente virtutem vite non os
tendunt sed faciunt Illa habere et ma
li possunt istis autem perfrui nisi bo
ni non possunt De quibusdam vi
tas dicit Multi dicent michi in illa
die Domine domine nonne in nomine tuo
prophetavimus et in nomine tuo demo
nia eiecimus et in nomine tuo mul
tas virtutes fecimus Et tunc confi
tebor illis quia nunquam novi vos
discedite a me qui operamini iniquitatem
Nolite ergo fratres karissimi amare signa
que possunt cum reprobis haberi
communia Sed hec que modo diximus
caritatis et pietatis miracula ama
te que tanto securiora sunt quan
to et occulta Et de quibus apud deum
eo maior fit retribucio quo apud ho
mines minor est gloria Sequitur
Et dominus quidem Ihesus postquam locutus
est eis assumptus est in celum et se
det a dextris dei In veteri testamen
to cognovimus quod helias sit raptus
in celum Sed aliud est celum aereum
aliud ethereum Celum quippe aereum
helias sublatus est ut in secreta
quadam terre regione repente du

celum ubi in magna iam carnis et
spiritus quiete viuent quousque ad fi
nem mundi redeat et mortis debi
tum soluat. Ille etenim mortem distu
lit non euasit. Redemptor autem no
ster quia non distulit superauit eamque
resurgendo consumpsit et resurrec
tionis sue gloriam ascendendo decla
rauit. Notandum namque est quod he
lias in curru legitur ascendisse ut
videlicet aperte monstraretur quia ho
mo purus adiutorio egebat alie
no. Per angelos quippe facta et
ostensa sunt adiumenta quia nec
ad celum quidem aereum per se ascen
dere poterat quem nature sue infir
mitas grauabat. Redemptor
autem noster non curru non an
gelis sublevatus legitur quia is
qui fecerat omnia nimirum super
omnia sua virtute ferebatur. Ille
etenim reuertebatur ubi erat et inde
redibat ubi remanebat quia cum
per humanitatem ascenderet in celum
per diuinitatem suam et terram pariter
continebat et celum. Sicut autem
Joseph a fratribus venditus vendici
onem redemptoris nostri figurauit
Sic enoch translatus atque ad celum
aereum helias subleuatus ascen
sionem dominicam designauit. Ascen
sionis sue dominus preuncios et tes
tes habuit unum ante legem et
alium sub lege ut quandoque veniret
ipse qui veraciter celos penetrare
potuisset. Unde et ipse ordo in eo
rum vtriusque subleuacione per
quedam incrementa distinguitur.
Nam enoch translatus helias vero
ad celum subuectus esse memora
tur ut veniret postmodum qui nec
translatus nec subuectus ad celum
ethereum sua virtute penetraret
qui nobis in se crescentibus celitus

quasi mundicia largiretur et sub
eo per incrementa temporum virtus
castitatis excresceret. In ipsa quoque
eorum translacione qui ascensionem
dominicam ut videlicet famuli desig
nauerunt eciam ipsos se sequi ad ce
lum ubi ascendit dominus ostende
rant. enoch quidem uxorem et fili
os habuit. helias vero neque uxorem
neque filios legitur habuisse.
Pensate ergo quod per incremen
ta creuit mundicia sanctitatis
quod et per translatos seruos et per ascen
dentis domini personam patenter oste
ditur. Translatus namque est enoch
et per coitum genitus et per coitum
generans. Raptus est helias per
coitum genitus sed non iam per coitum
generans. Assumptus vero est dominus
neque per coitum generans neque per
coitum generatus. Considerandum vero
nobis est quid est quod marcus ait:
Sedet ad dextris dei. Et stephanus
dicit: Video celos apertos et filium
hominis stantem ad dextris dei. Quid
est quod hunc marcus sedentem
steffanus vero stantem se videre tes
tatur. Sed scitis fratres quia se
dere iudicantis est. Stare vero pug
nantis vel adiuuantis. Quia
igitur redemptor noster assump
tus in celum et nunc omnia iudi
cat et ad extremum iudex omnium veni
et. hunc post assumpcionem mar
cus sedere describit quia post ascen
sionis sue gloriam iudex in fine
videbitur. Steffanus vero in laboris
certamine positus stantem vidit
quem adiutorem habuit quia
ut iste in terra persecutorum infide
litatem vinceret pro illo de celo
illius gracia pugnauit. Sequitur
Illi autem profecti predicauerunt
ubique domino cooperante et ser-

mone confirmatur sequentibus sig
nis Quid in his considerandum
nisi quod preceptum obedienciam obediencie
autem nostre signa secuta sunt Sed quia
auctore deo breviter lectionem ewan
gelicam exponendo transcurrimus
restat ut aliquid de ipsa tante
speculacione sollempnitatis dicamus
Hoc autem nobis primum querendum
est quid nam sit quod nato domino
apparuerunt angeli et tamen non leg
untur in albis vestibus apparuisse
ascendente autem domino missi ange
li in albis leguntur vestibus apparuis
se Sic etenim scriptum est videntibus
illis elevatus est et nubes susce
pit eum ab oculis eorum Cumque
intuerentur in celum euntem illum
ecce duo viri steterunt iuxta illos
in vestibus albis In albis autem
vestibus gaudium et sollempnitas
mentis ostenditur Quid est ergo
quod nato domino non in albis vestibus
apparuerunt nisi quod magna tunc sollempni
tas angelis facta est cum celum
deus homo penetravit Quia nas
cente domino videbatur humiliata di
vinitas ascendente vero domino humani
tas est exaltata Albe etenim vestes
exaltacioni magis congruunt quam
humiliacioni In assumpcione ergo
eius angeli in albis vestibus videri
debuerunt quia qui in nativita
te sua apparuit deus humilis In
ascensione sua ostensus est homo su
blimis Sed hoc nobis magnope
re fratres karissimi in hac sollempnitate pe
sandum est quia deletum est hodi
erna die cyrographum dampnaci
onis nostre mutata est sentencia corrup
cionis nostre Ista enim natura cui dic
tum est terra es et in terram ibis ho
die in celum ivit Pro hac ipsa namque
carnis nostre sublevacione per figuram

beatus Job dominum avem vocat Quia enim
ascensionis eius misterium Iudeam
non intelligere conspexit de infide
litate eius per figuram beatus Job sen
tenciam protulit dicens Semitam ig
noravit avis Avis enim recte appella
tus est dominus quia corpus carneum
ad ethera libravit Cuius avis semi
tam ignoravit Quisquis eum ad
celum ascendisse non credidit De hac
sollempnitate per psalmistam dicitur
Elevata est magnificencia tua su
per celos De hac rursus ait ascendit
deus in iubilacione et dominus in vo
ce tube De hac iterum dicit Ascendens
in altum captivam duxit captivitatem
dedit dona hominibus Ascendens
quippe in altum captivam duxit cap
tivitatem quia corrupcionem nostram
per virtutem sue incorrupcionis absor
buit Dedit vero dona hominibus quia
misso desuper spiritu alii graciam virtutum
alii graciam curacionum alii genera
linguarum alii interpretacionem sermo
num tribuit Dedit ergo dona hominibus
De hac ascensione eius gloria etiam
Abacuk ait Elevatus est sol et lu
na stetit in ordine suo Quis enim
solis nomine nisi dominus Et quis lune
nomine nisi ecclesia designatur
Quousque enim dominus ad celum ascenderet
sancta eius ecclesia adversa mundi om
nimodo formidavit At postquam
eius ascensione roborata est aper
te predicavit quod occulte credidit E
levatus est ergo sol et luna stetit
in ordine suo quia dominus celum pete
ret sancta eius ecclesia in auctoritate predicacio
nis excrevit Hinc eius ecclesie
voce per Salomonem dicitur Ecce iste
venit saliens in montibus transi
liens colles Consideravit nimirum tanto
rum operum culmina et ait Ecce
iste venit saliens in montibus

Redimendo quippe ad redempcionem nostram
quosdam ut ita dixerim saltus dedit. Vel
ut fratres karissimi ipsos eius saltus agnos
cite. De celo venit in uterum, de utero
venit in presepio, de presepio in crucem,
de cruce venit in sepulcrum, de sepul
cro rediit in celum. Ecce ut nos post
se currere faceret quosdam pro nobis sal
tus manifestata per carnem veritas de
dit, quia exultavit ut gigas ad cur
rendam viam, ut nos ei ex corde di
camus: trahe me post te, ut curre
mus in odorem unguentorum tuorum.
Unde fratres karissimi oportet ut il
luc sequamur corde ubi eum cor
pore ascendisse credimus. Desideri
a terrena fugiamus, nichil nos
iam delectat in infimis qui patrem
habemus in celis. Et hoc nobis est
magnopere perpendendum, quia hic
qui placidus ascendit terribilis re
dibit. Et quicquid nobis mansuetudine
precepit, hoc a nobis cum districcione
exiget. Nemo ergo indulta penitencie tempora
parvipendat, nemo curam sui dum
valet agere negligat, quia redemp
tor noster tanto tunc in iudicium distric
cior veniet quanto nobis ante iudi
cium magnam pacienciam prerogavit.
Hec itaque fratres vobiscum agite, hec in
mente sedula cogitacione pensate.
Quamvis adhuc rerum perturbacionibus
animus fluctuet, iam tamen spei vestre
anchoram in eternam patriam figite, in
tencionem mentis in vera luce so
lidate. Ecce ad celum ascendisse domi
num audivimus. Hoc ergo servemus in me
ditacione quod credimus. Et si adhuc
hic tenemur infirmitate corporis,
sequamur tamen eum passibus amo
ris. Non autem deserit desideri
um nostrum ipse qui dedit, Ihesus
Christus dominus noster, qui cum patre in u
nitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum.

In illo tempore. Secundum Iohannem.
Dixit Ihesus discipulis suis: Si
quis diligit me, sermonem me
um servabit, et pater meus diliget
eum, et ad eum veniemus et man
sionem apud eum faciemus. Et reliqua.
Omelia beati Gregorii pape de eadem leccione.
Libet fratres karissimi evange
lice verba leccionis sub bre
vitate transcurrere, ut
post diucius liceat in contemplaci
one tante sollempnitatis immorari.
Hodie namque spiritus sanctus repentino
sonitu super discipulos venit, men
tesque carnalium in sui amorem per
mutavit. Et foris apparentibus
linguis igneis, intus facta sunt
corda flammancia. Quia dum
deum in ignis visione susceperunt,
per amorem suaviter arserunt. Ipse
namque spiritus sanctus amor est. Unde
et Iohannes dicit: Deus caritas est.
Qui ergo mente integra deum
desiderat, profecto iam habet quem
amat. Neque enim quis quisquam pos
set deum diligere, si eum quem dili
git non haberet. Sed ecce si unicuique
vestrum requiritur an diligat deum,
tota fiducia et secura mente re
spondet: diligo. In ipso autem
leccionis exordio audistis quid veri
tas dixit: Si quis diligit me, ser
monem meum servabit. Probacio
ergo dileccionis exhibicio est operis.
Hinc in epistola sua Iohannes ait: Qui
dicit quia diligo deum et man
data eius non custodit, mendax
est. Vere enim diligimus si man
data eius servamus. Deum diligi
mus si a nostris nos voluptatibus coarta
mus. Nam qui adhuc per illicita
desideria defluit, profecto deum non
amat, quia ei in sua prava vo
luntate contradicit. Et pater meus di

diliget eum et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Pensate fratres karissimi quanta sit ista sollempnitas habere in cordis hospicio adventum dei. Certe si domum vestram quisquam dives ac prepotens amicus intraret cum omni festinancia domus tota mundaretur ne quid fortasse esset quod oculos amici intrantis offenderet. Tergat ergo sordes pravi operis qui deo preparat domum mentis. Sed videte quid veritas dicat Veniemus et mansionem apud eum faciemus. In quorundam etenim corda venit et mansionem non facit quia per compunctionem quidem dei respectum percipiunt sed temptacionis tempore hoc ipsum quod compuncti fuerant obliviscuntur sicque ad perpetranda peccata redeunt ac si hec minime planxisset. Qui ergo deum vere diligit qui eius mandata custodit in eius corde dominus et venit et mansionem facit quia sic eum divinitatis amor penetrat ut ab hoc temptacionis tempore non recedat. Ille vere amat cuius videlicet mentem delectacio ex consensu non superat. Nam tanto quisque a superno amore disiungitur quanto inferius delectatur. Unde et adhuc subditur Qui non diligit me sermones meos non servat. Ad vosmetipsos fratres karissimi introrsus redite si deum vere amatis exquirite. Nec tamen sibi aliquis credat quicquid sibi animus sine operis attestacione responderit. De dileccione conditoris non lingua sed mens et vita requiratur. Nunquam est amor dei ociosus operatur etenim magna si est si vero operari renuit amor non est. Et sermonem quem audistis non

est meus sed eius qui misit me patris. Scitis fratres karissimi quia ipse qui loquitur unigenitus filius verbum patris est. Et ideo sermo quem loquitur filius non est filii sed patris quia et ipse filius verbum est patris. Hec locutus sum vobis apud vos manens. Quando non manet apud eos qui ascensurus celos promittit dicens Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummacionem seculi. Sed verbum incarnatum et manet et recedit. Recedit corpore manet divinitate. Apud nos ergo tunc se mansisse perhibet quia qui invisibili semper presencia presens erat corporali iam visione iam recedebat. Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia quecumque dixero vobis. Nostis plerique fratres mei quia greca locucione paraclitus latine advocatus dicitur vel consolator. Qui ideo advocatus dicitur quia pro errore delinquencium apud iusticiam patris intervenit. Qui unius substancie cum patre et filio exorare pro delinquentibus perhibetur quia eos quos ipse implevit exorantes facit. Unde et paulus dicit Ipse enim spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Minor vero est qui postulat quam qui postulatur. Quomodo ergo spiritus postulare dicitur qui minor non est. Sed ipse spiritus postulat quia ad postulandum eos quos repleverit inflammat. Consolator autem idem spiritus vocatur quia de peccati perpetracione merentibus dum spem venie preparat ab afflictione tristicie mentem levat. De quo recte promittitur Ipse vos docebit omnia. Quia nisi idem spiritus cordi adsit audientis ociosus est sermo doctoris. Nemo

ergo docenti homini tribuat quod ex ore docentis intelligit quia nisi intus sit qui doceat doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Ecce unam loquentis vocem omnes pariter auditis nec tamen pariter sensum audite vocis percipitis. Cum ergo vox dispar non sit cur in cordibus vestris dispar est ipsa vocis intelligentia nisi quia per hoc quod vox loquentis communiter admonet est magister interior qui de vocis intelligentia quosdam specialiter docet. De hac unctione spiritus rursus per Iohannem dicitur Sicut unctio eius docet vos de omnibus. Per vocem ergo non instruitur quando mens per spiritum non ungitur. Sed cur ista de doctrina hominis loquimur cum et ipse conditor non ad eruditionem hominis loquitur si eidem homini per unctionem spiritus non loquatur.

+ Certe Caym prius quam fratricidium opere perpetrasset audivit Peccasti quiesce. Sed quia culpis suis exigentibus voce est admonitus non unctione audire verba dei potuit sed servare contempsit. Requirendum vero nobis est cur de eodem spiritu dicitur suggeret vobis omnia. Cum suggerere esse soleat minoris. Sed quod suggerere aliquando dicimus subministrare invisibilis spiritus suggerere dicitur non quia nobis scientiam ab imo inferat sed ab occulto. Pacem meam relinquo vobis pacem meam do vobis. Hic relinquo illic do. Sequentibus relinquo pervenientibus do. Ecce fratres karissimi verba sacre lectionis sub brevitate discussimus nunc in contemplacione tante festivitatis animum transferamus. Sed quia ad lectionem evangelicam nobis est etiam actuum apostolorum lectio recitata ex ea ergo aliquid in usum nostre contemplacionis trahamus. Audistis etenim quia spiritus sanctus super discipulos in igneis linguis apparuit omniumque linguarum scientiam dedit. Quo miraculo designatum est quod sancta ecclesia eodem spiritu repleta omnium gentium erat locutura.

voce Qui enim contra deum turrim edificare conati sunt communionem unius lingue perdiderunt. In hiis autem qui deum humiliter metuebant lingue unite sunt. Hic ergo humilitas eruditionem meruit illic superbia confusionem. Sed querendum nobis est cur sanctus spiritus patri et filio coeternus in igne apparuit cur in igne simul et linguis cur aliquando in columba aliquando vero in igne monstratur cur super unigenitum filium apparuit in columba spiritus et super discipulos in igne neque super discipulos monstraretur in columba.

Per quatuor itaque hec propositionum solvendo redeamus. Patri namque et filio coeternus spiritus in igne monstratur quia incorporeus et ineffabilis ignis est deus attestante Paulo Deus noster ignis consumens est. Deus quippe ignis dicitur quia per eum peccati rubigo consumitur. De hoc igne veritas dicit Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi ut ardeat. Terra enim vocatur terrena corda que dum semper infimas in se cogitationes congerunt a malignis spiritibus conculcantur. Sed ignem dominus in terram mittit cum vel afflatu sancti spiritus corda terrena incendit. Et terra ardet cum cor carnale in suis pravis voluptatibus frigidum relinquit concupiscentias presentis seculi et incenditur ad amorem dei. Bene ergo in igne apparuit spiritus qui ab omni corde quod replet torporem frigoris excu

tur et hoc in desiderio sue eter
nitatis accendit In igneis
autem linguis innatus est quia
isdem spiritus coeternus est filio et
habet cognacionem maximam
lingua cum verbo verbum quippe
patris filius Et quia cognata est
ubi scilicet idem spiritus monstrari
debuit in lingua vel certe quia
per linguam procedit verbum in lin
guis apparuit spiritus quia quisquis
spiritu sancto tangitur dei verbum id est
unigenitum filium confitetur Et
negare dei verbum non debet va
let qui iam spiritus sancti linguam
habet vel certe in linguis igneis
apparuit spiritus sanctus quia omnes
quos repleverit ardentes pariter
et loquentes facit Linguas igne
as doctores habent quia dum deum
amandum predicant corda au
diencium inflammant Nam ocio
sus est sermo docentis si prebere non
valet incendium amoris Hoc do
ctrine incendium ab ipso veritatis de
conceperant qui dicebant Nonne cor
nostrum ardens erat in nobis dum
loqueretur in via et aperiret nobis
scripturas Ex auditu quippe ser
mone inardescit animus et
torporis frigus recedit fit mens
in superno desiderio anxia a concu
piscenciis terrenis aliena Amor
verus qui hanc repleverit in fle
tibus cruciat Sed dum tali ardo
re cruciatur ipse suo cruciatu
pascitur Audire ei libet precepta
celestia et quot mandatis instrui
tur quasi tot facibus inflammatur
Et que torpebat prius per desidia
ardet post modum per verba Unde
bene et per moysen dicitur In de
xtera eius ignea lex Sinistra
quippe reprobi qui ad sinistram poni

di sunt dextera autem appellantur
electi In dextera ergo lex ignea est
quia electi mandata celestia nequaquam
frigido corde audiunt Sed ad hec amo
ris intimi facibus inardescunt
Sermo ad aurem ducitur et mens eo
rum premitur ex intime dulcedinis fla
ma concremantur In columba vero
spiritus sanctus et in igne monstratus
est quia omnes quos repleverit sim
plices et ardentes facit Simplices
puritate ardentes emulacione
Neque enim placere deo aut simplicita
tas sine zelo aut zelus sine simpli
citate Hinc ipsa veritas dicit Esto
te prudentes sicut serpentes et sim
plices sicut columbe Qua in re
notandum est quod discipulos suos nec
de columba sine serpente nec de ser
pente sine columba voluit dominus ad
monere quatenus et columbe sim
plicitatem astucia serpentis accen
deret et serpentis astuciam colum
be simplicitas temperaret Hinc
paulus ait Nolite pueri effici sen
sibus Ecce prudenciam serpentis audi
vimus nunc de simplicitate colum
be moneamur Sed malicia parvuli
estote Hinc de beato Job dicitur Erat
vir ille simplex et rectus Que est
autem rectitudo sine simplicitate
aut que simplicitas sine rectitudi
ne Quia ergo et rectitudinem docet is
te spiritus et simplicitatem et in ig
nem monstrari debuit et in colum
ba quatenus omne cor quod eius gracia
tangitur et mansuetudinis lenita
te tranquillum et zelo iusticie ac
census fiat Nobis extremum restat consideran
dum est cur in ipso redemptore
nostro mediatore dei et hominum per
columbam apparuit in discipulis vero
per ignem Certe unigenitus filius
iudex est generis humani Sed quis

eius iusticiam feriret. Si priusquam nos per mansuetudinem culpas nostras per zelum rectitudinis examinare noluisset. Homo ergo pro hominibus factus nutrire se pro hominibus exhibuit. Noluit peccatores ferire sed colligere. Prius voluit mansuete corrigere ut haberet quos postmodum in iudicio salvaret. In columbe ergo specie apparere super eum debuit spiritus qui non veniebat ut peccata iam per zelum percuteret sed adhuc per mansuetudinem tolleraret. At contra super discipulos in igne debuit spiritus sanctus demonstrari ut hii qui erant simplices homines atque ideo peccatores eos quoque spiritualis fervor accenderet et peccata que deus per mansuetudinem parceret ipsi in se per penitenciam punirent. Nec ipsi quippe esse poterant sine peccato qui adherebant celesti magistro Iohanne attestante qui ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus nosipsos seducimus et veritas in nobis non est. In igne ergo venit in hominibus in columba non apparuit in domino quia peccata nostra que pie dominus per mansuetudinem tollerat nos per zelum rectitudinis debemus conspicere et ardore semper penitencie cremare. Igitur per columbam spiritus in redemptore monstratus est per ignem vero in hominibus quia quanto nobis minus iudicis facta est severitas reservata tanto ergo se debet fervor nostre infirmitatis accendere. Quamuis itaque propositionum expleta lectione ad dona eiusdem spiritus contemplanda transeamus. De isto quippe spiritu scriptum est: Spiritus eius ornavit celos. Ornamenta enim celorum sunt virtutes predicancium. Que videlicet ornamenta Paulus enumerat dicens: Alii datur per spiritum sermo sapiencie alii sermo sciencie secundum eundem spiritum. Alii fides in eodem spiritu. Alii gracia sanitatum in uno spiritu. Alii operacio virtutum. Alii prophecia. Alii discrecio spirituum. Alii genera linguarum. Alii interpretacio sermonum. Hec autem omnia operatur unus atque idem spiritus dividens singulis prout vult. Quot ergo sunt bona predicancium tot sunt ornamenta celorum. Hinc rursus scriptum est: Verbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Verbum enim domini filius est patris. Sed eosdem celos videlicet sanctos apostolos ut tota simul trinitas ostendatur operata repente de sancto spiritu adiungitur: Et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Celorum igitur virtus de spiritu sumpta est quia mundi huius potestatibus contraire non presumerent nisi eos sancti spiritus fortitudo solidaret. Quales namque doctores sancte ecclesie ante adventum huius spiritus fuerint scimus et post adventum illius cuius fortitudinis sint conspicimus. Certe iste ipse pastor ecclesie ad cuius sacratissimum corpus sedemus quante debilitatis quanteque formidinis ante adventum spiritus fuit ancilla hostiaria requisita dicat. Una enim mulieris voce perculsus dum mori timuit vitam negavit. Et pensandum quia comprehensum Petrus negavit in terra quem suspensum latro est confessus in cruce. Sed vir iste tante formidinis qualis post adventum spiritus existat audiamus. Fit conventus magistratus atque seniorum cesis denunciatur apostolis ne in nomine Ihesu loqui debeant. Pe

trus magna auctoritate respondit
Obedire oportet deo magis quam
hominibus Et rursus Si iustum
est in aspectu dei vos potius
audire quam deum iudicate Non
enim possumus que vidimus et au
divimus non loqui Et illi quidem
ibant gaudentes a conspectu
concilii quoniam digni habiti sunt
pro nomine ihesu contumelias pa
ti Ecce gaudet petrus in verberi
bus qui ante in verbis timebat
Et qui prius ancille vocem requisi
tus timuit post adventum sancti
spiritus vires principum cesus premit
Libet occulos fidei in virtute huius
opificis attollere atque hinc inde pa
tres testamenti novi ac veteris
considerare Ecce apertis eisdem
occulos fidei david amos da
nielem petrum paulum matheum
intueor Et scire iste spiritus qua
lis sit spiritus artifex considerare
volo sed in ipsa mea consideratio
ne deficio Implet namque cythare
dum puerum et psalmistam facit
Implet pastorem armentarium sicomo
ros vellicantem et prophetam facit Im
plet abstinentem puerum et senem
iudicem facit Implet piscatorem
et predicatorem facit Implet persecu
torem et doctorem gentium facit
Implet publicanum et ewangelis
tam facit O qualis est artifex
iste spiritus Nulla ad discendum
mora agitur In omne quod voluit
mox ut tetigerit mentem docet
Solum quod tetigisse docuisse est
Nam humanum animum subito ut
illustrat immutat abnegat hunc
hoc repente quod erat exibet re
pente quod non erat Pensemus
nostros predicatores nostros hodierna
die reperit quales facit Certe quia

in uno cenaculo propter metum iudeorum re
sidebant nativitatis sue singuli lin
guam noverunt et tamen nec eam ipsam
linguam quam noverant aperte de christo
loqui presumebant Venit spiritus in
ore eius per diversitatem linguarum do
avit in mente autem ex auctoritate robo
ravit Ceperunt et in aliena christum
eloqui qui de illo prius et in sua lin
gua loqui metuebant Inflammatum
enim cor despexit tormenta corporis
que ante metuebant Vicit timorem car
nalis formidinis per amorem condi
toris Et qui prius suis adversari
is succumbebat formidine eis iam
preerat auctoritate Cum ergo in tanto eos
celsitudinis culmen erexit quid
aliud dixerim nisi quod mentes ter
renorum hominum celum fecit Pensate
fratres karissimi post incarnacionem uni
geniti filii qualis sit hodierna
sollennitas de adventu spiritus sancti
Sicut enim illa ita et ista est honora
bilis In illa quippe deus in se perma
nens semetipsum accepit hominem suscepit
In ista vero homines venientem desu
per susceperunt In illa deus naturaliter
factus est homo In ista homines
facti sunt per adopcionem dii Si
ergo remanere carnales in morte
nolumus huius fratres karissimi vivifi
cantem spiritum diligamus Sed quia caro
spiritum nescit dicat fortasse carna
li cogitacione apud se aliquis quo
modo diligere valeo quem ignoro
Hec et nos concedimus quia mens
visibilibus intenta videre nescit in
visibilem Nulla enim invisibilia in
se visibilia cogitat ea quia cum non a
git eorum imagines intra se tra
hit Dumque in imaginibus corpo
reis iacet surgere ad incorpora
rum sic ut tanto deterius orationem
nesciat quanto in cogitacione sua

familiarius corporum creaturam portat. Sed quia deum videre non possumus, habemus aliquid quod agamus, unde iter fiat quo ad deum nostre intelligentie oculus veniat. Certe quem in se videre nullomodo valemus, hunc in servis suis videre iam possumus. Quos dum mira conspicimus agere, certum nobis fit in eorum mentibus deum habitare. In re autem incorporea a rebus corporalibus usum trahamus. Nemo etenim nostrum orientem clare solem in sphera illius tendendo valet conspicere, quia reverberati in eius radiis oculi tenebrescunt. Sed sole illustratos montes aspicimus et quia iam sol ortus est videmus. Quia ergo solem iusticie in seipso videre non possumus, illustratos montes conspicimus claritate illius, videamus sanctos videlicet apostolos, qui virtutibus eminebant, miraculis choruscabant, quos nati solis claritas perfudit, et cum in se ipso sit invisibilis, per eos nobis quasi per illustratos montes se visibilem prebuit. Virtus enim divinitatis in se quasi sol in celo, virtus divinitatis in hominibus sol in terra. Solem ergo iusticie intueamur in terra quem videre non possumus in celo, ut dum inoffenso pede operis per hunc in terra gradimur, ad intuendum illum quandoque oculos et in celo levemus. Sed inoffenso pede iter nostrum in terra agitur, si deus ac proximus integra mente diligatur. Nec deus enim vere sine proximo, nec proximus vere diligitur sine deo. Hinc est quod sicut in alio loco iam diximus, idem spiritus sanctus legitur discipulis datus prius adhuc degente in terra domino, postmodum a domino celo presidente. In terra quippe ut diligatur proximus, e celo vero ut diligatur deus. Sed cur prius in terra et postmodum e celo, ni-

si quod patenter datur intelligi, quia iuxta Iohannis vocem: qui fratrem suum non diligit quem videt, deum quem non videt quomodo potest diligere. Diligamus ergo proximum, fratres, amemus eum qui iuxta nos est, ut pervenire valeamus ad amorem illius qui super nos est. Meditetur mens in proximo quod exhibeat deo, ut perfecte mereatur in deo gaudere cum proximo. Tunc ad illam superne frequentie letitiam pervenimus, de qua nunc sancti spiritus pignus accepimus. Ad illum finem tota amore tendamus, in quo sine fine gaudebimus. Ibi supernorum civium societas sancta, ibi sollempnitas certa, ibi requies secura, ibi pax vera, que nobis iam non relinquatur sed datur. Prestante domino nostro Ihesu Christo, qui vivit et regnat cum patre deo in unitate spiritus sancti per omnia secula seculorum. **Secundum Lucam**

In illo tempore dicebat Ihesus turbis Iudeorum similitudinem hanc: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, et venit querens fructum in illa et non invenit. Et reliqua. **Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione**

Dominus ac redemptor noster per evangelium suum aliquando verbis alloquitur, aliquando rebus, aliquando aliud verbis, aliquando aliud rebus. Duas etenim res ex evangelio, fratres, audistis: ficulneam infructuosam et mulierem curvam, et utrique rei est pietas impensa. Illud autem dixit per similitudinem, istud egit per exhibitionem. Sed hoc significat ficulnea infructuosa quod mulier inclinata, et hoc ficulnea reservata quod mulier erecta. Dum vinee cultor venit ad ficulneam et fructum minime invenit, et mulier que erecta est decem et

octo annis fuerat curva. Hoc autem
decem et octo annorum numero signatur
quod tertio dominus vinee ad infructuosam
ficulneam venisse perhibetur. Quia
igitur premittendo summatim tota per-
strinximus iam per lectionis ordi-
nem singula discutiamus. Arborem
fici habebat quidam plantatam
in vinea sua et venit fructum que-
rens in illa et non invenit. Quid ar-
bor fici nisi humanam naturam
signat. Quid mulier inclinata
nisi eandem naturam significan-
do denuntiat que et bene planta-
ta est sicut ficus et bene creata
est sicut mulier. Sed in culpam propria
sponte lapsa neque fructum sue
operationis neque statum rectitudinis
ad pristinum quippe ex voluntate cor-
ruens quia fructum obedientie
ferre noluit statum rectitudinis
amisit que ad dei similitudi-
nem condita dum in sua dig-
nitate perstitit quod plantata vel cre-
ata fuerat servare contempsit.
Tertio dominus vinee ad ficulneam
venit quia naturam generis hu-
mani ante legem sub lege sub
gratia expectando ammonendo
visitando requisivit. Dicit autem
ad cultorem vinee: Ecce an-
ni tres sunt ex quo venio fructum
querens in ficulnea hac et non
invenio. Venit ante legem quia
parcendo sustinuit quia per naturale
intellectum quid unusquisque ex-
emplo sui et qualiter erga pro-
ximum agere deberet innotuit.
Venit in lege quia precipiendo do-
cuit. Venit post legem per gratiam
quia pietatis sue presentiam exhibendo
monstravit. Sed tamen in tribus an-
nis fructum se non invenisse con-
queritur quia quorundam pravorum

mentes nec inspirata lex naturalis
corrigit nec precepta erudiunt nec
incarnationis eius miracula con-
vertunt. Quid vero per cultorem vinee
nisi prepositorum ordo exprimitur? Qui
dum presunt ecclesie nimirum dominice
vinee curam gerunt. Huius enim
vinee primus cultor Petrus apostolus
extitit. Hunc nos indigni sequi-
mur in quantum pro eruditione vestra
docendo deprecando increpando la-
boramus. Sed cum magno tremo-
re audiendum est quod cultori vine-
e de infructuosa arbore dicitur:
Succide eam ut quid etiam terram occu-
pat. Unusquisque iuxta modum sui
in quantum locum vite presentis tenet
si fructum bone operationis non ex-
hibet velut infructuosa arbor
terram occupat quia in eo loco in
quo ipse est et aliis operandi oc-
casionem negat. Sed in hoc seculo
potens quilibet si fructum non habet
bone operationis etiam impedimentum
prestat ceteris. Quia quicumque sub
ipso sunt exemplo pravitatis illius qua-
si umbra perversitatis illius pre-
muntur. Stat desuper arbor infructu-
osa et subter terra sterilis iacet.
Infructuose arboris desuper umbra
densatur et solis radius ad ter-
ram descendere nequaquam per-
mittitur quia dum subiecti quili-
bet pravi patroni perversa exempla con-
spiciunt. Ipsi quoque infructuosi rema-
nentes veritatis lumine privantur
et pressi umbra calorem solis non
accipiunt quia adeo frigidi remanent. Un-
de in hoc seculo male proteguntur.
Sed de hoc perverso quolibet et po-
tenti pene iam requisitio deo non
est. Postquam enim se perdidit queren-
dum solummodo est cur et alios pre-
mit. Unde bene eiusdem vinee

dominus dicat: Ut quid etiam terram occupat? Terram occupat qui mentes alienas gravat; terram occupat qui locum quem tenet in bonis operibus non exercet. Sed tamen nostrum est pro talibus deprecari. Nam cultor vinee quid dicat audiamus: Domine, dimitte illam et hoc anno usque dum fodiam circa illam. Quid est circa ficulneam fodere, nisi infructuosas mentes increpare? Omnis quippe fossa in ymo est, et nimirum increpatio dum mentem sibi demonstrat humiliat. Quociens ergo de peccato suo aliquem corripimus, quasi ex cultoris debito circa infructuosam arborem fodimus. Post fossionem vero quid dicat audiamus: Et mittam cophinum stercoris. Quid est cophinus stercoris nisi memoria peccatorum? Peccata etenim carnis stercora vocantur. Unde et per prophetam: Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore suo computrescere est carnales quosque in fetore luxurie vitam finire. Nos itaque si carnalem mentem de suis peccatis increpamus, quociens ad eius memoriam vicia ante acta revocamus, quasi infructuose arbori cophinum stercoris versamus, ut malorum que egit recolat, ad compunctionis graciam quasi de fetore pinguescat. Mittitur ergo cophinus stercoris ad radicem arboris cum perversitatis sue consciencia tangitur memoria cogitacionis. Cumque se per penitenciam ad lamentum mens excitat atque ad bone operis graciam reformat, quasi per tactum corporis redit ad fecunditatem operis radix cordis. Plangit quod fecisse displicet, sibi qualem fuisse meminit recolit. In intencionem ergo contra se erigit atque ad meliora animus tendit. De fetore

igitur ad fructum revivisit arbor, quia de consideracione peccati ad bona se opera resuscitat animus. Et sunt plerique qui increpaciones audiunt et tamen ad penitenciam redire contempnunt, et infructuosi deo in hoc seculo virides stant. Sed audiamus quid ficulnee cultor adiungat: Si quidem fecerit fructum; sin autem, in futuro succides eam. Quia qui hic non vult ad fecunditatem pinguescere per increpacionem, illic cadet unde iam resurgere per penitenciam non valet. Et in futuro succidetur, quamvis hic sine fructu viridis stare videatur. Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis, et ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo. Paulo ante iam diximus quia hoc tribus adventus domini ad infructuosam ficulneam, quod decem et octo annorum numerus ad curvam mulierem signat. Sexto enim die factus est homo, eodem sexto die opera domini cuncta perfecta sunt. Senarius autem numerus in ternarium ductus decem et octo facit. Quia ergo homo sexto die factus est perfecta opera habere noluit, sed ante legem, sub lege atque in exordio inchoantis gracie infirmus extitit, decem et octo annis mulier curva fuit. Et erat inclinata nec omnino poterat sursum respicere. Omnis peccator terrena cogitans, celestia non requirens, sursum respicere non valet, quia dum desideria inferiora sequitur, a mentis sue rectitudine curvatur, et hoc semper videt quod sine necessitate cogitat. Redite fratres karissimi redite quia nobis omnibus in cogitacionibus vestris

voluptatis aspiciat alius de hono
ribus · alius de pecuniis · alius de
prediorum ambitu cogitat cuncta
hec in ymo sunt Et qui mentem tali
bus implicat a statu sue recti
tudinis flectitur et quia ad celes
te desiderium non assurgit quasi
mulier inclinata sursum respi
cere nequaquam potest Sequitur hanc
cum videret Ihesus vocavit ad
se et ait illi mulier dimissa es
ab infirmitate tua et imposuit
illi manus et confestim erec
ta est · vocavit et erexit quia
illuminavit et adiuvit / vocat sed
non erigit quando quidem per eius gra
ciam illuminamur sed exigentibus no
stris meritis adiuvari non possumus
plerumque enim videmus que agen
da sunt sed hec opere non implemus
nitimur et infirmamur mentis iu
dicium rectitudinem conspicit sed ad hanc
operis fortitudo succumbit quia ni
mirum iam de pena peccati est ut ex do
no quidem possit bonum conspicere
sed tamen ab eo quod conspicitur con
tingat per meritum repelli consueta
etenim culpa obligat mentem ut
nequaquam surgere possit / ad rec
titudinem conatur et labitur quia
ubi sponte diu perstitit ibi et cum
noluit coacta cadit · Bene de hac
humana incurvacione ex typo huma
ni generis per psalmistam dicitur /
Incurvatus sum et humiliatus sum us
quequaque Contemplatur quippe quod ad
supernam lucem intuendam homo con
ditus fuerat · sed peccatis exigen
tibus foras missus · mentis sue
tenebras portat · superna non
appetit infimis intendit · celestia
nequaquam desiderat · terrena
semper in animo versat ex hoc quod de
suo genere dolet in seipso excla

mavit dicens Incurvatus sum et
humiliatus sum usquequaque Contempla
cionem namque celestium perdens si sola
carnis necessaria homo cogitaret in
curvatus et humiliatus esset sed
tamen usquequaque non esset / Quem vero non
solum a supernis cogitacionibus necessi
tas deicit sed eciam voluptas illici
ta sternit · non solum incurvatus sed
usquequaque incurvatus est · hinc alius
propheta de immundis spiritibus dicit ·
Qui dixerunt anime tue incur
vare ut transeamus · Recta quippe
stat anima cum superna desiderat
et nequaquam flectitur ad yma · Sed
maligni spiritus cum hanc in sua
rectitudine stare conspiciunt per
eam transire non possunt Transire
namque eorum est similia illi deside
ria spargere Dicunt ergo · incurvare ut
transeamus · quia si ipsa se ad yma
appetenda non deicit · contra hanc
illorum pravitas nullatenus convale
scat · Et transire per eam nequeunt
quam contra se rigidam in superna in
tencione pertimescunt Nos ergo fra
tres karissimi nos vias malignis in
nobis spiritibus damus · cum ter
rena conspicimus · cum ad temporalia ap
petenda curvamur Pudeat ergo
terrena conspicere et dorsa menci
um ascendentibus adversariis
prebere tirum semper incurvetur qui
curvus est et quo primo sit recte
ptus non meminit qui yma querit
hinc etiam per Moysen dicitur ut qui
gibbo premitur nequaquam ad sacer
docium promoveatur · et quoniam
Christi sanguine redempti summi membra
eiusdem summi sacerdotis efficimur
Unde nobis et per Petrum dicitur Vos
autem genus electum regale sacerdo
cium Sed qui gybbum tolleravit yma
semper intuentur a sacerdocio eius repel

litur quia quisquis solis terrenis
intentus est ipse sibi testis est quod
membrum suum sacerdotis non est
Hinc rursus pisces qui pennulas
non habent ab esu fidelis popu
li prohibentur. Pisces quippe qui
pennulas squamarum habent
clare saltus etiam super aquas solent
Quid ergo pennatis piscibus nisi e
lecte anime designantur Que pro
fecto sole in celestis ecclesie corporis
transeunt que modo virtutum pen
nulis fulte saltus dare per celeste
desiderium sciunt ut superna per
contemplationem appetant quamvis in
seipsis iterum ex mortali carne rela
batur. Si ergo iam bona per se cele
stis agnovimus displiceat nobis
fratres karissimi quod carnis sumus. Pona
tur ante oculos mulier curva et
arbor infructuosa. reminiscamur
malorum que fecimus. mittamus
ad iudicem cordis. corripimus fler
cordis ut tunc in retribucionis fru
ctu pinguescat quod nobis hic per
penitenciam fetebat. Et si virtutum
summa operari non possumus ipse de
nobis gaudet lamento. Ex ipsa eius
iusticie inchoacione placebimus.
qui iniusta que fecimus punimus
nec mora erit in fletibus quia ter-
gent citius transeuntes lacrimas [maculas]
gaudia mansura Per dominum nostrum
Ihesum Christum qui vivit et regnat
cum patre in unitate spiritus sancti
deus per omnia secula seculorum amen

In illo tempore dixit Secundum lucam illis discipulis suis Si quis vult
venire post me abneget semet
ipsum et tollat crucem suam
et sequatur me Et reliqua Omelia
beati gregorii pape de eadem lectione

Quia dominus ac redemptor
noster novus homo ve

nit in mundum nova precepta dedit
mundo. Vite etenim nostre veteri in
vicys enutrite contrarietatem po
suit novitatis sue. Quid enim
vetus quid carnalis homo noverat
nisi sua retinere aliena rapere si pos
set concupiscere si non posset. Sed
celestis medicus singulis qui
busque vicys obviancia adhibet
medicamenta. Nam sicut arte
medicine calida frigidis frigi
da calidis curantur ita dominus noster
opposuit contraria medicamenta
peccatis ut lubricis continenciam
tenacibus largitatem iracundis
mansuetudinem elatis preciperet
humilitatem. Certe cum se sequen
tibus nova mandata proponeret
dixit Nisi quis renunciaverit
omnibus que possidet non potest meus
esse discipulus. Ac si aperte dicat
qui per vitam veterem aliena
concupiscitis per nove conversacionis
studium et vestra largimini. Quid vero
in hac lectione dicat audiamus
Qui vult post me venire abne
get semetipsum. Ibi dicitur
ut abnegemus nostra. hic dicitur
ut abnegemus nos. Et fortas
se laboriosum non est homini
relinquere sua sed valde laborio
sum est relinquere semetipsum
Minus quippe est abnegare
quod habet valde autem multum
est abnegare quod est. Ad se autem
nobis venientibus dominus precepit
ut renunciemus nostris quia quicum
que ad fidei agonem venimus luc
tam contra malignos spiritus
sumimus. Nichil autem maligni spiritus
in hoc mundo proprium possident
Nudi ergo cum nudis luctari de
bemus. Nam si vestitus quisque
cum nudo luctatur citius ad

terram deiciatur quia habet unde
teneatur. Quid enim sunt terrena
omnia nisi quaedam corporis indumen-
ta. Qui ergo contra dyabolum
ad certamen properat vestimenta
abiciat ne succumbat. Nichil in
hoc mundo amando possideat nul-
las rerum labentium delectationes re-
quirat ne unde ad notitiam tegitur
ad casum inde teneatur. Nec ta-
men sufficiat nostra relinquere nisi
relinquamus et nos. Quid est (et)
quod dicimus relinquamus et nos.
Si enim nosipsos relinquimus quo
ibimus contra nos. Vel quis est (extra)
qui vadit si se deseruit. Sed ali-
ud sumus per peccatum lapsi aliud
per naturam conditi aliud quod feci-
mus aliud quod facti sumus. Ecce
etenim qui superbus fuit. Relin-
quamus nosmetipsos quales
peccando nos fecimus // quales (remaneamus nosmetipsi)
per gratiam facti sumus. Ecce ete-
nim qui superbus fuit si conversus
ad Christum humilis factus est
seipsum reliquit. Si luxuriosus
quisque ad continentiam vitam muta-
vit abnegavit utique quod fuit.
Si avarus quisque ambire iam
desiit et largiri didicit sua qui
prius aliena rapiebat procul du-
bio seipsum reliquit. Ipse quidem
est per naturam sed non est ipse per
maliciam. Hinc namque scrip-
tum est Verte impios et non
erunt. Conversi namque impii
non erunt non quia omnino non
erunt in essentia sed quia non
erunt in impietatis culpa. Tunc er-
go nosmetipsos relinquimus tunc
nosipsos abnegamus
cum vitamus quod per vetustatem
fuimus et ad hoc nitimur
quo per novitatem vocamur. Pense-
mus quomodo se paulus abnegaverit qui
dicebat Vivo autem iam non ego.
Extinctus quippe fuerat saevus ille
persecutor et vivere ceperat praedicator
pius. Si enim ipse esset pius profecto
non esset. Sed qui ~~vivere~~ denegat di- (se vivere)
cat unde est quod sancta verba per doctrinam
veritatis clamat. Protinus subdit
Vivit vero in me Christus. Ac si aper-
te dicat Ego quidem a memetipso
extinctus sum quia carnaliter non
vivo. Dicat ergo veritas dicat Si quis
vult post me venire abneget semet
ipsum. Quia nisi quis a semet
ipso deficiat ad eum qui super
ipsum est non appropinquat. Nec
valet apprehendere quod ultra ipsum
est si nescit mactare quod est. Sic
olerum plantae transponuntur ut pro-
ficiant atque ut ita dixerim era-
dicantur ut crescant. Sic terrena
semina in terrae admixtione defici-
unt et in reparatione sui generis ube-
rius assurgunt. Unde etenim minui per (videbatur)
dimissionem quod fuerat inde incipit
hoc apparere quod non erat. Sed iam
qui se a vitiis abnegat exquir-
endae ei virtutes sunt in qui-
bus crescat. Nam cum dictum est
qui vult post me venire abneget
semetipsum protinus additur et
tollat crucem suam cottidie et se-
quatur me. Duobus enim modis
crux tollitur cum aut per abstinen-
ciam afficitur corpus aut per com-
passionem proximi affligitur animus.
Pensemus qualiter utroque modo
paulus crucem suam tolerat qui
dicebat Castigo corpus meum et
in servitutem redigo ne forte aliis
praedicans ipse reprobus efficiar. Ecce
ecce in afflictione corporis audivimus
crucem carnis audiamus nunc in
compassione proximi crucem mentis

Ait enim: quis infirmatur et ego non
infirmor. Quis scandalizatur et
ego non uror. Predicator egregius di-
citur ut exemplum daret abstinen-
cie crucem portabat in corpore. et quia
in se trahebat dampna infirmita-
tis aliene crucem portabat in cor-
de. Sed quia ipsis virtutibus quedam
vicia iuxta sunt dicendum nobis
est quod vicium abstinencia carnis. et
quod obsideat compassionem mentis.
Et vicio namque abstinencie car-
nis plerumque inanis gloria obsidet.
quia dum tenuitas in corpore.
dum pallor in vultu respicitur v[ir]-
tus patefacta laudatur. et tanto
se celerius foras fundit quanto
ad humanos oculos per ostensum
pallorem exit. Et plerumque fit ut
Dei quod causa Dei agi creditur pro solis hu-
manis favoribus agatur. Quod
bene Symon ille significat qui in-
veniens in via crucem Domini
in angaria portat. Aliena enim
pe onera in angaria portantur
quando per vanitatis studium aliquid
geritur. Cum ergo per Symonem desig- (simone)
nantur isti abstinentes et ar-
rogantes qui per abstinenciam qui-
dem carnem affligunt. sed fructum
abstinencie intus non requirunt.
Crucem ergo Domini Symon in angari-
am portat. quia cum ad opus bonum
ex bona voluntate non ducitur
rem iussi sine fructu peroperatur.
Unde isdem Symon crucem por-
tat sed non moritur quia sunt
abstinentes et arrogantes qui per
abstinenciam quidem corpus affligunt
sed per desiderium glorie mundo vivunt.
Compassionem vero animi plerumque
latenter obsidet pietas falsa ut
hanc nonnumquam ad condescendendum (condescendendum)
viciis pertrahat. Ad culpas quippe
dum

non debeat compassione exerceri
sed zelum. Compassio quippe ho-
mini et rectitudo viciis debetur. ut
in uno eodemque homine et diliga-
mus bonum quod factum est et perseq[ua]-
mur mala que fecit. ne dum cul-
pas inculte remittimus. non iam
per caritatem compati sed per negli-
(condescendere) gencia caluisse videamur. Sequitur.
Qui enim voluerit animam suam sal-
vam facere perdet eam et qui
perdiderit animam suam propter me sal-
vam faciet eam. Et sic dicatur fi-
deli. Qui voluerit animam suam
salvam facere perdet eam et qui
perdiderit animam suam propter me sal-
vam faciet eam. Ac si agrico-
le dicatur. Frumentum si servas per-
dis. si seminas renovas. Quis
enim nesciat quod frumentum cum
f semine mittitur perit ab oculis
in terra deficit. in renovatione
arescat. in pulvere moritur. Sed
unde putrescit in pulvere inde
virescat in renovacione. Quia
c vero sancta ecclesia aliud tempus habet
persecucionis aliud pacis.
Redemptor noster ipsa eius tempora
distinguit in preceptis. Nam persecu-
cionis tempore ponenda est anima
pacis autem tempore ea que amplius
dominari possunt frangen-
da sunt desideria terrena. Un-
de et nunc dicitur. Quid enim proficit
homo si lucretur totum mundum
se autem perdat et detrimentum
sui faciat. Cum persecucio ab ad-
versariis deest valde vigilanter
cor custodiendum est. Nam pa-
cis tempore quia licet vivere li-
bet eciam ambire. Que profecto cura
nata bene compescitur si ipse status
(condescendendum) ambientis sollicite consideretur.
Nam cur insistit ad colligendum

q[uod] p[er] laude[m] corp[us] affligitur

qui stare non potest ipse qui colligit
Dimissa ergo summa consideret quisque et
agnoscat sibi sufficere parva que
habet / sed fortasse metuit ne hu-
ius vite itineri sumptus desit /
longa in via desideria increpat
via brevis In cassum multi por-
tantur cui iuxta est quo pertingitur
Plerisque autem et avariciam vin-
cimus sed adhuc obstat quod via
rectitudinis minori tenemus cus-
todia perfectionis Nam sepe laben-
cia cuncta despicimus sed ad- veri-
huc humane rectitudinis usu die
prependimur et rectitudinem quam ser-
vamus in mente nondum expri-
mere valemus in voce Et tamen
dei faciem ad iusticie defensionem
negligimus quando humanas
facies contra iusticiam veremur Sed
huic quod vulneri congruum subiun-
gitur medicamentum cum dicitur
Qui me erubuerit coram homi-
nibus et meos sermones hunc fili-
us hominis erubescet cum venerit
in maiestate sua et patris et sancto-
rum angelorum Sed ecce apud se non-
nulli dicunt Nos iam non
erubescimus qui aperta eum voce
confitemur Quibus ergo respondeo
quod in hac plebe christiana sunt non-
nulli qui christum ideo confitentur
quia cunctos christianos esse conspi-
ciunt Nam si nomen christi in tanta
hodie gloria non esset tot professo-
res christi sancta ecclesia non haberet
Non ergo ad probacionem fidei vox
sufficiat professionis quam defen-
dit a verecundia professio generali-
tatis Est tamen ubi se quisque in- ubi
terroget ut in confessione ipsi-
se veniat probet si iam non nou
eius erubescat si plene virtute
mentis humane pudore sub-

cidit Certe enim persecucionis tempo-
re erubescere poterant fideles sub-
stanciis privati de dignitatibus de-
iecti verberibus affligi Pacis autem tem-
pore quia hec a nobis persecucionibus
desunt est aliud ubi ostendamur
nobis Veremur sepe a proximis despi-
ci dedignamur iniurias verbis tollera-
re si contingat iurgium fortasse cum
proximo erubescimus priores satisfa-
cere Cor quippe carnale dum huius
vite gloriam querit humilitatem
respuit Et plerumque ipse homo qui
irascitur dolorem sibi iracundia-
ri appetit tunc ad satisfaciendum ire
prior erubescit Pensemus sancte veri-
tatis ut videamus quo laceraun-
tur pravitatis actiones Si enim
membra summi capitis sumus imi-
tari eum cui connectimur debemus
Quid namque ad nostre erudicionis ex-
emplum paulus egregius predicator
dicit Pro christo legacione fungimur
tamquam deo exhortante per nos ob-
secramus pro christo reconciliamini deo
Ecce inter nos et deum discordiam
peccando fecimus et tamen ad nos
deus prior suos legatos misit ut
nos ipsi qui peccavimus ad pacem dei
rogati veniamus Erubescat ergo
humana superbia confundatur quis-
que si non satisfaciat primo quando prior
post culpam nostram ut ei reconcili-
ari debeamus et ipse qui offensus
est legatis intervenientibus obsecrat
deus Sequitur Dico autem vobis vere sunt
aliqui stantes qui non gustabunt
mortem donec videant regnum
dei Regnum dei sicut certum est non modo in R
sacro eloquio venturum regnum dicitur
sed nonnumquam presens eciam designatur
vel vocatur unde scriptum est Mittet ange-
los filius hominis suos et colligent
de regno eius omnia scandala Illo-
rum

quippe scandala non erunt. ubi ipsi pro-
fecto reprobi non admittuntur. Quo vi-
delicet exemplo colligitur quod hic loco
regnum dei presens ecclesia vocatur. Et qui
nonnulli ex discipulis usque ad eo-
in corpore victuri sunt erant ut
ecclesiam dei constructam conspicerent
et contra mundi huius gloriam erectam
consolatoria promissione nunc
dicitur. Sunt quidam de hic stantibus
qui non gustabunt mortem donec
videant regnum dei. Sed cum tanta
dus subeunde mortis precepta cede-
ret quid necessarium fuit ut ad hanc
subito subito promissionem veniret.
Sed si subtiliter attendamus quanta
ta dispensatione pietatis agatur
agnoscimus. discipulis enim rudi-
bus de presenti vita aliquid promit-
tendum fuit ut possint robustius
in futura solidari. Sic israhelitico
populo ex egipto liberando re-
promissionis terra promittitur. Et cum
vocandus esset ad dona celestia
terrenis promissionibus suadetur
ut hoc quod divum esset aliquid
quod eminus raperet. illud etiam fi-
delius crederet. Omnipotens ergo deus
largiendo terrena suadet celesti-
a ut raperet quod videret sperare
disceret quod minime videbat. Et tan-
to solidior de invisibilibus fieret
quanto eum ad spei certitudinem vi-
sibilia promissa firmarent. Unde
recte et per psalmistam dicitur. De-
dit eis regiones gentium et labo-
res populorum possederunt. ut custo-
diant iustificationes eius et le-
gem eius exquirant. Sic ergo in
hoc loco rudibus discipulis veri-
tas loquens ecclesiam regnum dei
promittit in terra ut hoc ab eis fide-
lius in celo sumatur. Ex ipso etiam
regno quod videmus in mundo esse

Quod de regno audierit potius carnalis erat pro una non atteret magna non credet deus ergo

sublimatum speremus regnum quod in
celo credimus rapiendum. Nam sunt
nonnulli qui remunerationis noviter cre-
scunt. sed remunerationis non sive fidem
sola esse corporalia estimant. invi-
sibilia non appetunt. quia nec esse
suspicantur. Ad fratrum meorum corpo-
ra consistimus fratres mei. inquid
ipsi carnem suam in mortem dederunt
nisi eis constitisset esse
vita pro qua mori debuissent.
Et ecce quia ita crediderunt mira-
culis choruscant. Ad extincta e-
orum namque corpora viventes egri
veniunt et sanantur. periuri veni-
unt et a demonio vexantur. Demo-
niaci veniunt et liberantur. Quo
ergo vivunt illic ubi vivunt. si in tot
miraculis vivunt hic ubi mortui
sunt. Rem fratres dico breviter ver-
bo sed non parvam miro quam religio-
sis quibusdam senioribus narran-
tibus agnovi. Gothorum tempore
matrona quedam fuit valde religiosa
que ad horum martirum ecclesiam crebro
veniebat. Quadam die dum ex
more adorandum venisset. egredi-
ens duos stantes sub peregrino ha-
bitu monachos invenit. peregrinos
credidit. Dare eis elemosinam aliquam
precepit. Sed priusquam eius erogator
eis ad largiendam elemosinam appro-
quasset assistentes illi propius
dixerunt. Tu nos modo visitas. nos
te in die iudicii requiremus et quicquid
possumus prestamus tibi. Quo dic-
to ab oculis eius ablati sunt. Et
tunc illa adorandum redijt seseque
in lacrimis prolixius effudit. Et
factum est post hec tanto instantior
in prece quanto certior de promissione.
Si autem iuxta pauli vocem est fi-
des sperandarum substantia rerum
argumentum non apparentium

iam dicemus ut venturi iudicii arctatis quia ecce ipsi qui in illa vivunt humanis obtutibus visibiliter presentantur. Quod enim videri potest melius dicatur sciri quam arcti. Venturi ergo vitam nos dicis magis nolunt scire quam credere quia eos quos invisibiliter accepit apud se vivere nobis etiam visibiliter ostendit. Hoc ergo fratres karissimi in causa nostri examinis agite ad districtum iudicem habentes patronos facite hos in diem tanti terroris illius defensores adhibete. Certe si apud quendam magnum iudicem causa quelibet nostra esset die crastino ventilanda totus hodiernus dies in cogitatione duceretur [illegible] quereret magnis precibus ageret ut apud tantum iudicem sibi defensor veniret. Ecce districtus iudex ihesus venturus est tanti illius angelorum et archangelorum concilii terror adhibetur. In illo conventu causa nostra discutitur et tamen eos patronos modo non querimus quos ibi defensores habeamus. Assunt defensores nostri sancti martires rogari volunt atque ut ita dixerim querunt ut querantur. Hos ergo adiutores vestre orationis querite hos protectores in tantis reatibus invenite quia ut pro peccatoribus deceat rogari vult ipse qui iudicat sed et tam longo tempore conniveat ut et misericordie expectat. Sic autem nos et misericordia eius refoveat ut nullomodo negligentes reddat. Sic peccata nostra perturbat ut mentem in desperatione non premat. Quia et presumentes metuimus et metuentes speramus etiam regnum celestis adepturi sumus. Per eum qui vivit et regnat deus cum patre in unitate spiritus sancti Per omnia secula seculorum.

In illo tempore. Secundum lucam.

In illo tempore rogabat ihesum quidam phariseus ut manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei discubuit. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione.

Cogitanti mihi de marie penitentia flere magis libet quam aliquid dicere. Cuius enim vel saxeum pectus quod eius peccatricis lacrime ad exemplum penitendi non emolliunt? Consideravit namque quid fecit et noluit moderari quid faceret. Super convivantes ingressa est non iussa venit inter epulas lacrimas obtulit. Discite quo dolore ardet que flere et inter epulas non erubescit. Hanc vero quam lucas peccatricem mulierem iohannes mariam nominat illam esse mariam credimus de qua marcus septem demonia eiecta fuisse testatur. Et quid septem demonibus nisi universa vicia designantur? Quia enim septem diebus omne tempus comprehenditur recte septenario numero universitas figuratur. Septem ergo demonia maria habuit que universis viciis plena fuit. Sed ecce quia turpitudinis sue maculas aspexit lavanda ad fontem misericordie cucurrit convivantes non erubuit. Nam quia semetipsam graviter erubescebat intus nichil esse credidit quod verecundaretur foris. Quid igitur miramur fratres mariam venientem an dominum suscipientem? Suscipientem dicam an trahentem? Dicam melius trahentem et suscipientem quia nimirum ipse eam per misericordiam traxit intus qui per mansuetudinem suscepit foris. Sed iam textum sancti evangelii percurrentes ipsum quo ordine venit sananda videamus.

Attulit alabastrum unguenti et stans
retro secus pedes domini ihesu lacrimis
cepit rigare pedes eius et capillis
capitis sui tergebat et osculaba
tur pedes eius et unguento unge
bat. Liquet fratres quod illicitis acti
bus prius mulier intenta unguen
tum sibi pro odore sue carnis adhi
buit. Quod ergo sibi turpiter exhibue
rat hoc iam deo laudabiliter offe
rebat. Oculis terrena concupierat
sed hos iam per penitentiam conterens fle
bat. Capillos ad compositionem
vultus exhibuerat sed capillis
lacrimas tergebat. Ore superba dix
erat sed pedes domini osculans hoc
in redemptoris sui vestigia fige
bat. Quot ergo in se habuit oblec
tamenta tot in se invenit holoca
usta. Convertit ad virtutum numerum num
erum criminum ut totum serviret deo in penitentia
quicquid ex se deum contempse
rat in culpa. Sed hoc phariseus intu
ens despiciat et non solum venien
tem peccatricem mulierem sed etiam sus
cipientem dominum reprehendit dicens
in se: Hic si esset propheta sciret utique
que et qualis est mulier que tangit
eum quia peccatrix est. Ecce phariseus
vere apud se superbus et fallaci
ter iustus egram reprehendit de e
gritudine medicum de subvencione
qui ipse est de elacionis vulnere egro
tabat et ignorabat. Inter duos
enim egros medicus aderat sed
unus eger in febre integrum sensum
tenebat alter vero in febre carnis
et sensum perdiderat mentis. Illa quip
pe flebat quod fecerat. Phariseus autem
de falsa iusticia elatus vim sue
valitudinis exaggerabat. In egritu
dine ergo et sensum perdiderat qui hoc
ipsum quoque quod a salute longe esset
ignorabat. Sed inter hec nobis ge
mitus cogit quosdam nostri ordi-
nis intueri qui sacerdotali officio p[re]-
diti si quid fortasse iuste exteri[us]
vel tenuiter egerint protinus su[b]-
iectos despiciunt et peccatores qu[os]-
que in plebe positos dedignantur
eisque compati culpam suam confit[en]-
tibus noluit ac velut pharisei mo[do]
a peccatrice muliere tangi despi[ci]-
unt. Que profecto mulier si ad phari[sei]
pedes venisset nimirum calcibus re-
pulsa discederet. Inquinari enim
se alieno peccato crederet. Sed quia se
vera sua iusticia non replebat ...
de aliena semper est cor cum peccato de...
quosque conspicimus nosmetipsos
prius in illorum calamitate defle-
amus quia fortasse in similibus
aut lapsi sumus aut labi possi-
mus. Si lapsi non sumus et si cen-
sura magisterii debet semper viti-
a distringere, plene vicia persequi oport[et]
tamen ut solliciter discernamus
quia districtionem debemus viciis
compassionem nature. Si enim
feriendus est peccator nutriendus est
proximus. Cum vero iam per penitenciam
punit ipse quod fecit iam noster proxi-
mus peccator non est. Quia ac dei se iusti-
cia contra se dirigit et hoc in se pu-
nit quod de iusticia divina reprehendit.
Sed iam iste superbus et arrogans
qua sicca convincatur audiamus.
De duobus quippe ei debitoribus
paradigma opponitur quorum unus
minus alius amplius debuit. Utri-
usque debito dimisso quis ampli-
us largitorem debiti diligat in-
terrogatur. Quibus protinus ille re-
dit: Ille plus diligit cui plus di-
mittitur. Notandum in re notandum
est quia dum sua sentencia convinci-
atur freneticus funem portat
ex quo ligetur. Enumerantur ei bona

peccatricis eminent mala falsi ius
ti cum dicitur Intravi domum tuam
aquam pedibus meis non dedisti
hec autem lacrimis rigavit pedes
meos et capillis suis tersit. Os
culum michi non dedisti. Hec autem ex
quo intravi non cessavit osculari
pedes meos. Post enumerata autem bo
na subinfertur sententia. Propter quod dico ti
bi remittuntur ei peccata multa quia
dilexit multum. Quid namque fratres mei
esse dilectionem dicimus nisi ig
nem. Et quid culpam nisi rubi
ginem. Unde nunc dicitur Remittu
ntur ei peccata multa quia dilexit
ac si aperte diceretur Incendit ple
ne peccati rubiginem quia ardet val
de per amoris ignem. Tanto
namque amplius peccati rubigo con
sumitur quanto peccatoris cor mag
no caritatis igne concrematur.
Ecce ea que ad medicum venerat
egra sanata est. Sed de salute e
ius adhuc alii egrotant. Nam
simul discumbentes conquesti
sunt intra se dicentes quis
est hic qui etiam peccata dimittit.
Sed celestis medicus egros non
respicit quos etiam de medica
mento fieri deteriores videt. Sed eam
quam sanaverat per pietatis
sue sententiam confirmat dicens
fides tua te salvam fecit vade
in pace. Fides etenim salvam fecit
quia hoc quod peciit posse accipe
re non dubitavit. Sed ipsam quoque
spei certitudinem iam ab illo ac
ceperat a quo per spem etiam salu
tem querebat. In pace autem ire
precipitur ut a veritatis itinere
in via scandali ulterius non di
vertatur. Unde et per zachariam dicitur
Ad dirigendos pedes nostros in vi
am pacis. Tunc enim gressus nostros

nos in via pacis dirigimus quando per
illud actionum iter pergimus in quo
ab auctoris nostri gratia non discordamus.
Hec fratres karissimi de historica exposi
tione transcurrimus nunc si placet ea
que dicta sunt mistico intellectu di
scutiamus. Quid namque phariseus de fal
sa iusticia presumens nisi iudaicum
populum. Quid peccatrix mulier sed ad
vestigia domini veniens et plorans
nisi conversam gentilitatem designat.
Que cum alabastro venit unguentum
fudit retro secus pedes stetit la
crimis pedes rigavit capillis ter
sit eosdemque quos infundebat
et tergebat pedes osculari non desi
it. Nos illa nos illa mulier expres
sit si toto corde ad dominum post peccata
redeamus si eius penitencie luc
tus imitemur. Quid namque unguen
to nisi bone opinionis odor
exprimitur. Unde et paulus dicit
Christi bonus odor sumus deo in omni
loco. Si igitur recta opera agimus quibus
opinione boni odoris ecclesiam
respergamus quid in domini corpore
nisi unguentum fundimus. Sed secus
pedes domini stetit mulier. Contra pe
des enim domini stetimus cum in peccatis
positi eius itineribus istebam. Sed — renitebam
si ad veram penitenciam post peccata converti
mur iam retro secus pedes domini
stamus quia eius vestigia sequi
mur quem impugnabamus. Lacri
mis mulier pedes rigat quod nos
veraciter agimus si quibuslibet
ultimis membris domini per compassi
onis affectum inclinemur si sanctis eius
in tribulacione compatimur si eorum
tristiciam nostram putamus. Capillis
mulier pedes quos rigaverat
tersit. Capilli quippe superfluunt
corpori. Et quid habundans terrena
substancia nisi capillorum speciem tenet

que dum ad usum necessitatis super-
fluunt etiam abscisa non sentiuntur. Capillis
ergo pedes domini tergimus cum sanctis e-
ius quibus ex caritate compatimur
etiam ex hiis que nobis superfluunt im-
pendimus. Quatenus sic mens per com-
passionem doleat ut etiam largitate ma-
nus affectum doloris ostendat. Ri-
gat namque lacrimis redemptoris pe-
des sed capillis non tergit qui utcumque
proximorum dolori compatitur sed ta-
men ex hiis que sibi superfluunt non
miseretur. Plorat et non tergit qui ver-
ba quidem doloris tribuit sed non mini-
strando que desunt vim doloris mi-
nime abscidit. Osculatur mulier pe-
des quos tergit quod nobis etiam plene agi-
mus si studiose diligimus quos
ex largitate continemus. Ne gravis
nobis sit necessitas proximi ne ipsa eius
indigentia que sustentatur fiat
honerosa et cum manus necessaria tribu-
it animus a dilectione torpescat.
Vel certe per pedes ipsum misterium incar-
nationis eius intelligi quo divini-
tas terram tetigit quia carnem sump-
sit. Verbum enim caro factum est et
habitavit in nobis. Osculamur
igitur redemptoris pedes cum mis-
terium incarnationis eius ex toto cor-
de diligimus. Cum ipsam humanitatis
potentiam eius sacri eloquii bona
opinione predicamus. Sed hoc pha-
riseus videt et invidet quia cum
Iudaicus populus gentilitatem
deum predicare conspicit sua apud
se malicia tabescat. Sed redemptor
noster stat eum pro mulieris qua
si bona gentilitatis enumerat ut in
quo malo iudaicus populus iacet
agnoscat. Nam pro pharizeo retun-
ditur ut per eum sicut diximus per-
fidus ille populus ostendatur. Intra-
vi in domum tuam aquam pedibus

meis non dedisti. Hec autem lacrimis
rigavit pedes meos. Aqua quip-
pe extra nos est lacrimarum hu-
[intra nos] mor quia videlicet infidelis ille po-
pulus nec ea que extra se erant umquam
pro domino tribuit. Conversa autem gen-
tilitas pro eo non solum rem suam
sed etiam sanguinem fudit. Osculum
mihi non dedisti. Hec autem ex quo
intravit non cessavit osculari
pedes meos. Osculum quippe di-
lectionis est. Et infidelis ille populus
deo osculum non dedit quia ex ca-
ritate eum amare noluit cui ex ti-
more servivit. Vocata autem gen-
tilitas redemptoris sui vestigi-
a osculari non cessat quia in eius
amore continue suspirat. Unde
et sponse voce de eodem redemp-
tore suo in canticis canticorum
dicitur. Osculetur me osculo oris
sui. Osculum recte conditoris
sui desiderat que se ei obsequi
per amorem parat. Oleo caput
meum non unxisti. Si pedes domini
misterium incarnationis eius ac-
cipimus congrue per caput illius
ipsa divinitas designatur. Unde
per paulum dicitur. Caput Christi deus. In
deo igitur et non in se quasi in ho-
mine credere iudaicus populus fa-
tebatur sed pharizeo dicitur. Oleo ca-
put meum non unxisti. Quia
ipsam quoque divinitatis eius poten-
tiam in qua se iudaicus credere
spopondit digna laude predica-
re neglexit. Hec autem unguento
unxit pedes meos. Quia dum
incarnationis eius misterium gen-
tilitas credidit summa laude et-
iam ima predicavit. Sed iam redemp-
tor noster emulata bona concludit
et per summam subdit. Propter quod dico
tibi. Remittuntur ei peccata multa

quoniam dilexit multum ac si aperte
dicat Et si durum est valde quod
coquitur humidat tamen amo
ris ignis quo etiam dura co
sumantur. Libet intueri sed cum consi
deratione intueri peccatricis
mulieris opera sed penitentis.
qua estimatione veritatis apud
se servat que eius adversario.
sub tanta districtione emicat
ad pharisei prandium distinebe
bat dominus sed apud penitentem
mulierem mentis epulis delec
tabatur. Apud phariseum veritas
pascebat foras peccatricem
mulierem sed tamen interius
pascebatur intus cum et ei
fecit etiam q... sub specie hinnu
li in canticis dicat. Indica
mihi quem diligit anima mea.
ubi pascis ubi cubas in meri
die. Cervorum quippe hinnulus
dominus appellatur quia assumpta
carnem antiquorum filius patrum
fervente non in meridie estus
ardescat. et umbrosum locum
hinnulus querit. quem estus ig
ne non afflat. In illis ergo cor
dibus dominus requiescat quos ardor
prius seculi non incendit que
carnis desideria non exurunt.
que incensa suis anxietati
bus in huius mundi concupis
centiis non arescunt. Unde
et Marie dicitur Spiritus sanctus
superveniet in te et virtus al
tissimi obumbrabit tibi. Um
brosa ergo loca in meridie ad
pascendum hinnulus inquirit.
quia talibus mentibus dominus
pascitur que per respectum gratie
et temporalis corporalibus desideri
is non urunt. Plus ergo pe
nitens mulier pascebat foris

quia ab estu carnalium quasi hinnu
lus redemptor noster ad illius men
tem fugerat. quam post viciorum ig
nem premissa umbra temperabat.
Pensamus quanta pietatis fuerit
peccatricem mulierem non solum ad se
admitteret sed ei etiam ad tangendum
pedes preberet. Consideremus gratiam
misericordie dei et dampnemus
multitudinem reatus nostri. Ecce pec
catores videt et sustinet. resisten
tes tollerat et tamen cottidie per
ewangelium clementer vocat. Con
fessionem ex puro corde deside
rat. et cuncta que delinquimus relax
at. Temperavit nobis districtionem
legis misericordia redemptoris. In
illa quippe scriptum est Si quis hoc
vel illud fecit. lapidibus obruatur
Apparuit conditor in carne con — et redemptor
fessioni peccatorum non penam sed vitam pro
mittit. Mulierem sua pollucia confi
tentem suscepit et sanam dimis
it. Implevit ergo ad unam dur
cia legis qui quos iuste illa dam
nat ipse misericorditer liberat. Un
de bene in lege scriptum est quia ma
nus Moysi erant graves. Sump
tes igitur lapidem posuerunt sub
ter in quo sedit. Aaron autem et
Ur sustentabant manus eius. Moy
ses quippe sedit in lapidem cum
lex requievit in eo. Sed hec eadem
lex graves habuit manus quia peccan
tes quosque non misericorditer portaret
sed severa districtione percuteret.
Aaron vero mons fortitudinis.
Ur autem ignis interpretatur. Quid
itaque iste mons fortitudinis sig
nificat nisi redemptorem nostrum de quo
per psalmistam dicitur Erit in no
vissimis diebus preparatus mons do
mus domini in vertice moncium. Et
quis per ignem nisi spiritus sanctus

figuratur de quo isdem redemptor
dicit Ignem veni mittere in terram
Aaron ergo et hur graves manus
moysi sustinent atque sustentatam
ad leviores reducunt quia media
tor dei et hominum cum igne spiritus sancti
veniens mandata legis gravia
que dum carnaliter tenerentur
portari non poterant tollerabilia
nobis per spiritualem intelligenciam
ostendit Quasi enim manus
moysi leves reddidit qui pondera
mandatorum legis ad virtutem
confessionis retorsit hanc no
bis sequentis misericordie promissionem
innuit cum per prophetam dixit Nolo
mortem peccatoris sed ut magis
convertatur et vivat hinc rursum
sub iudee specie unicuique peccatrici
anime dicitur Si dereliquerit vir
uxorem suam et illa recedens
duxerit virum alterum numquid reu
tetur ad eam ultra numquid non
polluta et contaminata erit mu
lier illa Tu autem fornicata es
cum amatoribus multis verumtamen
tamen revertere ad me dicit do
minus Ecce paradigma turpitudinis
mulieris dedit ostendit quod post
turpitudinem recipi non possit Sed
hoc ipsum paradigma quod protulit
pro misericordiam vincat cum dicat for
nicantem mulierem nequaquam
recipi posse et tamen ipse fornicantem
rem ... ut recipiat expectat
Pensate fratres pondus tan
te pietatis dicit quod fieri non potest
et demirat quia hoc ipsi facere
etiam contra morem potest Ecce
vocat et quos iniquitatis denunc
ciat hos etiam amplecti querit
a quibus deserti esse se queritur
Nemo ergo tante misericordie tempore perdat
nemo oblata remedia divine

pietatis abiciat Ecce superna bo
nitas benignitatis aversos nos
revocat et nobis revertentibus
sue clemencie sinum parat Unus
quisque igitur penset quo debitor
constringitur quando illum deus
expectat ne contemptus exasperetur
(Em[…] / M[…] in margin) Qui ergo permanere noluit
redeat cum stare contempsit saltem
post lapsum surgat Quanto
nos amore conditor noster ex
pectat insinuat cum per prophetam
dicit Attendi et auscultavi
Nemo quod bonum est loquitur Non
est qui recogitet in corde suo
et dicat quid dicat feci Certe
numquam cogitare mala debemus
sed quia cogitare recta nolumus
ecce adhuc sustinet ut recogi
temus Videte tante pietatis
sinum considerate apertum nobis
gremium misericordie Quos male
cogitantes perdidit bene cogi
tantes querit Ad vos fratres
karissimi ad vos oculos mentis
adducite et penitentem peccatri
cem mulierem in exemplum vobis
imitacionis anteferte Quecumque
vos in adolescencia quecumque in iu
ventute deliquisse meministis
deflete Morum opumque ma
culas lacrimis tergite Amemus
iam redemptoris nostri vestigia
que peccando contempsimus
Ecce ut diximus ad recipiendos
nos superne pietatis sinus aperitur
ne maculosa in nobis vita con
tempnitur per hoc quod inquinacionem
nostram perhorrescamus mundicie iam
mundicie concordamus Rever
tentes nos dominus clementer amplec
titur quia peccatoris vita ei esse in
digna iam non potest que fletu ba
lavatur in christo ihesu domino nostro qui

viuit et regnat cum patre deus in
unitate spiritus sancti per omnia secula seculorum.

In illo tempore etc. Secundum lucam
Accesserunt ad ihesum publicani
et peccatores ut audirent illum.
Et murmurabant pharisei et
scribe dicentes Quia hic homo pecca-
tores recipit et manducat cum illis
Et reliqua. Omelia beati gregorii pape

Estiuum tempus de eadem lectione
quod corpori meo valde con-
trarium est loqui me de ex-
posicione ewangelii longa mora
interueniente prohibuit. Sed num-
quid quia lingwa tacuit ardere
caritas cessat hoc etenim dico quod
apud se mecum vnusquisque vestrum recogno-
scat. plerumque caritas quibusdam
occupacionibus impedita et integra
flagrat in corde et tamen non mon-
stratur in opere Quia et sol cum nube te-
gitur non videtur in terra et tamen
ardet in celo Sic esse occupata
caritas solet et intus vim sui
ardoris exerit et foris flam-
mas operis non ostendit Sed quia
nunc ad loquendum tempus redijt
vestra me studia accendunt ut in-
de tanto amplius loqui libeat
quanto vestre mentes desiderabi-
lius expectant. Audistis namque
in lectione ewangelica fratres mei
quia peccatores et publicani ac-
cesserunt ad redemptorem nostrum
et non solum ad colloquendum sed eci-
am ad conuescendum recepti sunt
Quod videntes pharisei dedignati
sunt Ex qua re colligite quia vera
iusticia compassionem habet
falsa iusticia dedignacionem Quam-
uis et iusti soleant recte peccatori-
bus indignari Sed aliud est quod
agitur typo superbie aliud quod ze-
lo discipline Dedignantur etenim
sed non dedignantes / desperant sed
non desperantes persequuntur conuertunt
sed amantes / Quia et si foris in-
crepaciones per disciplinam exaggere-
rant / intus tamen dulcedinem
per caritatem seruant. Preponunt sibi
in animo ipsos plerumque quos cor-
rigunt meliores estimant eos quos
quos iudicant. Quod videlicet agentes
et per disciplinam subditos et per
humilitatem custodiunt semetip-
sos. At contra hii qui de falsa iusti-
cia superbire solent ceteros quoque despici-
unt nulla infirmantibus misericordia con-
descendunt et quo se peccatores
esse non credunt eo deterius peccatores fiunt
De quorum profecto numero pharisei extiterant
qui diiudicantes dominum quod peccatores sus-
ciperent arenti corde ipsum fontem
misericordie reprehendebant. Sed quia egro-
tabant ita ut egros se esse nesci-
rent / quatenus quod erant agnoscerent
celestis eos medicus blandis fo-
mentis curat benignum paradig-
ma obicit et in eorum corde vulne-
ris tumorem premit Ait namque
Quis ex vobis homo qui habet
centum oues et si perdiderit vnam non-
ne dimittit nonaginta nouem in de-
serto et vadit ad illam que perierat
Ecce mira dispensacione pietatis
similitudinem veritas dedit quam et
in se ipso homo recognosceret et
tamen hec specialiter ad ipsum auctorem
hominum pertineret Quia cum cente-
narius perfectus est numerus ipse centum
oues habuit cum angelorum [possedit]
substanciam et hominum creauit Sed vna o-
uis tunc periit quando homo peccando
vite reliquit Dimisit autem nona-
ginta nouem oues in deserto quia il-
los summos angelorum choros reliquit
in celo Cur autem celum desertum vo-
catur / nisi quod desertum dicat derelictum

Tunc autem celum deseruit homo cum peccavit. In deserto autem nonaginta novem oves remanserant cum in terra dominus unam ovem querebat. Quia rationalis creature numerus, angelorum videlicet et hominum, qui ad videndum deum conditus fuerat, pereunte homine erat imminutus. Et perfecta summa ovium integraretur in celo, homo perditus querebatur in terra. Nam quod hic evangelista dicit in deserto, alius dicit in montibus, ut significet in excelsis. Quia nimirum oves que non perierant in sublimibus stabant. Et cum invenerit ovem imponit in humeros suos gaudens. Ovem humeris suis imposuit quia humanam naturam suscipiens peccata nostra ipse portavit. Et veniens domum convocat amicos et vicinos dicens eis: Congratulamini michi quia inveni ovem que perierat. Inventa ove ad domum redit quia pastor noster reparato homine ad regnum celeste rediit. Ibi amicos et vicinos invenit, illos videlicet angelorum choros qui amici eius sunt quia voluntatem eius continue in sua stabilitate custodiunt. Vicini quoque eius sunt quia claritate visionis illius sua assiduitate perfruuntur. Et notandum quod non dicit congratulamini invente ovi sed michi, quia videlicet eius gaudium est vita nostra. Et cum nos ad celum reducimur sollempnitatem leticie illius implemus. Dico vobis quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente quam super nonaginta novem iustis qui non indigent penitentia. Considerandum nobis est fratres mei cur dominus de conversis peccatoribus quam de stantibus iustis in celo gaudium esse fateatur nisi hoc

quod ipsi per cottidianum visionis experimentum novimus, quia plerumque hi qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciunt, stant quidem in via iustitie, nulla illicita perpetrantes, sed tamen ad celestem patriam anxie non anhelant, tanto quod sibi in rebus licitis usum prebent quanto se perpetrasse nulla illicita meminerunt. Et plerumque pigri remanent ad exercenda bona precipua, quia valde securi sunt quod nulla commiserunt mala graviora. At contra nonnumquam hi qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti inardescunt ad amorem dei, seseque in magnis virtutibus exercent, cuncta difficilia sancti certaminis appetunt, omnia mundi derelinquunt, honores fugiunt, acceptis contumeliis letantur, magno desiderio ad celestem patriam anhelant, et quia se errasse a deo considerant, dampna precedentia lucris sequentibus recompensant. Maius ergo de peccatore converso quam de stante iusto gaudium fit in celo, quia et plus dux eum militem diligit in prelio qui post fugam reversus hostem fortiter premit quam illum qui numquam terga prebuit et numquam aliquid fortiter [illegible] fecit. Sic et agricola illam quippe terram amat que post spinas uberes fruges profert quam eam que numquam spinas habuit et numquam fertilem messem produxit. Sed inter hec sciendum est quia sunt plerique iusti in quorum vita tantum est gaudium ut eis quelibet peccatorum penitentia preponi nullatenus possit. Nam multi et nullorum sibi malorum sunt conscii et tamen in

ut

p[ro] utero [illegible] sit reparatio

plus

[illegible] et agricola

tanti ardoris afflictione se excru-
ciant ac si prauis omnibus angustie-
tur / Eruditi eciam licitis in spiritu
ad despectum mundi sublimiter accin-
guntur. licet bene noluit omne quolibet
bona sibi amputant / et concessa, [cera]
contempnunt visibilia / inuisibilibus
accenduntur lamentis gaudent
in cunctis semetipsos humiliant. Et
sicut nonnulli peccata operum sic ipsi
peccata cogitacionum deplorant. Sed
utrosque istos dicam nisi iustos et pe-
nitentes qui se in prima iam peccato
cogitacionis humiliant et recti
semper in opere perseuerant. Hinc ergo
colligendum est quantum deo gaudium
faciat quando humiliter plangit iustus,
si facit in celo gaudium quando hoc
quod male gessit per penitenciam dampn-
nat iniustus. Sequitur. Et que mulier
habens dragmas decem et si
perdiderit dragmam unam accendit [una]
lucernam et euertit domum et querit
diligenter donec inueniat dragmam
quam perdiderat / Qui signatur per
pastorem ipse et per mulierem.
Ipse etenim deus ipse et dei sapien-
cia. Et quia imago exprimitur in
dragma / mulier dragmam per-
didit quando homo qui conditus ad ima-
ginem dei fuerat peccando a si-
militudine sui conditoris recessit.
Sed accendit mulier lucernam
quia dei sapiencia apparuit in huma-
nitate. lucerna quippe lumen in
testa est. lumen vero in testa est
diuinitas in carne de qua vide-
licet testa sui corporis ipsa sapien-
cia dicit. Exaruit tanquam testa virtus me- [velut]
a. Quia cum testa in igne solida-
tur eius virtus sicut testa exa- [ec]
ruit. quia assumptam carnem ad re-
surrexionis gloriam ex passionis tri-
bulacione roborauit. Accensa autem

multitudine lucerna euertit domum
quia mox ut eius diuinitas per carnem
claruit omnis se nostra consciencia concus-
sit. Domus namque euertitur cum con-
sideratione reatus sui humana con-
sciencia perturbatur. Qui euersionis
sermo non discrepat ab eo quod in aliis
codicibus legitur emundat. Quia in-
niuiz praua mens si non prius per
timorem euertitur ab assuetis viciis non
emundatur. Euersa ergo domo inuenitur
dragma / cum perturbatur consciencia homi-
nis similitudo conditoris. Et cum inuenit [repat]
conuocat amicas et vicinas dicens
Congratulamini michi quia inueni drag-
mam quam perdideram. Que amice vel
vicine nisi ille potestates celestes sunt
supius dicte. Que tanto superne
sapiencie uicine sunt quanto ei per
graciam continue visionis appropinquant.
Sed nos hec nequaquam relinquere
relinquere negligenter debemus. Cur
ista mulier per quam dei sapiencia significa-
tur decem dragmas habuisse perhi-
betur ex quibus unam perdidit quam
cum quereret inuenit. Angelorum
quippe et hominum naturam ad cognos-
cendum se dominus condidit. quam dum
consistere ad eternitatem voluit eam
procul dubio ad suam similitudinem crea-
uit. Decem vero dragmas habuit
mulier quia nouem sunt ordines
angelorum. Sed ut compleretur electorum
numerus homo decimus est creatus
qui conditorem suum nec post culpam
periit. quia hunc eterna sapiencia per
carnem miraculis choruscans ex
lumine teste reparauit. Nouem ergo
angelorum ordines diximus quia
videlicet est testante sacro eloquio
os scimus angelos archangelos vir-
tutes potestates principatus domi-
naciones thronos cherubyn atque
seraphyn. Esse namque angelos et

archangelos pene omnes sacri eloquii
pagine testantur Cherubim vero atque
seraphyn sepe ut notum est libri prophe
tarum loquuntur Quatuor quoque ordinum
nomina paulus ad ephesios enumerat
dicens Supra omnem principatum et potes
tatem et virtutem et dominationem Qui
rursus ad colocenses scribens ait
Sive troni sive dominaciones sive prin
cipatus sive potestates. Dominaciones
vero principatus ac potestates iam
ad ephesios loquens descripserat
Sed ea colocensibus dicturus
premisit thronos de quibus necdum
ephesiis fuerat aliquid locutus Dum
illis quatuor que ad ephesios di
xit id est principatibus virtutibus atque
dominationibus coniunguntur troni
quinque sunt ordines qui specialiter
exprimuntur Quibus dum angeli et
archangeli cherubyn atque seraphyn
adiuncta procul dubio novem esse
ordines angelorum inveniuntur.
Unde et illi angelo qui primus est con
ditus per prophetam dicitur Tu che
rub signaculum similitudinis plenus
sapientia et perfectus decore in deliciis
paradisi dei fuisti Ubi notandum
quod non ad similitudinem dei factus sed sig
naculum similitudinis dicitur ut quia in
eo subtilior est natura eo in illo ima
go dei subtilius insinuetur expressa
Quo in loco mox subditur Omnis
lapis preciosus operimentum tuum sardius
topasius Crisolitus onix et beril
lus Saphirus Carbunculus et sma
ragdus Ecce novem dixit nomina
lapidum quia profecto novem sunt ordi
nes angelorum Quibus nimirum or
dinibus ille primus angelus ideo or
natus et opertus extitit Quia dum
cunctis agminibus angelorum prelatus
est ex eorum comparacione clarior fuit
Sed cur istos psallentium angelorum
choros enumerando perstringimus si non
eorum quoque ministeria subtiliter exprimamus
Greca etenim lingwa angeli nun
cii archangeli vero summi nuncii
vocantur Sciendum vero quod angelorum
vocabulum nomen est officii non
nature Nam sancti illi celestis
patrie spiritus semper quidem sunt spiritus sed semper
vocari angeli nequaquam possunt
quia tunc solum sunt angeli cum
per eos aliqua nunciantur Unde
et per psalmistam dicitur Qui facit
angelos suos spiritus Ac si pate
nter dicat Qui eos quos semper
habet spiritus etiam cum voluerit
angelos facit Hii autem qui mi
nima nunciant angeli Qui vero summa an
nunciant archangeli vocantur
Hinc est quod ad mariam virginem
non quilibet angelus sed gabriel
archangelus mittitur Ad hoc quip
pe ministerium summum angelum
venire dignum fuerat qui summum
omnium nunciabat Qui ideo etiam priva
tis nominibus censentur ut
signetur per vocabula etiam in opera
tione quid valeant Neque enim
in illa sancta civitate quam de
visione omnipotentis dei plena
sciencia perficit idcirco propria nomina
sortiuntur ne eorum persone sine nomini
bus sciri non possint Sed cum ad
nos aliquid ministraturi veniunt
apud nos etiam nomina a ministe
riis trahunt Michael namque
quis ut deus Gabriel autem for
titudo dei Raphael vero dicitur
medicina dei Et quociens mire
virtutis aliquid agitur micha
el mitti perhibetur ut ex ipso ac
tu et nomine detur intelligi quia
nullus potest facere quod facere prevalet deus
Unde et ille antiquus
hostis qui esse per superbiam similis

esse conatus est dicens In celo con
scendam super astra celi exaltabo so
lium meum sedebo in monte testamen
ti in lateribus aquilonis ascen
dam super altitudinem nubium similis
ero altissimo Dum in fine mun
di a sua virtute relinquetur extre
mo iudicio perimendus cum micha
ele archangelo preliaturus esse per
hibetur sicut per iohannem dicitur
Factum est prelium cum michaele ar
changelo ut qui se ad similitu
dinem dei superbus extulerat per mi
chaelem peremptus discat quia
ad dei similitudinem per superbiam
nullus exsurgat Ad mariam
quoque gabriel mittitur qui dei forti
tudo nominatur Illum quippe nunciare
veniebat qui ad debellan
das aereas potestates humilis appare
re dignatus est De quo per psal
mistam dicitur Tollite portas prin
cipes vestras et elevamini porte e
ternales et introibit rex glorie
Quis est iste rex glorie dominus fortis
et potens dominus potens in prelio
Et rursum Dominus virtutum ipse
est rex glorie Per dei ergo forti
tudinem nunciandus erat qui vir
tutum dominus et potens in prelio contra
potestates aereas ad bella veniebat
Raphael quoque interpretatur ut diximus
medicina dei Quia videlicet dum
thobie oculos quasi per officium cu
racionis tetigit cecitatis eius te
nebras tersit Qui ergo ad curan
dum mittitur dignum videlicet
fuit ut dei medicina vocaretur
Sed quia angelorum nomina inter
pretando persequimur nunc superest
ut ipsa officiorum vocabula brevi
ter exequamur Virtutes etenim
vocantur illi nimirum spiritus per
quos signa et miracula frequencius

fiunt Potestates etiam vocantur hii qui
hoc potencius ceteris in suo ordine
perceperunt ut eorum dicioni vir
tutes adverse subiecte sint quarum
potestate refrenantur ne corda homi
num tantum temptare prevaleant
quantum volunt Principatus quoque
vocantur qui ipsis quoque bonis ange
lorum spiritibus presunt qui subiectis
eis que sunt agenda disponunt
eis ad explenda divina ministeria prin
cipantur Dominaciones autem voca
tur qui etiam principatus potestatum
dissimilitudine alta transcendunt
Cui ergo angelorum agmina mira
potencia preeminet pro eo quod eius ce
tera ad obediendum subiecta sunt
dominaciones vocantur Throni quoque
quia illa agmina sunt vocata quibus
exercenda iudicia semper presidet Quia
enim thronos latino eloquio sedes
dicimus throni dei dicti sunt hii
qui tanta divinitatis gracia reple
tur ut in eis dominus sedeat et per eos
sua iudicia discernat Unde et per
psalmistam dicitur Sedes super
thronum qui iudicas equitatem
Cherubin quoque plenitudo sciencie
dicitur Et sublimiora illa agmi
na idcirco vocata sunt quia tan
to perfecciore sciencia plena sunt quan
to claritatem dei vicinius contempla
tur ut secundum creature modum ple
ne omnia sciant quo visioni con
ditoris sui per meritum dignitatis
appropinquant Seraphin etiam voca
tur illa sanctorum spirituum agmina que ex sin
gulari propinquitate conditoris sui
incomparabili ardent amore Sera
phin namque ardentes vel incen
dentes vocantur Que quia ita deo
coniuncta sunt ut inter hec et deum nul
li alii spiritus sint Tanto magis ar
dent quanto hunc vicinius vident

Quanto profecto flammancior est amor, quo subtilius claritatem divinitatis eius aspiciunt, eo validius in eius amore flammescunt. Sed quid prodest nobis de angelicis spiritibus ista perstringere, si non studeamus hec etiam ad nostros profectus congrua consideratione derivare? Quia enim superna illa civitas ex angelis et hominibus constat, ad quam tantum credimus humanum genus ascendere, quantos illic contigit electos angelos remansisse, sicut scriptum est: Statuit terminos gentium secundum numerum angelorum dei, debemus et nos aliquid ex illis distinctionibus supernorum civium ad usum nostre conversationis trahere, nosque ipsos ad incrementa virtutum bonis studiis inflammare. Quia enim tanta illuc ascensura creditur multitudo hominum, quanta multitudo remansit angelorum, superest ut ipsi quoque homines, qui ad celestem patriam redeunt, ex eis agminibus aliquid illuc revertentes imitentur. Distincte namque conversationes hominum singulorum agminum ordinibus congruunt, ut in eorum sortem per conversationis studium similitudinem deputentur. Nam sunt plerique qui parva capiunt, sed tamen eadem hec parva pie annunciare fratribus non desistunt. Isti itaque in angelorum numero currunt. Et sunt nonnulli qui divine largitatis munere refecti secretorum celestium summa et capere prevalent et nunciare. Quo ergo isti nisi inter archangelorum numerum deputantur? Et sunt alii qui mira faciunt, signa valenter operantur. Quo igitur isti nisi ad supernarum virtutum sortem et numerum congruunt? Et sunt nonnulli qui etiam de obsessis corporibus malignos spiritus fugant, eosque virtute orationis et vi acceptae potestatis eiciunt. Quo itaque isti meritum suum nisi inter potestatum celestium numerum sortiuntur? Et sunt nonnulli qui acceptis virtutibus etiam electorum hominum merita transcendunt, cumque et bonis meliores sunt, electis quoque fratribus principantur. Quo igitur isti sortem suam nisi inter principatuum numeros acceperunt? Et sunt nonnulli qui sic in semetipsis cunctis vitiis omnibusque desideriis dominantur, ut ipso iure mundicie dii inter homines vocentur. Unde et ad Moysen dicitur: Ecce constitui te deum Pharaonis. Quo ergo isti nisi inter numeros dominationum currunt? Et sunt nonnulli qui dum sibimet ipsis vigilanti cura dominantur, dum se sollicita intentione discutiunt, divino timore semper inherentes, hoc in munere virtutis acceperunt ut iudicare recte et alios possint. Quorum profecto mentibus dum divina contemplacio presto est, in his velut in throno suo dominus presidens aliorum facta examinat et cuncta mirabiliter de sua sede dispensat. Quid ergo isti nisi throni sui conditoris sunt, vel quo nisi ad supernorum sedium numerum ascribuntur? Per quos dum sancta ecclesia regitur, plerumque de quibusdam suis infirmis actibus etiam electi iudicantur. Et sunt nonnulli qui tanta dei ac proximi dilectione pleni sunt, ut cherubin iure nominentur. Quia enim,
ut iam prefati sumus, cherubin plenitudo scientie dicitur, et Paulo dicente didicimus quia plenitudo legis est caritas, omnes qui dei

et proximi caritate cetos amplius
plenos sunt. Merito eorum sortem
inter cherubin numerus perceperunt.
Et sunt nonnulli qui superne contem-
plationis igni accensi in solo con-
ditoris sui desiderio anhelant, in
hoc iam in hoc mundo nichil cupiunt,
solo eternitatis amore pascuntur,
terrena queque abiciunt, cuncta temporalia
mente transcendunt, amant
et ardent, ac in ipso suo ardore
requiescunt. Amando ardent, loquen-
do et alios accendunt, et quos
verbo tangunt ardere protinus in
dei amore faciunt. Quid ergo istos
nisi seraphin dixerim quorum
cor in ignem conversum lucet et
urit, quia et mentium oculos ad super-
na illuminat, et compungendo in
fletibus viciorum rubiginem purgat.
Qui ergo ita ad amorem sui con-
ditoris inflammati sunt, quo in-
ter seraphin numerum sortem sue voca-
tionis receperunt. Sed hec, fratres karis-
simi, loquentes nunc usque nos ad
vosmetipsos reducere, secretorum
vestrorum cogitationes discuti-
te, videte si quid iam boni vobis-
cum intus agitis, videte si in nu-
mero horum agminum que breviter tan-
gendo perstrinximus sortem vestre vocatio-
nis invenitis. Ve autem anime que
in se de hiis bonis que enumera-
vimus minime aliquid recognos-
cit. Eique adhuc ve deterius imi-
net si et privatam se donis intel-
ligit et nequaquam gemit. Quis-
quis ergo talis est, fratres mei, ge-
mendus est valde quia non
gemit. Pensemus ergo accepta
electorum munera et virtute qua
possumus ad amorem tante sortis
anhelemus. Qui in se donorum
gratiam minime recognoscit, gemat.

Quia et supernae ille distinctiones
beatorum spirituum ita sunt condite ut a-
lie aliis sint subiecte. Fertur vero Dio-
nisius Ariopagita, antiquus vide-
licet et venerabilis pater, dicere quod ex
minoribus angelorum agminibus fo-
ris ad explendum ministerium vel visi-
biliter vel invisibiliter mittuntur.
Scilicet quia ad humana solacia aut
angeli aut archangeli veniunt.
Nam superiora illa agmina ab inti-
mis nunquam recedunt, quia ea que
preeminent usum exterioris ministerii
nequaquam habent. Cui rei [illegible] illud
esse continuo quod Ysaias dicit, et vo-
lavit ad me unus de seraphin, et
in manu eius calculus, quem forci-
pe tulerat de altari, et tetigit
os meum. Sed in hac prophete senten-
cia vult intelligi quia hii spiritus qui
mittuntur eorum vocabulo percipiunt
quorum officium gerunt. Quia enim
ut per verba locutionis incendat de
altari angelus carbonem portat,
Seraphin vocatur quod incendium dicitur.
Hunc autem sensum et illud adiu-
vat quod non inconvenienter opinatur quod per
Danielem dicitur: milia milium minis-
trabant ei et decies milies centena
milia assistebant ei. Aliud namque
est ministrare, aliud assistere. Quia ad-
ministrant deo qui et ad nos nunciando
exeunt, assistunt vero qui sic
contemplatione intima perfruuntur
ut ad explenda foris opera minime
mittantur. Sed quia in quibusdam
scripture locis quedam vero per seraphin   per cherubim
agi didicimus, utrum per se hoc faciant
an per subiecta agmina agatur,
que sicut dicitur in eo quod a maioribus
veniunt maiorum vocabula sorci-
untur, nos affirmare nolumus quod
apertis testimoniis non approbamus.
Hoc tamen certissime scimus quia ad

explendum de superius ministerium alii
spiritus alios mittunt Zacharia facta
propheta testante qui ait Ecce ange-
lus qui loquebatur in me egredie-
batur et alius angelus egredieba-
tur in occursum eius Et dixit ad eum
Curre et loquere ad puerum istum dicens
Absque muro habitabitur Ierusalem Dum
enim angelus ad angelum dicit Curre et
loquere dubium non est quin alius
alium mittit Minora vero sunt que
mittuntur quam que mittunt Sed ipsi quoque ip-
sis agminibus qui mittuntur certum te-
nemus ut tamen numquam desint interius
per contemplationem Et mittuntur
igitur et assistunt quia etsi circum-
scriptus est angelicus spiritus summus
tamen spiritus ipse qui deus circumscriptus
non est Angeli itaque et missi ante
eum sunt quia quolibet missi veniant
intra ipsum currunt Sciendum quoque
est quia plerumque ipsi beatorum spirituum
ordines vicinorum sibi ordinum voca-
bula sortiuntur Tronos etenim scili-
cet sedes dei specialem bonorum spirituum
ordinem diximus Et tamen per psal-
mistam dicitur Qui sedes super cheru-
bym appare quia videlicet dum in ipsis
distinctionibus agminum cherubyn
tronis iungitur sedere eam super che-
rubyn dicit ex vicini agminis consequen-
te perhibetur Sic quippe in illa summa
civitate specialia quedam singulorum sunt
ut tamen sint communia omnium Et quod in se
quisque ex parte habet hoc in alio ordi-
ne totum possidet Sed idcirco uno eodem-
que vocabulo communiter non censentur
ut ille ordo denotari privato uni-
uscuiusque rei nomine debeat qui hanc
in munere plenius accepit Seraphym
namque incendium diximus et tamen
amore conditoris simul omnes ardent
Cherubyn vero plenitudinem sciencie
et tamen quis ibi aliquid nesciat ubi

omnes simul fontem sciencie deum videant
Throni illa agmina que quibus condi-
tor presidet vocantur Sed beatus esse quis pot-
est nisi creatorem suum eius mente presideat
at Quod ergo ex parte ab omnibus habe-
tur in privato eius datum sunt nomine
qui hoc in munere plenius accepit
Nam et si qua illic sic alii habeant
ut habere ab aliis nequaquam pos-
sunt sic speciali nomine dominaciones
et principatus vocantur Cuncta si-
bi singulorum sunt quia per caritatem
spiritus ab alio in aliis habentur
Sed ecce dum celestium civium secreta
rimamur ab expositionis nostre ordine
longe digressi sumus Suspire-
mus ad illos de quibus loquimur sed
redeamus ad nos Meminisse et-
enim debemus quia caro sumus
Taceamus interim de secretis ce-
li sed ante conditoris oculos ma-
nu penitencie tergamus macu-
lam pulveris nostri Ecce ipsa divina
misericordia pollicetur dicens Gaudi-
um erit in celo super uno peccatore peni-
tenciam agente Et tamen per prophetam
dominus dicit Quacumque die ius-
tus peccaverit omnes iusticie eius
in oblivione erunt coram me
Pensemus si possumus dispensa-
cionem superne pietatis minatur
penam lapsis vero resurgere appete-
rent promittit veniam Illos terret
ne presumant in bonis Istos re-
fovet ne desperent in malis Ius-
tus es iram pertimesce ne corruas
Peccator es presume de venia ut sur-
gas Ecce autem iam lapsi sumus
stare nequaquam valuimus In pri-
oribus nostris desideriis iacemus Sed
qui nos condidit nos adhuc ex-
pectat et provocat ut surgamus
sinum sue pietatis aperit nos ad
se recipere per penitenciam querit Sed

Stantibus
terrem
Sent

penitentiam agere digne non possumus
nisi modum quoque eiusdem penitentie
cognoscamus. Penitentiam quippe
agere est et perpetrata mala plan-
gere et plangenda non perpetrare. Nam
qui sic alia deplorat ut tamen ali-
a committat adhuc penitentiam agere aut
ignorat aut dissimulat. Quid
enim prodest si peccata quis luxurie
defleat et tamen adhuc avaricie
estibus anhelat. Aut quid prodest
si ire culpas iam lugeat et tamen
adhuc invidie facibus contabescat.
Sed minus est quod dicimus ut qui pec-
cata deflet deflenda minime commit-
tat. Et qui plangit vicia vicia ti-
meat. Ista cogitandum summopere
est ut qui se illicita meminit com-
misisse a quibusdam licitis stude-
at abstinere quatenus per hoc conditori
suo satisfaciat ut qui commisit
prohibita sibimetipsi abscidere debeat
etiam concessa et seipsum reprehendat in
minimis qui se meminit in maxi-
mis deliquisse. Nimirum sine quo lo-
quor si hec ex sacri eloquii testimo-
niis non affirmo. Lex enim veteris
testamenti alienam uxorem concupi-
sci prohibet. A rege vero fortissimis
militibus vel desiderata aqua non
penaliter negatur. Et tamen novimus
quod David concupiscentie iniquo vulne-
re transfixus alienam coniugem concupivit
et abstulit. Cuius culpe digna
verba sunt secuta et malum quod perpe-
travit per penitentie lamentum correxit.
Qui tamen longe post contra hostium
cuneos sederet aquam bibere ex cis-
terna ex desiderio voluit. Cuius
electi milites mox cuneos adversa-
riorum medias erumpentes aquam
quam rex desideraverat illesi detu-
lerunt. Sed vir flagellis eruditus
semetipsum protinus accusavit quod periculo mili-

tum aquam desiderasse reprehendit
eamque domino fundens libavit. Sic
enim scriptum est: Libavit eam domino.
In sacrificium quippe domini effusa est
quia culpam concupiscentie mac-
tavit per penitentiam reprehensionis sue.
Qui ergo aliquando concupiscere alienam
coniugem non timuit, quia aquam
concupisceret expavit. Quia enim se illi-
cita perpetrasse meminerat contra
semetipsum iam rigidus etiam a licitis
abstinebat. Sic si agamus penitentiam
si ea que commisimus perfecte deploramus.
Pensemus super nos divinas condi-
toris nostri pietatem. Nos videt et per-
tulit qui nos ante culpam peccare
prohibuit etiam post culpam expectare ad
veniam non desistit. Ecce ipse nos quem
despeximus vocat. Aversi ab illo
sumus et tamen non avertitur. Unde
per Ysaiam dicitur: Et erunt oculi tu-
i videntes preceptorem tuum et aures
tue audient vocem post tergum mo-
nentis. Quasi in faciem homo est moni-
tus qui ad iustitiam conditus precep-
ta rectitudinis accepit. Sed cum hec
eadem precepta contempsit quasi
conditori suo dorsum mentis in fa-
ciem dedit. Sed ecce adhuc post ter-
gum sequitur et monet quia iam
a nobis contemptus est et tamen
adhuc nos vocare dignatus est.
Non cessat quasi dorsum ei in faciem
dedimus tamen faciem despiciamus
cuius precepta calcamus. Si stans post
tergum nos adversos revocat qui et
videt quod despiciatur et tamen per precep-
ta clamat per patientiam penitentiam
expectat. Pensate ergo fratres karissimi
si cuilibet vestrum loquenti famulus
suus subito superbiret tergumque facie
mitteret nunquid non contemptus dominus
eius superbia feriret et vulnera distri-
cte animadversionis infligeret. Ecce

nos peccando auertimur nec tamen in sua
enim deorsum et tamen sustinemur.
Superbe auersos benigne reuocat et
qui fugere nos aduersantes potuit
ut reuertamur munera promittit.
Tanta enim conditoris nostri mansue-
tudinem nullus iratus emolliat. Qui
qui malum quod fecit explere prius
poterit saltem ex penitentia erubescat.
Rem fratres breuiter refero quam
viro venerabili Maximiano tempo-
re monasterii mei abbati presbytero nunc autem
Syracusano episcopo narrante cognoui.
Hanc itaque si solerter auditis cari-
tati vestre non breuiter suffragari
credo. Nostris modo temporibus Victorinus
quidam extitit qui alio etiam nomine
Emilianus appellatus est. Non in-
ops substantia iuxta mediocritatem
vite. Sed quia plerumque regna in re-
rum opulentia culpa in quodam
facinore lapsus est, quod debuisset vel
de perpetrare ac de fine mortis
immanitate cogitare. Huius igitur sui
consideratione compunctus erexit se
contra semetipsum huius mundi omnia reliquit
monasterium petiit. In quo videlicet
monasterio tante sibi districtionis
extitit ut cunctis fratribus qui illic ad
amorem diuinitatis exarserant
sua cogeret ut vitam despicere
dum illius penitenciam viderent. Stu-
duit namque toto mentis adnisu
aucthore carnem voluptatibus suis
frangere, furtiuas ordinis exercere
cottidianis se lacrimis libenter ad
spectum suum appetere oblatum a fratribus
veneracionem tamen hic itaque
nocturnas fratrum vigilias fue-
rint consueuerit. Et quia monte
in quo monasterium situm est ex uno
latere in secreto parte premuniebat
illuc consuetudinem orandi fecerat
ante vigilias egredi ut se cottidie
in fletu penitentie quanto secretius
tanto liberius mactaret. Contempla-
batur namque districtionem venturi iudi-
cii sui eaque eidem iudicio concordans
puniebat in lacrimis reatum facino-
ris sui. Quadam vero nocte abbas
monasterii vigilans hunc latenter
egredientem mananis lento fratrem
pede secutus est. Quem cum in secre-
to montis latere cernit in oratione
prostratum expectare voluit quando
surgeret ut reuersum eius longanimi-
tatem orationis eius exploraret.
Cum subito celitus lux emissa super
eum fusa est qui in oratione pro-
stratus iacebat tantaque se in il-
lo loco claritas sparsit ut tota
pars regionis illius ex eadem luce
videretur cum desperet. Quam ab-
bas ut vidit contremuit et fugit.
Cumque post longum hore spacium
idem frater ad monasterium rediisset
abbas eius ut discuteret an super se ef-
fusionem tanti luminis agnouis-
set requirere studuit dicens: Ubi
fuisti. At ille latere se posse estimans
in monasterio se fuisse respondit.
Quo negante abbas compulsus
est dicere quod vidisset. At ille videns
se esse deprehensum hoc quoque quod ab-
batem latebat apperuit adiungens:
Cum super me vidisti lucem de celo
descendere vox etiam pariter venit dicens:
Dimissum est peccatum tuum. Et quidem
omnipotens Deus peccatum eius po-
tuit tacendo laxare sed loquendo
per vocem tacitis(?) per lucem ex-
emplo sue misericordie nostra corda ad pen-
itenciam voluit concitare. Animaduer-
tite fratres karissimi quod persecutorem suum Sau-
lum dominus de celo prostrauit de celo
allocutus est. Ecce inter nos quoque tempus
potest ex penitentis vocem de ce-
lestibus audiuit. Hic dicendum est

cuius me persequeris Iste vero audi
re meruit Dimissum est peccatum tu
um longe est inferior meritis pec
cator iste penitens quam paulus
sed quia adhuc in re de Saulo loq
uimur audacitatem vestras anhelan
te liceat audacter dicere quia
saulus propter superbiam vocem incre
pacionis Iste propter humilitatem re
tem consolacionis audiuit Huic
quia humilitas strauerat diuina
pietatis erigebat Illum quia super
bia erexerat diuina seueritas hu
miliabat Habere ergo fiduciam fratres
mei de mia condicionis nil co
gitate que fecistis largitatem su
pne pietatis aspicite et ad im
peratorem iudicem dum adhuc
expectat cum lacrimis venite
considerantes namque quod iusta
sit pena nostra nolite negligere Con
siderantes vero quod prauus sit nolite
desperare Liber apud deum homini fi
duciam deus homo est nobis spes
magna penitentibus quia aduo
catus noster factus est iudex no
ster qui viuit et regnat cum patre
in unitate spiritus sancti deus per
omnia secula seculorum amen Secundum

In illo tempore dixit Lucam
ihesus discipulis suis Cum au
dieritis prelia et sediciones noli
te terreri oportet primum hec fieri
sed nondum statim finis Et reliqua

Omelia beati gregorii pape de eadem

Quia longius lectione
ab urbe digressi sumus
ne ad reuertendum nos
tardior hora preoccupat necesse est ut
exposicionem sancti euangelii bre
uior sermo transcurrat Dominus ac re
demptor noster perituri mundi
precurrencia mala denunciat
ut eo minus perturbent venien
cia quo fuerint prescita Minus enim
iacula feriunt que preuidentur Et
nos tollerabilius mundi mala sus
cipimus si contra hec per scientie clipeo
munimur Ecce enim dicit Cum au
dieritis prelia et sediciones nolite
terreri oportet primum hec fieri sed non
dum statim finis Pensanda sunt
verba redemptoris nostri per que nos
aliud interius aliud exterius passu
ros esse denunciat bella quippe
ad hostes pertinent sediciones ad
ciues Ut ergo nos indicet interius
exteriusque turbari aliud fatetur nos
ab hostibus aliud a fratribus perpeti
Sed hiis malis preuenientibus quia
non statim finis sequatur adiungit
Surget gens super gentem et reg
num aduersus regnum et terremotus mag
ni erunt per loca et pestilencie et fa
mes Terroresque de celo et signa
magna erunt Vel sicut in quibusdam
codicibus inuenitur terroresque de ce
lo et tempestates Deinde post subditur
Et signa magna erunt Ultima tri
bulacio multis tribulacionibus preuenie
tur Et per crebra mala que preueniunt
indicantur mala perpetua que subse
quentur Et ideo post bella et sedici
ones non statim finis quia multa
debent mala precurrere ut malum vale
ant sine fine nunciare Sed cum tot
signa perturbacionis dicta sunt oportet
ut eorum consideraciones breuiter per
singula perstringamus quia necesse est
ut alia celo alia e terra alia ab
elementis alia ab hominibus pacia
mur Dicit enim Surget gens contra
gentem Ecce perturbacio hominum Erit
terremotus magnus per loca Ecce re
spectus ire desuper Erunt pestilen
cie Ecce inequalitates temporum
Erit fames Ecce sterilitas terre Ter
roresque de celo et tempestates

ere inequalitates aeris. Quia ergo
consummanda sunt cum consummacio
nem omnia perturbantur. Et quia
cunctis delinquimus in cunctis feri
mur ut impleatur quod dicitur Et pu
gnabit pro eo orbis terrarum contra
insensatos. Omnia namque que ad v
sum vite accepimus ad usum con
vertimus culpe. Sed cuncta que ad v
sum pravitatis inflexerimus ad usum
nobis vertuntur ulcionis. Tran
quillitatem quippe humane pacis
ad usum vertimus vane securitatis
peregrinacionem terre pro habitacio
ne dileximus patrie. Salutem corporis
redegimus in usum viciorum. Uber
tatis habundanciam non ad neces
sitatem carnis sed ad perversitatem
intorsimus voluptatis. Ipsa serena
blandimenta ad amorem nobis ser
vire coegimus terrene delectacionis.
Iure igitur restat ut simul nos
omnia feriant que simul omnia
vicijs nostris male subacta servie
bant. Ut quod prius in mundo so
lumes habuimus gaudia tot de ip
so post modum cogamur sentire tor
menta. Notandum non est quod dicitur
Terroresque de celo et tempestates. C
um tempestates hyemales veni
re ex ordine temporum soleant cur
hoc loco tempestates venire speci
alis signo predicatur nisi quod eas
tempestates dominus venire denun
ciat que nequaquam ordinem tempo
ris servant. Que enim ordinate veniunt
signum non sunt sed tempestates
in signo sunt que ipsa quoque temporum
statuta confundunt. Quod nos quoque
iam experti sumus quia estivum
tempus esse conspeximus in plurimis
hyemalibus vidimus. Omnia que
autem hec non de iniusticia ferien
tis sunt sed de merito mundi pacien

unde electi exemplum capiunt salutis et
vivant. Sed auditis tot terroribus tur
bari poterant infirmorum corda
atque ideo consolacio adiungitur cum
protinus subinfertur Ponite

tis sicut priorum hominum premittuntur
cum dicit. Sed ante hec omnia in
icient vobis manus suas iniquas
et persequentur et tradent vos in sy
nagogis ducentes ad reges et
presides propter nomen meum. Ac si aper
te dicat Prius corda hominum et pos
t elementa turbentur ut cum rerum
ordo confunditur ex qua iam retri
bucione veniat demonstretur. Nam
quamvis finis mundi ex ipso suo ordi
ne pendeat perversiores tamen
quosque inveniens quia digne
ruinis illius opprimantur innotescit.
Et subditur Ducentes ad reges
et presides propter nomen meum. Con
tingent hec vobis in testimoni
um. In testimonium videlicet eo
rum qui aut persequendo mor
tes inferunt aut videndo non
imitantur. Mors quippe iustorum
bonis in adiutorium est malis in
testimonium ut inde perversi sine
excusacione pereant vnde # infert
Ponite ergo in cordibus vestris non
premeditari quemadmodum responde
atis. Ego enim dabo vobis os et
sapienciam cui non poterunt resistere
et contradicere omnes adversarii
vestri. Ac si aperte membris suis in
firmantibus dicat Nolite terreri
nolite pertimescere vos ad cer
tamen acceditis sed ego prelior vos
verba editis sed ego sum qui loquor.
Sequitur Trademini autem a parentibus
et fratribus et cognatis et amicis
et morte afficient ex vobis. Mi
norem dolorem mala ingerunt que
ab extraneis ingeruntur plus vero
in nobis ea tormenta seviunt
que ab illis patimur de quorum animo
presumebamus quia cum damp
no corporis mala nos cruciant amis
se caritatis. Hinc est enim quod de

dixit de suo dominus per psalmistam dicens
Et quidem si inimicus meus michi ma
ledixisset michi utique supportas
sem utique. Et si is qui oderat me
super me magna locutus fuisset
abscondissem me forsitan ab
eo. Tu vero homo unanimis dux
meus et notus meus. Qui si
mul mecum dulces capiebas cibos in
domo domini ambulavimus cum con
sensu. Et rursum. Homo pacis
mee in quo speravi qui edebat pa
nes meos ampliavit adversum
me supplantationem. Ac si de re
demptore suo aperte vocibus dicat
Transgressionem eius gravius
pertuli quanto hanc ab eo qui me
us esse videbatur sensi. Omnes
ergo electi quia summi capitis mem
bra sunt caput suum in passio
nibus sequuntur ut ipsos adver
sarios in sua morte senciant de
quorum vita psimulabant et tanto
eis accrescit merces operis quanto
eis virtutis lucra proficiat ex a
lieno dampno caritatis. Sed qua
diu sunt que predicantur de af
flictione mortis consolacio pri
mis de gaudio resurrectionis
cum dicitur capillus de capite ve
stro non peribit. Scimus fratres quia
caro incisa dolet capillus inci
sus non dolet. Ait ergo martiri
bus capillus de capite vestro non
peribit videlicet aperte dicens cur
timetis ne pereat quod incisum do
let quando et illud in nobis perire non
potest quod incisum non dolet. Sequitur
In paciencia vestra possidebitis ani
mas vestras. Ideo possessio ani
me in virtute paciencie ponitur
quia radix omnium custosque virtu
tum paciencia est. Per pacienciam vero
possidemus animas nostras quia d

dum nobismetipsis dominari discimus
hoc ipsum incipimus possidere quod sumus.
Paciencia vero est aliena mala equanimiter per
tolerare contra eum quoque qui mala ir
rogat nullo dolore mordeatur. Nam
qui sic proximi mala portat ut
tamen tacitus doleat et tempus
digne retribucionis querat paciencia
non habet sed ostendit. Scriptum est quippe
Caritas paciens est benigna est.
Paciens namque est ut aliena ma
la toleret. Benigna vero est ut
ipsos etiam quos portat amet. Hinc
namque veritas dicit. Diligite ini
micos vestros benefacite eis qui
vos oderunt. Orate pro persequen
tibus et calumpniantibus vos.
Virtus itaque est coram hominibus
adversarios tolerare. Sed virtus co
ram deo diligere. Quia hoc solum
sacrificium deus accipit quod ante
eius oculos in altari boni operis
flamma caritatis incendit. Scien
dum vero est quia plerumque pacientes
esse videmur quia retribuere mala
non possumus. Qui enim ergo idcirco ma
lum non retribuit quia nequaquam
valet procul dubio ut prediximus
paciens non est. Quia paciencia non in
ostensione requiritur sed in corde.
Per impacienciam autem mentis ipsa virtus
doctrina dissipatur. Scriptum namque
est. Doctrina viri per pacienciam nosci
tur. Tanto ergo quisque minus os
ditur doctus quanto convincitur
minus paciens. Neque enim potest
veraciter bona docendo impende
re si vivendo nesciat equanimiter
aliena mala tolerare. Quanti ergo
enim culmen virtutis paciencie pol
leat. Rursus Salomon indicat
dicens. Melior est paciens viro
forti et qui dominatur animo suo
expugnatore urbium. Minor est

victoria urbes expugnare quia extra sunt que vincuntur. Magnum est autem quod per patientiam vincitur quia ipse a se animus superatur et semetipsum sibimetipsi subicit quem eum patientia in humilitate tollerantie sternit. Sciendum vero est quod plerumque evenire patientibus solet ut eo quidem tempore quo adversa patiuntur vel contumelias audiunt nullo dolore pulsentur et sic patientiam exhibeant ut custodire etiam cordis innocentiam non omittant. Sed cum post paululum hec ipsa que pertulerunt ad memoriam revocant igne vehementissimi doloris instigantur argumenta ultionis inquirunt et mansuetudinem quam tollerantes habuerunt in retractatione sua semetipsos diiudicantes pervertunt. Callidus namque adversarius bellum contra duos movet unum videlicet inflammans ut contumelias prior inferat alterum vero provocans ut contumeliis lesus reddat. Sed cum eius iam victor extitit quem ad proferendas contumelias commovit contra illum acrius dolet quem ad reddendas contumelias commovere non potuit. Unde fit ut tota se virtute contra eum erigat quem contumelias fortiter pertulisse considerat quia quem commovere in iniuriarum iaculis non potuit ab aperto certamine interim recedens in secreta cogitatione deceptionis inquirit tempus. Et qui publicum bellum perdidit ad exhibendas occulte insidias exardescat. Quietis namque iam tempore ad victoris animum redit et vel damna rerum vel iniuriarum iacula ad memoriam reducit. Cunctaque que sibi illata sunt vehementer exaggerans fuisse intollerabilia ostendit et quiescentis animum tanto furore conturbat ut plerumque vir patiens illa se equanimiter tollerasse etiam post victoriam captus erubescat seque non reddidisse contumelias doleat et deteriora rependere si occasio prebeatur querat. Quibus ergo isti sunt similes nisi hiis qui per fortitudinem in campo victores sunt sed per negligentiam postmodum intra urbis claustra capiuntur. Quibus isti sunt similes nisi hiis quos irruens gravius languor a vita non subtrahit sed leniter veniens recidiva febris occidit. Hic vero veraciter patientiam servat qui et ad tempus aliena mala sine dolore tollerat. Et hec eadem retractans pertulisse se talia exultat ne bonum patientie quietis tempore perdat quod in perturbationibus custodiat. Sed quia natale martiris hodie colimus fratres mei nequaquam nos a virtute eius patientia estimare extraneos debemus. Sic enim adiuvante nos domino virtutem patientie servare contendimus et in pace ecclesie vivimus et tamen martirii palmam tenemus. Duo quippe sunt martirii genera unum in publico aliud in mente simul et actione. Itaque esse martires possumus etiam si nullo ferientium gladio trucidemur. Mori quippe a persequente martirium in aperto opere est. Ferre vero contumelias odientem diligere martirium est in occulta cogitatione. Nam quia duo sunt martirii genera unum in occulto aliud in publico testatur veritas que zebedei filios requirit dicens. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum. Cui cum protinus responderent pos-

sumus. Illico dominus respondit di-
cens: Calicem quidem meum bi-
betis. Quid enim per calicem nisi
dolorem passionis accipimus?
De quo alibi dicit: Pater, si fieri
potest, transeat a me calix iste. Et Ze-
bedei filii, id est Jacobus et Johannes,
non uterque per martirium occubuit, et
tamen quod uterque calicem biberet audi-
vit. Johannes namque nequaquam per
martirium vitam finivit, sed tamen martir
extitit, quia passionem quam
non suscepit in corpore servavit
in mente. Et nos ergo hoc exemplo
sine ferro esse martires possumus
si pacienciam veraciter in animo custodi-
amus. Non ab re arbitror, fratres
karissimi, si unum vobis exemplum
suadende paciencie ad edificationem lo-
quar. Fuit quidam diebus nostris
Steffanus nomine presbiter monasterii
iuxta Reatine urbis menia con-
stitutus, vir valde sanctus, paciencie vir-
tute singularis, et super sunt
multi qui illum noverunt, eo-
que vel vitam vel obitum narrant.
Erat autem huius lingwa rusticana sed
docta vita. Hic pro amore celes-
tis patrie cuncta despexerat, pos-
sidere aliquid in hoc mundo fugi-
ebat, tumultus devitabat, non-
numquam crebris ac prolixioribus oratio-
nibus intentus erat. Virtus tamen
paciencie in eo vehementer excre-
verat ita ut eum sibi amicum
crederet qui sibi molestie aliquid
irrogasset. Reddebat contumelijs
gratias. Si quod in ipsa sua inopia ei
dampnum fuisset illatum, hoc magna
nimis lucra putabat. Omnes suos
adversarios nichil aliud quam ad-
iutorem estimabat. Huic cum di-
es mortis eius egrederetur de corpore
urgeret, convenerunt multi ut tam

sancte anime de hoc mundo recedenti
suas animas commendarent. Cum-
que circa lectum illius hii qui convenerant
omnes quoque assisterent, alii corporeis ocu-
lis ingredientes angelos viderunt
sed dicere aliquid nullo modo potuerunt,
alii omnino nichil viderunt. Sed omnes
qui aderant ita vehementissimus
timor perculit ut nullus egredien-
te sancta anima illic stare potuisset.
Et hii ergo qui viderant et qui omnino
nichil viderant uno omnes timo-
re perculsi et territi fugerunt, nul-
lusque illic assistere moriente illo
potuit. Pensate igitur, fratres, omnipotens
deus qualiter terreat quando distric-
tus iudex venturus est, si sic assis-
tentes terruit quando gratiam remune-
rationis venit. Aut qualiter timeri
potest cum videri potuerit, si sic men-
tes perterruit et qui videri non
potuit. Ecce, fratres karissimi, servata illa
in extrema pace paciencia ad quantum
huius retributionis culmen evexit
quem hinc conditor omnium deducturus
occurrit, quo nobis tantam gloriam in die eius ex-
itus innotuit. Quibus hunc cre-
damus nisi sanctis martiribus so-
ciatum, quem attestantibus corporeis
quoque oculis a bonis spiritibus constat
esse susceptum. Nullo iste gladi-
o percussus occubuit, et tamen pa-
ciencie coronam quam in mente te-
nuit in egressione percepit. Proba-
mus cotidie verum esse quod ante
nos dictum est quia sancta ecclesia
electorum floribus plena habet in pa-
ce lilia, in bello rosas. Sciendum pret-
ea est quod tribus modis paciencia exerce-
ri solet. Alia namque sunt que a deo,
alia que ab antiquo adversario,
alia que a proximo sustinemus.
A proximo itaque persecutiones, dampna
et contumelias, ab antiquo vero

adversariis temptamenta adco aut flagella tolleramus. Sed in omnibus hiis tribus modis vigilanti custodia semetipsam debet mens nostra inspicere, ne contra mala proximi provocetur ad retribucionem mali, ne contra temptamenta adversarii seducatur ad delectacionem vel consensum delicti, ne contra flagella opificis ad excessum prorumpat murmuracionis. Perfecte enim adversarius vincitur, quando mens nostra et inter temptamenta eius a delectacione atque consensu non trahitur, et inter contumelias proximi custoditur ab odio, et inter flagella dei compescitur a murmuracione. Nec hic querentes retribui nobis presencia bona toleramus. Nam pro labore paciencie bona speranda sunt sequentis vite, ut tunc premium nostri laboris incipiat, quando omnis iam labor funditus cessat. Unde et per psalmistam dicitur: Non in finem oblivio erit pauperis; paciencia pauperum non peribit in finem. Quasi enim perire paciencia pauperum cernitur, cum nichil illa in hac vita laboribus recompensatur. Sed paciencia pauperum non peribit, quia tunc eius gloria percipitur, cum simul omnia laboriosa terminantur. Curate ergo fratres in mente pacienciam [illegible] cum res exigit exercete in opere. Nullum nunc ad odium proximi contumeliosa verba commoveant, nulla peritarum dampna rerum perturbent. Si enim fixa mente mansura perhennis vite dampna timetis, transeuncium gravia non putatis; si eterne retribucionis gloriam conspicatis, de temporali iniuria non doletis. Tolleratis ergo adversarios vestros, sed ut fratres diligite quos tol-

-leratis. Eterna premia per dampna conquirite. Nec quisquam de viribus suis hanc implere posse confidat, sed obtinere fratribus ut ipse hanc qui imperat prestet. Et scimus quia petentes libenter exaudit, et qui hoc petitur largiri quod iubet. Cum continue pulsat in pectore, et cum intente operatur in temptacione. Per Christum dominum nostrum, qui cum eo vivit et regnat in unitate spiritus sancti per omnia secula seculorum amen.

In illo tempore dixit (Secundum lucam) Jhesus discipulis suis parabolam hanc: homo quidam fecit cenam magnam et vocavit multos. Et misit servum suum hora cene dicere invitatis ut venirent, quia parata sunt omnia. Et reliqua. (Omelia beati gregorii pape de eadem lectione)

Hoc distare fratres karissimi inter delicias corporis et cordis solet, quod corporales delicie cum non habentur grave in se desiderium accendunt; cum vero eduntur, comedentem protinus in fastidium per sacietatem vertunt. At contra spiritales delicie cum non habentur in fastidio sunt, cum vero habentur in desiderio; tantoque a comedente amplius esuriuntur, quanto ab esuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet, displicet experiencia; in istis appetitus vilis est et experiencia magis placet. In illis appetitus saturitatem, sacietas fastidium generat; in istis autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit. Auget enim spiritales delicie desiderium in mente, dum saciant; quia quanto magis eorum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur

Laude

vilescit

quo amplius amatur. Et idcirco non
bere amari non possunt quia ca-
rum sapor ignoratur. Quis enim
amare valeat quod ignorat? Pro-
inde psalmista nos admonet di-
cens: Gustate et videte quoniam sua-
vis est dominus. De se apostolus dicit: Suavi-
tatem eius non cognoscitis si hanc
minime gustatis. Sed cibum vite ex
palato cordis tangite ut probantes
eius dulcedinem amare valeatis.
Has autem delicias homo tunc amisit
cum in paradiso peccavit. Extra exiit
os a cibo / eterne dulcedinis clausit.
Unde nos quoque nati in huius peregrina-
tionis erumpna huc fastidiosi
iam venimus et nescimus quid deside-
rare debeamus. Tantoque se am-
plius fastidii nostri morbus exag-
gerat quanto magis ab esu illius dul-
cedinis animus elongatur. Et eo iam in-
ternas delicias non appetit quo
eas comedere diu longeque desue-
vit / Fastidio ergo nostro tabescimus
et longa inedie peste fatigamur.
Et gustare intus paratam nolumus
dulcedinem amamus foris miseri
famem nostram. Sed superna nos pietas
nec deserentes se deserit. Contemptas
enim illas delicias ad memorie no-
stre oculos revocat easque nobis pro-
ponit in promissione torporem
excitat ac ut fastidium nostrum re-
pellere debeat invitat. Nam dicitur
Homo quidam fecit cenam magnam
et vocavit multos. Quis homo
iste est nisi ille de quo per prophetam dicitur
Et homo est. Et quis cognoscit eum.
Qui fecit cenam magnam quia sa-
cietatem nobis dulcedinis inter-
ne preparavit. Qui multos vocavit
sed pauci veniunt quia nonnumquam
ipsi qui ei per fidem subiecti sunt
eterno eius convivio male vivendo contradicunt

dicitur: Misit servum suum hora
cene dicere invitatis ut venirent. Quid
hora cene nisi finis est mundi? In quo
nimirum nos sumus sicut iam dudum
Paulus testatur dicens: Nos sumus
in quos fines seculorum devenerunt.
Si ergo iam hora cene convocamur tanto
minus debemus excusare a convivio
dei quanto appropinquasse iam cernimus
finem seculi. Quo enim pensamus quam
nichil est quod restat eo debemus per-
timescere ne tempus gratie quod prodest
pereat. Notandum autem hoc convivium dei
non prandium sed cena nominatur quia
post prandium cena restat post cenam
vero convivium nullum restat. Et quia e-
ternum dei convivium nobis extremo exhibe-
tur rectum fuit ut hoc non prandium sed
cena vocaretur. Sed quis per hunc
servum qui a patrefamilias mittitur
ad invitandum nisi predicatorum ordo
signatur? De quo videlicet ordine qua-
mvis adhuc indigni existimus ms [illegible]-
ius peccatorum meorum ponderibus gravatus pre-
mor et tamen in istis diebus sumus.
Et cum de edificatione vestra vobis aliquid
loquor hoc est ago. Servus enim sum
summi patrisfamilias. Cum vos admone-
o a contemptu seculi invitare vos
nemo ad cenam dei. Nemo me propter
me hoc in loco despiciat. Et si ad in-
vitandum nequaquam dignus appa-
reo sed tamen magne sunt delicie quas
promitto. Sepe fratres mei solet eveni-
re quod dico ut persona potens famulum
habeat despectum cumque per eum
suis forte vel extraneis aliquod respon-
sum mandat non despicitur persona
loquentis secundum quod servatur in corde re- mittentis
neracia invitantis domini. Nec pensat
qui audiunt per quem sed quid vel a quo
audiant. Ita ergo fratres ita nos agi-
te et si nos forsitan .. digne de-
spicitis in mente tamen vocantis dei

in reverencia sua tanti convivii fieri summi patrisfamilias libenter obedite. corda vestra a desiderio terreno tergite. Sed ex eis mortale fastidium pellite. Ad repellendum namque fastidium nimium iam pati sed omnia. Sed si adhuc carnales estis fortasse epulas carnales inquiritis. Ecce ipse carnales epule in spiritale vobis alimentum converse sunt. ad abstergendum namque mentis vestre fastidium in cena dei ille nobis singularis agnus occisus est. Sed quid agimus qui hoc quod subinfertur adhuc fieri

Videmus a multis. et ceperunt omnes simul excusare. Offert deus quod rogari debuit. non rogatus dare vult quod vix sperari poterat. quia dignatur largiri postulatis. Contemptoribus vero patris delicias refectionis eterne denunciat et tamen simul omnes excusant. Ponamus ante oculos mentis ut possimus digne pensare maiora. Si quis spiritualis potens ad invitandum quemlibet pauperem mitteret. Quid fratres rogo pauper ille faceret nisi de eadem sua invitacione gauderet humilem gratiam redderet ne sero mutaret. ut quanto cicius festinaret ne prior se ad potentis convivium alter occurreret. Homo ergo dives invitat et pauper occurrere festinat. ad dei invitamur convivium et excusamus. Et certe inter hec considerare possimus quid sibi corda vestra respondeant. Occultis enim fortasse cogitacionibus dicit. excusare nolumus. ad illud enim superne refectionis convivium et vocari et pervenire gratulamur. loquentes vobis talia intus mens vestra verum dicat si non plus terrena quam celestia diligunt. si non amplius terrenis corporalibus rebus quam spiritualibus occupantur. Unde hic quoque excusacionis causa subinfertur. primus dixit villam emi et necesse habeo exire et videre illam. rogo te habe

Quid me excusatum. Per villam nisi terrena substancia designatur. Exit ergo videre illam qui sola exteriora cogitat propter substanciam. Alius dixit. Iuga boum emi quinque et eo probare illa. rogo te habe me excusatum. Quid in quinque iugis boum nisi quinque corporis sensus accipimus. qui recte eciam iuga nominati sunt quia in utroque sexu geminantur. Qui videlicet corporales sensus quia interna comprehendere

h nesciunt. sed sola exteriora cognoscunt. et deserentes intima extrinseca sunt tangunt. recte per eos curiositas designatur. Que dum aliena querit vitam discutere semper sua intima nesciens studet exteriora cogitare. Grave namque curiositatis est malum que dum cuiuslibet mentem ad investigandum vitam proximi extra ducit semper ei sua intima abscondit ut aliena sciens se nesciat. Et curiosi animus quanto peritus fuerit alieni tanto fiat ignarus sui. Unde apte hoc quod hic dicitur quinque iugis boum emi et eo probare illa rogo te habe me excusatum. Ipsa excusantis verba a vicii significacione non discrepant. Dum dicit eo probare quia videlicet aliquando dubia pertinet probacio ad curiositatem soleat. Sed notandum quod et is qui propter

h villam et is qui propter probanda iuga boum a cena sui invitatoris excusat. humilitatis verba permiscet dicens. Rogo te habe me excusatum. Dum enim rogo dicit et tamen venire contemnit humilitas sonat in voce superbia in actione. Et ecce hoc dum dicitur. nec tamen ea que dimidiatur agere desistit. Nam dum cuilibet

~~[illegible]~~ Et ideo non
alere amari non possunt quia eorum
sapor ignoratur. Quis enim amare
valeat quod ignorat. Proinde psal
mista nos admonet dicens Gus
tate et videte quoniam suavis est dominus
Ac si aperte dicat suavitatem eius
non cognoscitis si hanc minime gus
tatis. Sed cibum vite ex palato cor
dis tangite ut probantes eius dul
cedinem amare valeatis. Has autem
homo delicias tunc amisit cum in para
diso peccavit. Extra os cum a cibo e
terne dulcedinis clausit. Unde
nos quoque nati in huius peregrinationis
erumpna huc fastidiosi venimus
nescimus quid desiderare debeamus.
Tantoque se amplius fastidii no
stri morbus exaggerat quanto
magis ab esu illius dulcedinis
animus elongatur. Et eas iam inter
nas delicias non appetit quas co
medere diu longeque desuevit. Fas
tidio ergo nostro tabescimus et longa
inedie peste fatigamur. Et gustare
intus paratam nolumus dulcedinem
amamus foris miseri famam
nostram. Sed superna nos pietas nec
deserentes nos deserit. ~~Sed contemptas~~
enim ~~illas delicias~~. Pigritie agen
ti demum converte te deum sequere
mundum relinque [illegible] huic nisi
ad dominicam cenam vocamus. Sed cum
respondeat ora pro me quia peccator
sum hoc facere non possum. Quid
aliud agit nisi rogat et excusat.
Dicens namque peccator sum humilita
tem insinuat. Subiungens ante
converti non possum superbiam demon
strat. Rogando igitur excusat
qui et humilitatem simulat in vo
ce et superbiam exercet in actione. A
lius autem dixit Uxorem duxi et
ideo non possum venire. Quid per

uxorem nisi voluptatem carnis ac
cipitur. Nam quamvis bonum sit coniugi
um ad propagandam sobolem providencia
divina constitutum nonnulli tamen per
non hoc fecunditatem plus sed desideria
expetunt voluptatis. Et ideo per rem
iustam signari potest non incongrue
res iniusta. Ad cenam nos ergo etern
convivii summus paterfamilias invi
tat sed dum alius voluptati alius avaricie alius
curiositati carnis est deditus invi
tati simul omnes excusant. Dum
hunc terrena cura reprobat occupat
illum aliena actus sagax cogitatio
devastat alterius etiam mentem volup
tas carnalis inquinat fastidiosus
quisque ad eterne vite epulas non fes
tinat. Sequitur. Reversus servus nuncia
vit hec domino suo. Tunc iratus do
minus paterfamilias dixit servo suo
Exi cito in plateas et vicos civita
tis et pauperes ac debiles cecos et
claudos introduc huc. Ecce qui ter
rene substancie plus iusto incubat veni
re ad dominicam cenam recusat. Qui in
carnalibus desideriis insudat spiritua
les convivii epulas respuit. Qui labo
re curiositatis insudat parata vite
alimenta fastidit. Quia ergo venire super
bi renuunt pauperes eliguntur. Cur hoc
nisi quia iuxta Pauli vocem infir
ma mundi elegit deus ut confundat
forcia. Sed notandum nobis est quod
describatur qui ad cenam vocantur agri
et veniunt pauperes et debiles. Dicuntur
debiles qui iudicio suo apud semet
ipsos infirmi sunt. Nam pauperes et
quasi fortes sunt qui et positi in paup
ertate superbiunt. Ceci vero sunt qui nul
lum ingenii lumen habent. Claudi
quoque sunt qui rectos gressus in operati
one non habent. Sed dum morum vici
a in membrorum debilitate signantur
profecto liquet quia sicut illi peccatores

fuerunt qui vocati venire noluerunt
ita hi ergo peccatores sunt qui invitati
et veniunt. Sed peccatores superbi respuun-
tur ut peccatores humiles eligantur. Hos
itaque elegit deus quos despicit mun-
dus. Quia plerumque ipsa despectio ho-
minem revocat ad semetipsum. Hinc est
quod patrem reliquit et partem substantie quam
perceperat prodige expendit. Postquam e-
surire cepit in se reversus dixit. Quan-
ti mercenarii in domo patris mei ha-
bundant panibus. Longe quippe a
se discesserat quia peccabat et si
non esuriret in semetipsum minime re-
disset. Quia per egestatem exterioribus rebus indi-
gere cepit cogitare cepit quid de spiri-
tualibus amisisset. Pauperes et debiles
ceci et claudi vocantur et veniunt
quia infirmi quique in mundo hoc
despecti plerumque tanto celerius vocem
dei audiunt quanto et in hoc mundo non
habent ubi delectentur. Unde bene ama-
lechitarum puer ille egiptius design-
at qui amalechitis predantibus at-
que abeuntibus eger remansit in via
fame sitique aruit. Quem tamen da-
vid invenit ei cibumque potum prebuit
qui illo illico convalescens dux da-
vid factus est comminantes amalechitas
repperit et eos qui se debilem relique-
rant cum magnitudine prostravit.
Amalechita quippe populus lambens
vocatur. Et quid per lambentem
populum nisi mentes secularium designan-
tur, que terrena cuncta ambiendo quasi
lambunt dum solis temporalibus
delectantur. Quasi enim populus lambens
predam facit dum terrena diligentes
lucra de alienis dampnis exag-
gerant. Sed puer egiptius eger in
via relinquitur quia peccator quisque
dum infirmari ab huius mundi
statu cepit mox secularibus mentibus
in despectum venit. Quem tamen david

inveniens ei cibum et potum prebet
quia manu fortis deus abiecta mun-
di non despicit. Et plerumque qui seculi
mundi minime valentes quasi in vi-
a remanent ad amorem sue gra-
cie convertit eisque verbi sui cibum
potumque porrigit et quasi duces si-
bi in via elegit dum suos etiam
predicatores facit. Dum enim apud
peccatorum cordibus referunt quasi da-
vid super hostes ducunt. Cum con-
vivantes amalechitas velut da-
vid gladio feriunt quia superbos
quosque qui se in mundo despexerant
domini virtute prosternunt. Puer ergo egip-
tius qui eger in via remanserat ama-
lechitas interficit quia plerumque
ipsi mentes secularium predicando
superant qui plus cum secularibus
in hunc mundum non valebant cur-
rere. Sed deductis ad cenam pauperi-
bus quid subiungat audiamus.
Domine factum est ut imperasti et ad-
huc locus est. Multi tales ex iu-
dea collecti sunt ad cenam dominicam
sed multitudo que ex israelitico populo
accessit locum superni convivii non
implevit. Intraverat iam frequen-
tia iudeorum sed adhuc locus vacat
in regno ubi suscipi debeat numero-
sitas gentium. Unde eidem servo
dicitur: Exi in vias et sepes et com-
pelle intrare ut impleatur domus
mea. Cum de vicis et plateis
ad cenam quosdam dominus invitat
illum videlicet populum designat
qui tenere legem sub urbana con-
versacione noverat. Cum vero convi-
vas suos colligi ex viis et sepibus
precipit, nimirum agrestem populum col-
ligere, id est gentilem, querit. De
cuius significacione per psalmistam
dicitur: Tunc exultabunt omnia
ligna silvarum ante faciem domini

qui venit. ligna enim silve. gentes
vocate sunt quia infidelitate su
a torte et infructuose semper
fuerunt. Cum igitur ex illo agresti
usu conversi sunt ad cenam domi
ni quasi ex sepibus venerunt.
Notandum vero est quod in hac invita
tione tertia non dicit invita sed com
pelle intrare. Alii enim vocantur et ve
nire contempnunt. alii vocantur
et veniunt. alii autem nequaquam
dicitur quia vocantur sed compellun
tur ut intrent. Vocantur et veni
re contempnunt qui donum conditoris
intellectu percipiunt sed eum de intel
lectu operibus non sequuntur. Vocantur
et veniunt qui acceptam intellectus
gratiam operando perficiunt. Quidam vero
sic vocantur ut etiam compellantur.
Nam sunt nonnulli qui bona faci
enda intelligunt sed hec facere de
sistunt. vident quod agere debeant
sed hoc desiderio non sequuntur. Hos ut
superius diximus plerumque con
tingit ut eos in carnalibus desi
deriis suis mundi huius adversitas
feriat. Apprehende talem gloriam
conetur et nesciunt et dum per
alta pelagi quasi ad grandiores
auras huius seculi navigare pro
munt semper adversis flatibus ad
delectationis sue littora repellantur.
Cumque se frangi in desideriis su
is adversante mundo conspi
ciunt quid de se auctori suo debe
ant commemorantur ita ut ad de
um erubescentes redeant qui
eum superbientes pro mundi amore
deseruerant. Sepe namque nonnulli
ad talem gloriam proficere volentes
aut longa egritudine tabescunt
aut afflicti iniuriis concidunt
aut passi gravibus dampnis
affliguntur et in mundi dolore vi

dent quia nichil confidere de eius
voluptate debuerunt. Seque ipsos in
suis desideriis reprehendentes ad de
um corda convertunt. De hiis quip
pe dominus per Osee prophetam dicit. Ecce
ego sepiam vias tuas spinis et sepi
am eas maceria et semitas suas
non inveniet et sequetur amato
res et non apprehendet eos. querit et non
inveniet eos et dicet vadam et re
vertar ad virum priorem meum quia
bene michi erat tunc magis quam
nunc. Coniunx enim saucie anime deus fidelis
est. quia huic videlicet est coniunc
ta per fidem. Sed illa que iuncta illa
deo fuerat anima amatores suos sequitur
quando mens que iam per fidem credidit
adhuc se immundis spiritibus per opera
tionem substernit mundi gloriam querit
carnali delectatione pascitur exqui
sitis voluptatibus nutritur. Sed ple
rumque omnipotens deus electam animam
misericorditer respicit et eius volup
tatibus amaritudines permiscet.
Unde dicit. Ecce sepiam vias tuas
spinis. Vie enim nostre spinis sepiuntur
quando in hoc quod male cupimus dolorum
punctiones invenimus. Et sepiam
eas maceria et semitas suas non
inveniet. Vie nostre maceria sepiun
tur cum desideriis nostris dure in hoc
mundo obiectiones resistunt. Et
semitas eius invenire non possumus
quia hoc quod male querimus mundo obi
ectiones resistunt adipisci prohibemur
et sequetur amatores suos et non
apprehendet eos. querit et non inve
niet quia malignos spiritus quibus
se in suis desideriis anima subdit
ad desideriorum suorum effectum minime
comprehendit. Sed de hac salubri adver
sitate quanta utilitas nascatur ad
iungit cum subditur. Vadam et rever
tar ad virum meum priorem quia hic

invenit erit tunc magis quam inve
postquam per has spinas iter non invenit
postquam amatores suos apprehendere
non valet ad amorem viri prioris redit
quia plerumque postquam in hoc mun-
do non possumus obtinere quod quere-
rimus postquam in terrenis desideriis
de impossibilitate lassamur tunc
ad mentem deum reducimus tunc
placere incipit qui displicebat et eius
que nobis amara fuerant precepta
repente dulcescunt in memoria et pec-
catrix anima que adulteram conata est
esse iam tamen apto opere placuit deo
ut esse fidelis coniux. Quidam vero
mundi adversitatibus fracti ad dei a-
morem redeunt ac a prioribus vite
desideriis se corrigunt. Quando isti fra-
tres karissimi intrare compelluntur ut in-
trent. Sed valde est tremenda sententia
que protinus subinfertur. Intuenda
hanc cordis aure percipite fratres et
domini mei in quantum peccatores fratres mei
in quantum iusti domini mei. Intenta hanc
aure percipite ut tanto eam minus
sentiatis in examine quanto nunc
audiatis formidolosius in predica-
tione. Ait enim Dico autem vobis quod
nemo virorum illorum qui vocati sunt
gustabunt cenam meam. Ecce vocat
per se per angelos vocat per patriarchas
vocat per prophetas vocat per apostolos per
pastores vocat etiam per nos vocat
plerumque per miracula vocat plerumque
per flagella vocat aliquando per mundi huius
prospera vocat aliquando per adversa. Nemo
contempnat ne dum vocatus excu-
sat cum voluerit intrare non valeat.
Audite quod sapientia per salomonem dicat Tunc
invocabunt me et non exaudiam
mane consurgent et non invenient
me. Hinc est quod fatue virgi-
nes tarde venientes clamant domine
domine aperi nobis. Sed iam tunc audiunt quod

ientibus dicitur Amen dico vobis
nescio vos. Quid ergo fratres karis-
simi relinquere omnia debemus ac
tus mundi preponere solus despicere
is indicare Sed si paulatim datis sic
amonere vos volo ut relinquatis
omnia sed non compellimus Si ergo cunc-
ta mundi relinquere non potestis
sic tenete que huius mundi sunt
ut tamen per ea non teneamini in mun-
do ut terrena res possideatur non
possideat ut sub mentis vestre si-
dibus quod habetis ne si mens vestra
terrenarum rerum amore vincitur a
rebus suis magis ipsa possidea-
tur. Ergo res temporalis in itinere
desideretur eterna in pervencione
quasi ex latere respiciatur quidquid
in hoc mundo agitur. Dum nos autem
tendat mentis oculi dum tota in-
tencione illa conspiciunt ad que
pervenire querimus. Funditus
vitia non solum ab actu operis sed
etiam a cogitatione cordis evel-
lantur. Non vos voluptas carnis
non sollicitudo curiositatis non
estus ambitionis ab huius cene
impediat sed ipsa etiam que in mundo agi-
mus quasi ex quodam latere tan-
gamus ut terrena que libenter
sic ... corpori serviant quatenus
cordi minime obsistant. Non ergo
fratres audemus vobis dicere ut
omnia relinquatis sed tamen si vultis
omnia retinendo relinquitis. Si
sic temporalia geritis ut tamen tota
mente ad eterna tendatis. Hinc
etenim paulus dicit Tempus breve
reliquum est ut qui habent uxores
tamquam non habentes sint et
qui flent tamquam non flentes
et qui gaudent tamquam non
gaudentes et qui emunt tamquam
non possidentes Et qui utuntur

hoc mundo tamquam non utitur
preterit enim figura huius mundi. Uxorem
namque habet sed quasi non habens
est qui sic scit debita cordis sol-
vere ut tamen per eam mundo non coga-
tur inhiere. Nam cum idem rur-
sum egregius predicator dicat
Qui habet uxorem cogitat que sunt
huius mundi cogitat quomodo placeat
uxori. Ille uxorem habens est qua-
si non habens qui sic studet pla-
cere coniugi ut tamen non displiceat
conditori. Flet quoque sed tamquam non
fleat qui sic temporalibus dampnis
affligitur ut tamen de eternis lucris
semper animum consoletur. Gaudet
vero sed tamquam non gaudeat qui
sic temporalibus bonis hylarescat
ut tamen semper perpetua tormenta
consideret. Et in hoc quod mentem gau-
dio sublevat hanc continuo pon-
dere providi timoris premat. E-
mit autem sed quasi non possidens
qui et ad usum terrena preparat
et tamen cauta cogitatione pendit
quod hec actius relinquat. Mundo quoque
utitur sed quasi non utitur qui et ne-
cessaria cuncta exterius ad vite su-
e ministerium redigit et cum hec eadem non
sinit sue menti dominari ut sibi
exteriora foris serviant et numquam
intencionem animi ad alia tenden-
tis frangant. Cunctis igitur ta-
les sunt eis [illegible] terrena omnia
non ad desiderium sed ad usum sunt
quia rebus quidem [illegible] utuntur
sed nichil habere cum pacto cupiunt
de ipsis quoque rebus habitis cottidie
mercedes acquirunt et plus in
bono opere quam in bonis possident. Sed ne
aliquibus istud difficilia esse vide-
atur. Rem de persona refero
quam multi mecum noverunt [illegible]
videlicet rem ipse ante terminum

interitum celleris urbe a [illegible] fi-
delibus dicta. Nuper namque in eadem
civitate Steffanus comes fuit
vir in secularibus actibus deditus bo-
nis operibus intentus hospitalita-
ti sepius studens exercendi [illegible]
tis actibus occupatus agebat
terrena et spiritalia sed ut plus ex fine
eius claruit magis ex debito quam
ex intencione. Nam appropinquante
mortis eius tempore gravissima ae-
ris tempestas obsistit ne ad se-
peliendum duci potuisset. Cum-
que coniux sua cum fletu vehemen-
tissimo requireret dicens Quid
faciam quomodo te ad sepeliendum eicio
que hostium domus huius egredi
pre nimia tempestate non possum
Tunc ille respondit Noli mulier
et flere quia mox ut ego defunc-
tus fuero aeris serenitas rediget. Cuius
primum ac pedes podagre humore
tumescentes [illegible] in vulneribus
fuerant et pro fluenti sanie pa-
tebant. Sed cum corpus illius ex mo-
re ad lavandum fuisset detectum
ita manus pedesque illius sani re-
perti sunt ac si numquam vulneris
nichil habuissent. Ductus itaque ac
sepultus est. Cuius autem coniugi in [illegible]
est ut quarto die in sepulcro illius
marmor quod suppositum fuisset
fuerat mutari debuisset. Cumque videli-
cet marmor corpori eius supposi-
tum fuisset ablatum ex eius corpore
fragrancia odoris emanavit ac
si ex putrescente carne illius pro
[illegible] aromata ferbuisset. Hoc er-
go dixi ut exemplo ostendere possim nonnullos et secula-
rem habitum non habere quos enim
tales in mundo necessitas ligat ut
ex omni parte exui a mundo non possent
sed debent ea que mundi sunt tenere

vt cum eius nesciat ex mentis fac
tione fluctuare / hec ergo cogitate quia
a cum relinquere cuncta que mundi sunt
non potestis exteriora bene exterius
agite sed ardenter interius ad eterna
festinate Nichil sit quod desiderium
mentis vestre retardet nullius
nos rei in hoc mundo delectatio
implicet Si bonum diligit mens in
bonis melioribus id est in celestibus
delectetur / Si malum metuit ma
la animo eterna proponatur ut cum
illic esse conspiciat et amplius
quod diligat et amplius quod perhorres
cat hic omnino non adhereat Ad hec
agenda habemus mediatorem
dei et hominum adiutorem nostrum per
quem cuncta obtinebimus
si ad illum vero amore flagramus
Qui vivit et regnat cum patre
in unitate spiritus sancti deus per omnia
secula seculorum Amen Secundum lucam
In illo tempore dixit ihesus discipu
lis suis Siquis venit ad me
et non odit patrem suum et matrem
et uxorem et filios et fratres et
sorores adhuc autem et animam suam
non potest meus discipulus esse Et cetera
Omelia beati gregorii pape de eadem lectione
Si consideremus fratres karissimi
que et quanta sunt que
nobis promittuntur in celis
vilescunt animo omnia que haben
tur in terris Terrena namque substan
tia superne felicitati comparata pondus
est non subsidium Temporalis vita eter
ne vite comparata mors est potius
dicenda quam vita Ipse enim coti
dianus defectus corrupcionis
quid est aliud quam quedam pro
lixitas mortis Que autem
lingwa dicere vel quis intellec
tus dicere sufficiat illa superne
civitatis quanta sunt gaudia angelorum

chorus interesse cum beatissimis
spiritibus glorie conditoris assis
tere presentem dei vultum cernere incircum
scriptum lumen videre nullo me
tu mortis affici incorrupcionis
perhennis munere letari Sed ad hec audita
inardescit animus iamque illic
cupit assistere ubi se sperat si
ne fine gaudere Sed ad magna
premia pervenire non potest nisi per
magnos labores Unde et paulus
egregius predicator dicit Nemo
coronabitur nisi qui legitime
certaverit Delectet igitur mentem
magnitudo premiorum sed non deter
reat certamen laborum Unde et ve
niens veritas dicit / Siquis
venit ad me et non odit patrem
suum et matrem et uxorem et filios
et fratres et sorores adhuc autem
animam suam non potest esse meus
discipulus Sed percunctari libet
quomodo parentes et carnaliter propinquos
precipimur odisse qui iubemur et in
imicos diligere Et certe de uxo
re veritas dicit Quod deus con
iunxit homo non separet Et paulus
ait Viri diligite uxores vestras
sicut et christus ecclesiam dilexit /
Ecce discipulus uxorem diligen
dam predicat cum magister di
cat qui uxorem non odit non potest
esse meus discipulus Numquid
aliud iudex nunciat aliud pre
clamat An simul et odisse pos
sumus et diligere Sed cum vim
precepti pensamus utrumque agere
per discretionem valeamus ut e
os qui nobis carnis cognacio
ne coniuncti sunt et quos proximos
novimus diligamus et quos
adversarios in via dei patimur
odiendo et fugiendo nesciamus
Quasi enim per odium diligitur

qui car

qui carnaliter sapiens dum prava nobis ingerit non auditur. Ut autem dominus demonstraret hoc quia propinquorum odium non de affectione procederet sed de caritate, addidit protinus dicens: adhuc autem et animam suam. Odisse itaque praecipimur proximos odisse et animam nostram. Constat ergo quia amando debet odisse proximum qui sic eum diligit sicut seipsum. Tunc etenim bene nostram animam odimus cum eius carnalibus desideriis non acquiescimus, cum eius appetitum frangimus eiusque voluptatibus reluctamur. Quae ergo contempta ad melius ducitur quasi per odium amatur. Sic nimirum exhibere proximis nostris odii discretionem debemus ut et diligamus quod sunt et habeamus odio quod in dei nobis itinere obsistunt. Certe dum Paulus Ierosolimam pergeret, propheta Agabus zonam illius apprehendit, sibique pedibus alligavit dicens: virum cuius haec zona est sic alligabunt in Ierusalem Iudaei. Sed qui animam suam perfecte oderat quid dicebat? Ego non solum alligari sed etiam mori in Ierusalem paratus sum pro nomine domini Iesu, nec facio animam meam pretiosiorem quam me. Ecce quomodo animam suam amando oderat, immo odiendo amabat, quam cupiebat pro Iesu morti tradere, ut hanc ad vitam de peccati morte suscitaret. Ab hac ergo discretione odii nostri trahamus formam ad odium proximi. Ametur quilibet in hoc mundo adversarius, sed in via dei extra patrem, extra matrem, extra uxorem, extra filios, extra cognatos, extra

quisquis [illegible] amet extra propinquos
[illegible] etiam ea concupiscit [illegible]
quia aggreditur conspectu dei [illegible]

semetipsum fieri debet ut eo vivus cognoscat deum quo in eius carne mentem incognoscat cognatum. Notandum est quod carnales affectus intentionem mentis debilitant eiusque aciem obscurant. Quos tamen nequaquam noxios patimur si eos per odium teneamus. Amandi ergo sunt proximi, impendenda caritas propinquis et extraneis, nec tamen per eandem caritatem a dei amore flectendum. Sciamus autem quia arca dei de terra Philistinorum cum ad terram Israhelitarum rediret plaustro superposita est. Et vacce plaustro subiecte sunt que fete fuisse memorantur, quarum filios clauserunt domi. Et scriptum est: Ibant autem in directum vacce per viam que ducit Bethsamis, uno itinere gradiebantur pergentes et mugientes, et non declinabant neque ad dexteram neque ad sinistram. Quid igitur vacce nisi fideles quosque in ecclesia designant, qui dum sacri eloquii precepta considerant quasi superpositam dei archam portant. De quibus est etiam notandum quod fuisse fete memorantur, quia sunt plerique qui in via dei intus positi foris carnalibus affectibus ligantur, sed non declinant a recto itinere qui archam dei portant in mente. Ecce etenim vacce Bethsamis pergunt. Bethsames quippe dicitur domus solis. Et propheta ait: Vobis autem qui timetis dominum orietur sol iustitie. Si igitur ad eterni solis habitationem tendimus, dignum est profecto ut de dei itinere pro carnalibus affectibus. Dignum est profecto ut de dei itinere pro carnalibus affectibus non declinemus. Tota enim virtute pensandum est quod vacce dei

plaustro suppositi pergunt et gemitum
dant ab intimis mugitus et tamen
a via non deflectunt gressus Sic
nimirum predicatores dei sic fideles quique
esse intra sanctam ecclesiam debent
ut compaciantur proximis per caritatem
et tamen de via dei non exorbitent
per compassionem Hoc ipsum non adhuc eo
dum qualiter exhiberi debeat veritas
subdendo manifestat dicens Qui
non baiulat crucem suam et venit
post me non potest meus esse discipulus
Crux quippe a cruciatu dicitur et du
obus modis crucem domini baiulamus
cum aut per abstinenciam carnem afficimus
aut per compassionem proximi necessita
tem illius nostram putamus Qui
enim dolorem exhibet in aliena neces
sitate crucem portat in mente Sed sciendum
non est quod sunt nonnulli qui car
nis abstinenciam non pro deo sed pro in
ani gloria exhibent Et sunt plerique
qui compassionem proximo non spiritua
liter sed carnaliter impendunt
ut ei non ad virtutem sed quasi miseran
do ad culpas faveant hii itaque cru
cem quidem videntur ferre sed dominum non
sequuntur Unde recte hoc eadem veritas dicit
Qui non baiulat crucem suam et venit
post me non potest meus esse discipu
lus Baiulare etenim crucem et post
dominum ire est vel carnis abstinenciam
vel compassionem proximo studio eter
ne intencionis exhibere Nam quis
quis hec pro temporali intencione
exhibet crucem quidem baiulat sed ire
post dominum recusat Quia vero sub
limia precepta data sunt protinus
comparacio edificande sublimitatis
adiungitur cum dicitur Quis enim ex vo
bis volens turrem edificare non pri
us sedens computat sumptus qui
necessarii sunt si habeat ad perficien
dum ne postquam posuerit fundamentum
et non potuit perficere omnes qui vide
rint incipiant illudere ei dicentes
quia hic homo cepit edificare et non
potuit consummare Omne quod agimus
prevenire per studium consideracionis
debemus Ecce enim iuxta veritatis
vocem qui turrem edificat prius
edificacionis sumptus parat Si igitur
humilitatis turrem construere cupimus
prius nos preparare ad adversa huius
seculi debemus Hoc enim inter ter
renum et celeste edificium distat
quod terrenum edificium expensas colli
gendo construitur celeste vero
comparacio edificium expensas dispergendo Ad
illud sumptus facimus si non ha
bita colligimus ad istud sumptus
facimus si et habita relinquimus
Istos sumptus dives ille habere
non potuit qui multas possessiones
possidens magistrum requisivit Ma
gister bone quid faciens vitam
eternam possidebo Qui dum precepta
relinquendi omnia audisset tristis
abscessit et inde est angustiatus
in mente unde foris fuit lacior
in possessione Quia enim in hac
vita amabat sumptus celestium
omnes tendendo ad eternam patriam
habere noluit sumptus humilitatis
consideracionis non quod dicitur Omnes
qui viderint incipiant illudere ei
inp^o Quia iuxta vocem Pauli spectaculum
facti sumus mundo angelis et
hominibus et in omni quod agimus
considerare occultos insidiatores nostros
nos debemus qui semper nostris operi
bus insistunt semper ex nostro defec
tu gratulantur Quos propheta intu
ens ait Deus meus in te confido
non erubescam neque irrideant me
inimici mei In bonis enim operibus
nostris contra malignos spiritus sollicite
vigilemus ipsos irrisores hominum

Sed quia de construendo edificio compositio data est nunc ex minore ad maius similitudo sequitur subditur ut ex rebus minimis maiora pensentur. Nam sequitur Aut quis rex iturus committere bellum adversus alium regem non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum viginti milibus venit ad se alioquin illo longe agente legationem mittens rogat ea que pacis sunt. Rex contra regem ex equo venit ad prelium et tamen si se perpendit non posse sufficere legationem mittit et ea que pacis sunt postulat. Quibus ergo nos lacrimis sperare veniam debemus qui in illo tremendo examine cum rege nostro ex equo ad iudicium non venimus quos minor condicio infirmitatis et causa inferiores exhibet. Sed fortasse iam mala opera culpas abscidimus iam prava queque exterius declinamus necdum ad recordationem cogitationis intus sufficimus. Ita cum viginti milibus venire dicitur is contra quem vix sufficiat iste qui cum decem milibus venit. Decem milia quippe ad viginti milia simplum ad duplum sunt. Nos autem si multum proficimus vix exteriora mala opera in munditia purgamus. Nam etsi furia carnis abscisa est tamen adhuc a cordis funditus abscisa non est. Ille autem qui iudicaturus venit exteriora simul et interiora iudicat facta pertractat et cogitationes pensat. Cum duplo ergo exercitu contra simplum venit qui nos vix in solo opere paratos simul de opere et cogitatione discutit. Quid ergo agendum est fratres nisi ut dum nos cum simplo exercitu contra duplum illius non posse sufficere conspicimus dum adhuc longe est legationem mittamus rogemus que pacis sunt. Longe enim esse dicitur quia adhuc presens per iudicium non videtur. Mittamus ad hunc legationem lacrimas nostras mittamus misericordie opera mactemus in ara eius hostias placationis. Cognoscamus nos cum eo in iudicio non posse contendere. Pensemus virtutem eius fortitudinis rogemus igitur ea que pacis sunt. Hec est nostra legatio que regem venientem placat. Pensate fratres quam benignus sit quia is qui suo adventu nos valet opprimere tardet venire. Mittamus ad hunc ut diximus legationem nostram flendo tribuendo sacras hostias offerendo. Singulariter namque ad absolutionem nostram oblata cum lacrimis et benignitate mentis sacri altaris hostia suffragatur quia is qui in se surgens a mortuis iam non moritur adhuc per hanc in suo misterio pro nobis iterum patitur. Nam quociens ei hostiam sue passionis offerimus tociens nobis ad absolutionem nostram passionem illius reparamus. Multos vero arbitror vestrum fratres cognitum nosse hoc quod volo ad memoriam vestram narrando revocare. Non longe a nobis fertur temporibus factum quod quidam ab hostibus captus longe ductus est atque diu tentus in vinculis. Eum vero uxor sua cum ex eadem captivitate non reciperet extinctum putavit. Pro quo iam velut mortuo hostias ebdomadibus singulis curabat offerre. Cuius tociens vincula solvebantur in captivitate quociens ab eius coniuge oblate fuissent hostie pro anima eius absolucione. Nam longo post tempora

reuersus admirans valde sic inue
nit vxori q̄ diebus certis eisdem
bus singulis eius vincula solue
bantur quos videlicet dies eius vx
or atque horas discutiens tunc eum
recognouit absolutum cum pro eo sac
ficia meminerit oblata. Hinc ergo
g° fratres karissimi hinc certa consideratio
ne colligite oblata a nobis sacra
hostia quantum in nobis soluere vale
at ligaturas cordis si oblata ab alte
ro potuit in altero soluere corporis
vincula. Multi uestrum fratres karissimi cas
sium narniensis urbis episcopum noue
runt cui mos erat cotidianas
deo hostias offerre ita ut pene nul
lus dies uite eius abscederet quo
non omnipotenti deo hostiam placati
onis immolaret. Cuius sacrificio
valde etiam concordabat uita
nam cuncta que habebat in elemo
sinis tribuens cum ad horam offeren
di sacrificii venisset velut totus
in lacrimis defluens semet ipsum
magna cordis contritione mac
tabat. Cuius et vitam et exitum
Ca quodam venerabili viro diacono
qui ab eo fuerat nutritus referen
te cognoui. Dicebat enim quod quadam
nocte eius presbytero per visum dominus asti
tit dicens. Vade et dic episcopo age
quod agis operare quod operaris non ces
set pes tuus non cesset manus
tua. natale apostolorum venies ad me
et retribuam tibi mercedem tuam.
Surrexit presbyter sed quia natalicius iam
apostolorum natalicius dies imminebat
tam propinqui exitus diem episcopo nu
ciare pertimuit. Alia nocte dominus
redijt eius quod inobediens exstiterat vehemen
ter increpauit atque eadem visionis
sue verba repetiuit. Tunc presbyter sur
rexit ut pergeret sed rursus infirmi
tas cordis impedimento fractus est

indicande reuelacionis ad mini
stracione ex iterate visionis obduruit
pergere et que viderat manifesta
re neglexit. Sed quia magnam
mansuetudinem contempta gratia
maior sequi solet ira vindicte
visione tertia dominus apparuit iam ver
bis addidit verbera. Et tam dis
tricta cede mactatus est ut iam
o duritiam cordis emollissent vul
nera corporis. Surrexit ergo eius di
tus ex verbere perrexit ad episcopum quem
quem iam ex more beati iuuenalis
martyris sepulcro ad offerendum sac
rificium consistentem repperit secretaque
a circumstantibus petijt seque eius
pedibus strauit. Cumque eum
ubertim flentem episcopus vix ad se le
uare potuisset lacrimarum causas
cognoscere studuit. Ille vero rela
tionis ordinem visionis prius
vestimento ex humeris deuoluto de
Hnois texit plagas corporis ut ita dicam
testes veritatis et culpe monstrauit
quanta animaduersione districtionis
membra illius accepta verbera
liuore inflicta sustinuerunt. Que
mox ut episcopus vidit exhorruit
Fac et quis sibi talia presumpsisset
cum magne ob stupefactionis
vocibus inquisiuit. At ille respon
dit hoc se pro ipso fuisse perpessum
exarsit cum timore admiratio
sed intellectam iam presbyter inquisitionem
eius moras adiciens secretum re
uelacionis aperuit eique visionis
dominice per ea que audierat verba in
timauit dicens. Age quod agis opera
re quod operaris non cesset manus
tua non cesset pes tuus natale
apostolorum venies ad me et retribuo
tibi mercedem tuam. Quibus audi
tis episcopus in orationem se cum magna
cordis contritione prostrauit. Et

qui oblaturus sacrificium ad horam
tertiam venerat hoc pro extense ora-
tionis magnitudine ad horam nonam
usque protelavit. Atque ex illo iam die
magis quam ei acta sunt bona prestita-
tis. factus quam est fortis in opere quam
certius ex munere. Quippe qui cui-
cum ipse debitor fuerit ex ea promis-
sione iam cepit habere debitorem.
Huic autem consuetudo fuerat annis
singulis natalicia apostolorum die Ro-
mam venire. Jamque ex hac reve-
latione suspectus venire iuxta
morem noluit. Eodem ergo tempore
prelatus fuit. Secundo quoque anno
vel tercio in mortis sue expectati-
one suspensus. Quarto et quinto et
sexto similiter cum de spacio divine
vite desperacionis poterit si ver- revelacionis
bis fidem opera non fecissent.
Cum etiam anno septimo usque ad
expectata natalis sacri vigili-
as incolumis pervenit sed levis
hunc in vigiliis calor attigit. At
ipso die natalicio filiis suis
expectantibus missarum sollennia im-
plere se posse recusavit. Illi vero
quia de eius exitu pariter egres-
sione suspecti simul ad eum omnes
venerunt sese unanimiter astrin-
gentes ut die eodem nequaquam
acquiescerent missarum sollennia
celebrare nisi per eius apud dominum
ipsum antistes suus intercessor
suus accederet. Tunc ille com-
pulsus in episcopi oratorio missas fe-
cit et manu sua corpus dominicum
pacisque omnibus dedit. Qui expleto
mysterio oblati sacrificii protinus ad
lectulum rediit. Ibique iacens dum sa-
cerdotes suos ac ministros assiste-
re sibi cerneret quasi vale ultimum
dicens de servando eos vinculo
caritatis admonebat et quanta

debuissent concordia inter se unire pre-
dicabat cum subito inter ipsa sanc-
te exhortationis verba voce terribili
clamavit dicens hora est. Moxque
assistentibus ipse suis manibus lin-
teum dedit quod ex more morientium
sibi contra faciem tenderetur. Quo ten-
to spiritum emisit. Sicque sancta illa anima
ad gaudia eterna perveniens a carnis
corruptione soluta est. Quem fratres karissimi
quod vir iste in morte sua imitatus
est nisi eum quem in vita sua fuerat
contemplatus. Dicens enim hora est
de corpore exiit quia et ille pro acto-
ribus cum dixisset consummatum est in-
clinato capite tradidit spiritum. Quod igitur
dominus ex potestate hoc egit famulus
ex vocatione. Tante cotidiane hosti-
e illa cum eius et lacrimis missa lega-
cio quia tum cum rege veniente gratie
pacem facit. Relinquat ergo omnia
qui potest qui autem relinquere omnia
non potest cum adhuc longe rex est
legationem mittat lacrimas elemo-
sinas hostiarum munera offerat. Co-
vult enim placari precibus quod sat quod
portari non possit reatus. Cum ad-
huc moram faciat venire legationem
pacis sustinet. Venisset iam nam-
que si vellet et cunctos suos adversa-
rios trucidasset. Sed et quam tribu-
lis veniret indicat tamen ad venien-
dum tardeat quia invenire quos
puniat reatus nobis contemptus
non denunciat dicens Sic ergo omnis
ex vobis qui non renunciat omni-
bus que possidet non potest meus
esse discipulus. Et tamen ipsa de
salutis remedium confert quia
qui per virtutem non potest ferri per postu-
late pacis velit legationem placa-
re. Lavate ergo fratres karissimi maculas
peccatorum elemosinis tergite. Facinus
hostiis expiate. Nolite possidere

per desiderium. que adhuc per visum minime
reliquistis. Spem in polo redempto-
ris figite. ad eterna pergaz mente tran-
site. Si enim in hoc mundo nichil a-
mando possidetis cuncta possidendo
cuncta reliquistis. Ipse nobis gau-
dia desiderata concedat qui nobis
eciam pacis remedia contulit ihesus
christus dominus noster qui vivit et regnat
cum patre in unitate spiritus sancti deus per
omnia secula seculorum amen. Secundum
In illo tempore dixit ihesus turbis Matheum
parabolam hanc. Simile fac-
tum est regnum celorum homini re-
gi qui fecit nupcias filio suo. Et
misit servos suos vocare invita-
tos ad nupcias et nolebant veni-
re. Et reliqua. Omelia beati gregorii pape de eadem

Lectionis evangelice fratres karissimi vo-
lo si possum sub brevita-
te transcurrere ut et in fine
eius valeam ad loquendum aliqua
excitare. Sed querendum prius est an hec
apud matheum lectio que per
lucam sub appellacione cene describitur.
Et quidem sunt nonnulla que sibi
dissona esse videantur. Cum hic
prandium illic cena memoratur.
hic qui ad nupcias non dignus ve-
stibus intravit repulsus est illic
nullus qui intrasse dicatur repulsus
esse perhibetur. Unde ex re recte col-
ligitur quod et hic per nupcias presens ec-
clesia et illic per cenam eternum et ulti-
mum convivium designatur. Quia et
hanc nonnulli exituri intrant et
ad illud quisquis semel intraverit
ultius non exibit. Sed siquis forte
contendat hanc eandem esse lectio-
nem ego melius puto salva fi-
de alieno intellectui cedere quam
contencionibus deservire. Quia et intel-
ligi congrue forsitan potest quia de

prandio ad quem cum nupciali veste
non venerat quod Lucas tacuit Ma-
theus dixit. Cum vero per illum cena per
hunc autem prandium dicatur neque hoc quo-
minus intelligencie obsistit. quia cum
ad horam nonam apud antiquos co-
tidie prandium fieret ipsum quoque pran-
dium cena vocabatur. Ipse autem ut dix-
isse me memini quod plerumque in sancto
evangelio regnum celorum presentis
ecclesia nominatur. Congregacio quippe
iustorum regnum celorum dicitur. Quia
enim per ysaiam prophetam dominus dicit.
Celum michi sedes est. Et Salomon
dicit. Anima iusti sedes est sapiencie.
Paulus eciam dicit. Christum dei vir-
tutem et dei sapienciam. liquido col-
ligere debemus quia si deus sapiencia
anima autem iusti sedes sapiencie. dum
celum dicitur sedes dei. Celum ergo
est anima iusti. Hinc per psalmistam
de sanctis predicatoribus dicitur. Ce-
li enarrant gloriam dei. Regnum
ergo celorum est ecclesia iustorum. quia dum
eorum corda in terra nichil ambiunt
per hoc quod ad superna suspirant iam
in eis dominus quasi in celestibus
regnat. Dicatur ergo. Simile est reg-
num celorum homini regi qui fecit
nupcias filio suo. Iam intelligit
caritas vestra quis est iste rex regis
filii pater. Deus iudicium tuum regi
da et iusticiam tuam filio regis.
Qui fecit nupcias filio suo. Tunc
enim deus pater deo filio nupcias
fecit quando hunc in utero virginis hu-
mane nature coniunxit. quando deum ante
secula fieri voluit hominem in fine
seculorum. Sed quia et ex duabus per-
sonis fieri solet ista coniunctio ab-
sit hoc ab intellectibus nostris
ut personam dei et hominis redemp-
toris nostri ihesu christi ex duabus personis cre-
damus unitam. Ex duabus quippe

atque in duabus hunc naturis
existere dicimus sed ex duabus personis
compositum credi ut nefas
vitamus. Apertius ergo atque securius
dici potest quia in hoc pater regi fi-
lio nupcias fecit quo ei per incar-
nacionis misterium sanctam ecclesiam
sociavit. Uterus autem genitricis
virginis huius sponsi talamus fuit
unde et per psalmistam dicitur In so-
le posuit tabernaculum suum et ipse
tamquam sponsus procedens de tala-
mo suo. Tamquam sponsus quip-
pe de thalamo processit suo quia ad
coniungendam sibi ecclesiam incarnatus
deus de incorrupto utero virginis
exiit. Misit ergo servos suos ut
ad istas nupcias amicos invita-
ret. Misit semel misit iterum
quia incarnacionis dominice predi-
catores et prius prophetas et post- misit
modum apostolos fecit. Bis itaque ser-
vos ad invitandum misit quia in-
carnacionem unigeniti et per prophe-
tas dixit futuram et per angelos
nunciavit factam. Sed quia hii qui
prius invitati sunt ad nupciarum
convivium venire noluerunt in se-
cunda invitacione iam dicitur Ecce pran-
dium meum paravi thauri mei
et altilia occisa sunt et omnia
parata. Quid in thauris et altili-
bus fratres karissimi nisi novi ac ve-
teris testamenti patres accipimus
quia enim vulgo loquor etiam ipsa
mihi nomina est verbis evangelice lec-
cionis explanare. Altilia enim sagi-
nata dicimus ab eo enim quod est ale-
re altilia quasi alitilia nominamus.
Cum vero in lege scriptum sit Diliges
amicum tuum et odio habebis inimi-
cum tuum accepta tunc iustis licencia licencia
fuerat ut dei suosque adversarios
quanta possent virtute comprimerent

eosque mucrone gladii ferirent quod in novo
procul dubio testamento compescitur cum
per semetipsam veritas predicat dicens
Diligite inimicos vestros benefacite his
qui oderunt vos. Quid ergo per tauros nisi patres
testamenti veteris signatur. Nam dum ex
permissione legis acceperant quatenus
adversarios suos odii retribucione per-
cuterent ut ita dicam quid aliud quam
tauri erant qui inimicos suos vir-
tute corporee cornu signavit. Cum autem feriebat
gratiam pinguedinis interne perceperint
a terrenis desideriis in infimis ad subli-
mia contemplacionis sue penna sub-
levantur. In uno quippe cogitacione
pone quid est aliud quam quodam cu-
dias mentis. Cum autem intellectum
celestium iam per sancta desideria de super-
nis delectacionibus intime cibo pas-
cuntur quasi largiori alimento
pinguescunt. Hac enim pinguedine sagi-
nari psalmista concupierat cum dice-
bat Sicut adipe et pinguedine re-
pleatur anima mea. Quia igitur pre-
dicatores dominice incarnacionis in per-
persecucione ab infidelibus et prius
prophete et postmodum sancti apostoli
pertulerunt invitantes et nemine vo-
lentibus dicitur Thauri mei et alti-
lia occisa sunt et omnia parata. Ac si
aperte dicatur Patrum precedencium
mortes aspicite et remedia vite
vestre cogitate. Notandum vero quod prima
invitacione nichil de thauris et al-
tilibus dicitur. In secunda autem iam tau-
ri et altilia mactata memorantur
quia omnipotens deus cum verba eius
audire nolumus adiungit exempla
ut omne quod impossibile credimus
tanto nobis ad superandum fiat faci-
lius quanto per hoc transisse iam et
alios audimus. Sequitur Illi autem
neglexerunt et abierunt alius in
villam suam alius in negociacionem
In villa ire est labori terreno immoderate
incumbere In negociacionem vero ire

vo'ne est actionum secularium lucris inhiat. Quia enim alius intentus laboribus terrenis alius vero mundi huius
dn̄ actionibus deditus misterium incarnacionis dominice pensare et secundum illud vivere dissimulat quasi ad villam vel negocium pergens venire ad regis nupcias recusat. Et plerumque quod est gravius nonnulli vocantis graciam non solum respuunt sed eciam persequuntur. Unde et subditur Reliqui vero tenuerunt servos eius et contumeliis affectos occiderunt. Sed rex ista cognoscens missis exercitibus suis perdidit homicidas illos et civitatem illorum succendit. Homicidas perdidit quia persequentes interemit civitatem eorum igni succendit quia illorum non solum anime sed caro quoque in qua habitaverant eciam gehenne flamma cruciatur. Missis ergo exercitibus extinxisse homicidas dicitur quia in hominibus omne iudicium per angelos exhibetur. Quid namque sunt illa angelorum agmina nisi exercitus nostri unde et ipse rex
nr̄ dominus sabbaoth dicitur. Sabbaoth quippe exercituum interpretatur. Ad perdendos ergo adversarios suos exercitum mittit quia ministrorum vindictam dominus per angelos exercet. Cuius vindicte potenciam tunc nostri patres audierunt nos autem iam cernimus. Nam illi qui contra conditorem suum cervices cordis erexerunt et de huius mundi gloria mortificati tumebant. Ecce iam mors martirum floret in fide viventium et hii qui contra illos de crudelitate sua gloriati sunt nequaquam ad memoriam mortuorum veniunt vel in numero mortuorum. Rebus ergo recognoscimus quod in parabolis audimus. Sed is qui invitatum se contempni conspicit regis filii sui nupcias vacuas non habebit. Ad alios mittit quia et si apud aliquos laborat verbum dei quandoque tamen sermo inventurus est ubi requiescat. Unde et subditur Tunc ait servis suis Nupcie quidem parate sunt et qui invitati fuerant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum et quoscunque inveneritis vocate ad nupcias. Si in scriptura sacra vias actiones accipimus exitus viarum intelligimus defectus actionum. Quia illi plerumque facile ad deum veniunt quos in terrenis actibus prosperitas non comitatur. Unde et sequitur Et egressi servi eius in vias congregaverunt omnes quos invenerunt malos et bonos et replete sunt nupcie discumbencium. Ecce iam ipsa qualitate convivancium aperte ostenditur quia per has regis nupcias presens ecclesia designatur in qua cum bonis et mali conveniunt. Permixta quippe est diversitate filiorum quia sic omnes ad fidem generat ut tamen omnes per immutacionem vite ad libertatem spiritualis gracie culpis exigentibus non perducat. Quousque namque hic vivimus necesse est ut viam presentis seculi permixti peragamus. Tunc autem discernimur cum pervenimus. Boni enim soli nusquam sunt nisi in celo et mali soli nusquam sunt nisi in inferno. Hec autem vita que inter celum et infernum sita est sicut in medio subsistit ita utriusque partis cives communiter recipit quos tamen sancta ecclesia et nunc indiscrete suscipit et post modo in egressione discernit. Si igitur boni estis quamdiu in hac vita subsistitis equanimiter tollerate malos. Nam quisquis malos non tollerat ipse sibi per intolleranciam testis est quia bonus non est. Abel enim esse renuit quem Cain malicia non exercet. Sicut in tritura aree grana

sub paleis premuntur. sic flores inter
spinas oriuntur et rosa que redolet
crescit cum spina que pungit. Duos
quippe filios habuit primus homo
unus horum electus est alter reprobus
sunt duos abraham filios habuit
sed unus electus est alter reprobus fuit.
Duos ysaac filios habuit sed unus
electus est alter reprobatus. Duodecim
filios habuit Jacob sed unus ex hiis
pro innocencia venditus est alii vero
pro malicia venditores fratris fuerunt.
Duodecim apostoli sunt electi sed unus ex
hiis admixtus est qui probaret eos
dici qui probarentur. Septem sunt dya
cones ab apostolis ordinati sed sex in
fide recta permanentibus unus extitit
auctor erroris. In hac igitur ecclesia
nequaquam esse sine bonis nec boni
sine malis possunt. cum acta ita
quod ipsa fratres Christi ad mercedem redu
cat et nos ad malorum tolleran
ciam roborate. Si enim filii electorum
sui ipsis restat necesse est ut per eorum
exa gloriamur. Boni enim non sunt
qui malos tolerare recusant. Hinc
namque est quod de seipso beatus Job
asserit dicens Frater fui draconum
et socius strutionum. Hinc per salomonem
sponsi voce sancte ecclesie dicitur Sicut
lilium inter spinas sic amica mea
inter filias. Hinc et ad ezechie
lem dominus dicit filii hominis in
creduli et subversores sunt tecum
et cum scorpionibus habitas. Hinc
petrus beati loth vitam glorificat di
cens et iustum loth oppressum a ne
phandorum iniuria conversacione
eruit aspectu enim et auditu iustus
erat habitans apud eos qui de
die in diem animam iustam iniquis
operibus cruciabant. Hinc paulus
discipulorum vitam et laudat et ro
borat dicens in medio nacionis

prave et perverse inter quos lucetis
sicut luminaria in mundo. Ubi intereg
rinentes. Hinc Johannes pergami ecclesie
attestatur dicens Scio ubi habitas
ubi sedes est sathane et tenes no
men meum et non negasti fidem meam.
Ecce fratres Christi pene omnia pauredo
cognoscimus quia boni non sunt
qui malorum pluritas non probaverit.
Ut enim ita loquar sanum inter anime
nequaquam perducitur ad subtilitatem
animus si hoc non eraserit aliena
lima pravitatis. Terrere autem nos
non debet quod in ecclesia et multi mali
et pauci sunt boni quia archa in
undis diluvii que huius ecclesie typum
gessit et ampla in inferioribus et an
gusta in superioribus fuit. Que in su
mmitate etiam sua ad unius cubiti
mensuram excrevit. Infimis quippe
quadrupedia atque reptilia. Superi
oribus aves et homines habuisse creden
da est ibi lata extitit ubi bestias
habuit ibi angusta ubi homines
servavit. Quia minorum sancta ecclesia
in carnalibus ampla est in spiritali
bus angusta. Ubi enim bestiales ho
mines mores tollerat illic lacius
sinum laxat. Ubi autem eos habet qui
spirituali racione subtiles sunt illic qui
dem ad summum ducitur sed tamen quia pau
ci sunt angustatur. Lata quippe via
est que ducit ad perdicionem et mul
ti sunt qui vadunt per eam. Et angus
ta est que ducit ad vitam et pauci
sunt qui inveniunt eam. Eo autem
usque archa angustatur in summis quo
usque ad mensuram unius cubiti per
ducitur. Quia in sancta ecclesia quan
to sanctiores quique sunt tanto pau
ciores. Quia in summo ad illum perdu
citur qui solus homo in hominibus
et sine alterius comparacione natus e
sanctus qui iuxta psalmiste voce

factus est sicut passer unicus in
edificio. Tanto ergo magis tolleran
di sunt mali quanto et amplius
habundant. Quia et in arce tritu arce
ra pauca sunt grana que ferantur
horreis et grandes acervi palea
rum qui ignibus comburuntur. Sed iam
quia largiente deo nuptiarum domum
id est sanctam ecclesiam intrastis, sollerter
fratres aspicite ne aliquid de mentis
vestre habitu rex ingrediens repre
hendat. Cum magno enim cordis timo
re perpendendum est quod protinus se
quitur. Intravit autem rex ut videret
discumbentes et vidit ibi hominem
non vestitum veste nuptiali. Quid
fratres karissimi per nuptialem ves
tem putamus? Si enim vestem nup
tialem baptisma vel fidem dicimus
quis sine baptismate et fide has
nuptias intravit? Eo enim ipso fo
ris est quo necdum credidit. Quid er
go intelligere debemus nuptialem
vestem nisi caritatem? Intrat e
nim ad nuptias sed nuptiali veste
non intrat qui in sancta ecclesia assis
tens fidem habet sed caritatem
non habet. Recte enim caritas
vestis nuptialis vocatur, quia hanc
in se conditor noster habuit dum
ad sociandas sibi ecclesie nuptias ve
nit. Sola quippe dilectione dei ac
tum est ut eius unigenitus mentes
sibi hominum electorum uniret. Unde et
Johannes dicit: Sic enim deus dilex
it mundum ut filium suum unigenitum
daret pro nobis. Qui ergo per caritatem
venit ad homines eandem carita
tem innotuit esse vestem nuptia
lem. Omnis ergo vestrum qui in ecclesia
positus deo credit iam ad nuptias
as intravit sed cum nuptiali ve
ste non venit si caritatis gratiam non
custodit. Et certe fratres si quis ad

carnales nuptias esset invitatus
vestem mutaret, congaudere se spo
so et sponse ex ipso sui habitus
decore ostenderet, inter gaudentes
et festa celebrantes despectis ves
tibus apparere erubesceret. Nos
ad dei nuptias venimus et cordis
vestem mutare dissimulamus.
Congaudent angeli cum ad celum
assumuntur electi. Qua ergo mente
agitur hec spiritualia festa conspicimus qui
nuptialem vestem id est caritatem que
pulchros speciosos exhibeat non
habemus? Sciendum vero est quia sicut
in duobus lignis superiori vi
delicet et inferiori vestis texitur
ita in duobus preceptis caritas habe
tur, in dilectione scilicet dei et dilectio
ne proximi. Scriptum quippe est: Di
liges dominum deum tuum ex toto cor
de tuo et ex tota anima tua et ex
tota mente tua. Et diliges proxi
mum tuum sicut te ipsum. Qua in re nota
ndum est quia in dilectione proxi
mi mensura ponitur amoris cum dicitur
Diliges proximum tuum sicut te ipsum.
Dei autem dilectio nulla mensura
constringitur cum dicitur Diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo et ex
tota anima tua et ex tota virtute
tua. Non enim iubetur quisque quan
tum diligat sed ex quanto cum dicitur
ex toto corde. Quia ille deum ve
raciter diligit qui sibi de se ni
chil relinquit. Duo ergo sunt necesse
est ut caritatis precepta custodiat
quisquis in nuptiis habere vestem
nuptialem curat. Hinc est enim
quod apud Ezechielem civitatem porte
ipsius civitatis in monte constitu
te vestibula duobus cubitis men
suratur. quia nimirum accessus nobis
celestis civitatis non panditur
si in hac ecclesia que pro eo quod adhuc

dus est vestibulum dicatur dei et proxi
mi dilectio non tenetur. Hinc est quod
cortinis tabernaculi intererit coccus
bis tinctus iubetur. Vos estis fratres
cortine tabernaculi qui per fidem in
vestris cordibus secreta celestia ve
latis. Sed cortinis tabernaculi bis tin
ctus coccus debet inesse. Coccus
quippe ignis speciem tenet. Quid
est vero caritas nisi ignis. Sed ista ca
ritas bis tincta esse debet ut tinga
tur per amorem dei, tingatur et per
amorem proximi. Qui enim sic amat
deum ut per contemplationem illius
negligat proximum, coccus quidem
est, sed bis tinctus non est. Rursum
qui sic amat proximum ut tamen con
templationem dei per huius amorem
relinquat, coccus est sed bis tinctus
non est. Ut ergo caritas nostra bis tinc
tus coccus esse valeat et ad amo
rem se dei et ad amorem proximi ac
cendat. Quatenus nec ex compas
sione proximi contemplationem relin
quat dei nec plus quam debet inherens
contemplationi dei contemplationem
abiciat proximi. Omnis itaque homo
inter homines vivens sic ad eum
anhelet quem desiderat ut tamen hunc
non deserat cum quo currebat. Et
sic huic administrationem serviat ut ab
illo nullatenus torpeat ad quem
festinabat. Sciendum est etiam quod ipsa
dilectio proximi in duobus preceptis
subdividitur. Cum quidam sapiens
dicat: Quod tibi odis fieri vide
ne alteri tu facias. Et per semetipsam
veritas precipiat dicens: Que vultis
ut faciant vobis homines et vos
eadem facite illis. Si enim et quod im
pendi nobis recte nolumus hoc a
liis facere ipsi devitamus, caritatis
iura illesa servamus. Si nemo autem
quempiam diligit habere se caritatem

proximus putet nisi prius ipsam vim
sue dilectionis examinet. Nam si
quis quemlibet amet, sed propter de
um non amat, caritatem non habet
sed habere se putat. Caritas autem
vera est cum et in deo diligitur amicus
et propter deum diligitur inimicus. Il
le enim propter deum diligit eos quos
diligit qui iam et eos diligere a qui
bus non diligitur scit. Probari enim
caritas per solam odii adversitatem
solet. Unde et per semetipsum dominus dicit:
Diligite inimicos vestros, benefacite
his qui oderunt vos. Ille ergo securus
satis amat qui propter deum et illum
amat a quo se intelligit non amari.
Magna sunt hec, alta sunt hec
et multis adhibenda difficilia, sed tamen
est ista vestis nuptialis. Quisquis
hanc recumbens in nuptiis non habet
iam sollicitus metuat ingrediente
rege quod mittatur foras. Ecce enim
dicitur: Intravit rex ad nuptias
ut videret discumbentes et vidit
ibi hominem non vestitum veste nup
tiali. Nos fratres karissimi qui in nup
tiis verbi discumbimus qui iam fi
dem in ecclesia habemus qui scripture sa
cre epulis pascimur qui coniunctam
deo ecclesiam esse gaudemus. Con
siderate ergo rogo si cum nuptiali
veste ad has nuptias venistis, co
gitationes vestras sollicita inquisiti
one discutite de rebus singulis.
Corda vestra ruminate si iam contra
nullum odium habetis. Si contra fe
licitatem alienam nullas vos in
vidie face accendit. Si per occul
tam maliciam nemini nocere festina
tis. Ecce rex ad nuptias ingredi
tur et cordis nostri habitum contem
platur. Atque ei quem caritate ves
titum non invenit protinus iratus
dicit: Amice quomodo huc intrasti

non habens vestem nupcialem. Miran-
dum valde est fratres karissimi quod hunc et
amicum vocat et reprobat. Ac si ei a-
pertius dicat amice et non amice.
amice per fidem et non amice. Ami-
ce per fidem sed non amice per operaci-
onem. At ille obmutuit. Quia quod
dici sine gemitu non potest in illa dis-
trictione ultime increpacionis omne
argumentum cessat excusacionis.
Quia ipse qui illum foris increpat
qui testis consciencie intus ani-
mum accusat. Sed inter hec sciendum
est quia quisquis hanc vestem
virtutis habet sed tamen adhuc
perfecte non habet ad presentis regis ingres-
sum desperare de venia non debet.
Quia ipse dat spem nobis per psalmi-
stam suum dicens Imperfectum meum
oculi tui et in libro tuo omnes
scribentur. Sed quia pauca hec in con-
solacione debilis et infirmantis
diximus nunc ad eum qui hanc
omnimodo non habet verba vertamus.
Sequitur. Tunc rex dixit ministris.
ligatis pedibus eius et mani-
bus mittite eum in tenebras ex-
teriores. Ibi erit fletus et stridor
dencium. Ligantur tunc pedes et
manus per districcionem sentencie
qui modo a pravis omnibus operibus
ligari noluerunt per melioracionem
vite. Vel certe tunc ligat pena
quos modo a bonis operibus ligat
culpa. Pedes enim qui visitare egrum
negligunt. Manus que nichil in-
digentibus tribuunt a bono opere
iam ex voluntate ligate sunt.
Qui ergo nunc sponte ligantur in vicio
tunc in supplicio ligantur inviti.
Bene autem dicitur quia in exteriores
tenebras mittatur. Interiores quip-
pe tenebras dicimus cecitatem
cordis. Exteriores vero tenebras

eternam noctem dampnacionis.
Tunc dampnatus quisque non
in interiores sed in exteriores tenebras
mittitur quia illic invitus proicitur
in noctem dampnacionis qui hic
sponte cecidit in cecitatem cordis.
Ibi fletus et stridor dencium esse
perhibetur ut illic dentes strideant
qui hic de edacitate gaudebant.
Illic oculi defleant qui hic per
illicitas concupiscencias versa-
bantur in mundo. Quatenus sin-
gula queque membra supplicio sub-
iaceant que hic singulis qui-
buscumque viciis subiecta serviebant.
Sed repulso uno in quo videlicet
omne malorum corpus exprimitur
generalis protinus sentencia subinfertur
qua dicitur. Multi autem sunt voca-
ti pauci vero electi. Tremendum
[margin: quod] est valde fratres karissimi audivimus.
Ecce nos omnes iam vocati per
fidem ad celestis regis nupci-
as venimus incarnacionis eius
misterium et credimus et confite-
mur. Divini verbi epulas sumimus
sed futuro die iudicii rex intratu-
rus est. Quia vocati sumus no-
vimus. Si sumus electi nescimus.
Tanto ergo necesse est ut unusquisque
que magis in humilitate se deprimat
quanto si sit electus ignorat. Non-
nulli enim bona nec incipiunt.
nonnulli vero in bonis que ince-
[margin: minime] perunt persistunt. Alter pene to-
[margin: vitam] tam ducere in pravitatem con-
[margin: pra] spicitur sed iuxta finem vite a
pravitate sua per districte peniten-
cie lamenta revocatur. Alter e-
lectam videtur vitam ducere et tamen
hunc contingit ad erroris nequi-
ciam iuxta finem vite declina-
re. Alius bonum bene inchoat
melius consummat. Alius in mal

actibus a puerili etate se deserat
et in eisdem operibus semper se ipso
deuotior consummatur. Tanto ergo sibi
vnusquisque sollicitius metuat quanto
ignorat quid restat. quia quod sepe
dicendum est et nunc obliuione
retinendum. multi sunt vocati
pauci vero electi. Sed quia nonnunquam
mentes audiencium plus exempla
fidelium quam docencium verba con-
uertunt. Volo vobis aliquid de
proximo dicere quod corda vestra tanto for-
midolosius audiant quanto e-
is hoc de propinquo sonat. Neque
enim res longe ante gestas dici-
mus sed eas de quibus testes ex-
istunt eo quod interfuisse se refe-
runt in memoriam. Tres pater
meus sorores habuit. que cunc-
te tres sacre virgines fuerunt
quarum vna tarsilla alia gordia-
na alia emiliana dicebantur.
Vno omnes ardore conuerse vno
eodemque tempore sacrate sub di-
strictione regulari degentes in
domo propria socialem vitam duce-
bant. Cumque essent diucius
in eadem conuersacione ceperunt
cottidianis incrementis in amore
sui conditoris sui tarsilla et emi-
liana succrescere. et cum solo
hic essent corpore cottidie animo
ad eterna transire. At contra gordi-
ane animus cepit a calore amo-
ris intimi per cottidiana defectiue-
ta tepescere et paulisper ad huius
seculi amorem redire. Crebro
autem tharsilla dicere emiliane
sorori sue cum magno gemitu
solebat. Video gordianam sororem
nostram de nostra sorte non esse per-
pendo enim quod foras defluit et
ad quod proposuit non custodit. Cu-
rabant blanda cottidie incre-

pacione corripere atque a leuitate mo-
rum ad grauitatem sui habitus
reformare. Que quidem resumebat
in ipsis subito grauitatem inter ver-
ba correpcionis. Sed cum eiusdem cor-
repcionis hora transisset. transibat pro-
tinus et superducta grauitas ho-
nestatis. moxque ad leuia verba re-
diebat. puellarum gaudebat soci-
etate laicarum. eique persona valde ho-
nerosa erat quecumque huic mundo
dedita non erat. Quadam vero nocte
huic tarsille amite mee que in-
ter sorores suas virtute continue continue
oracionis affliccionis studiose absti-
nencie singularis grauitate vi-
te venerabilis in honore et sanc-
titatis culmine excreuerat sicut ipsa
narrauit per visionem atauus meus
felix huius romane ecclesie antistes
apparuit et ei mansionem perpetue clari-
tatis ostendit dicens. Veni quia
in hanc te lucis mansionem susci-
pio. Que subsequenti mox febre
correpta ad diem peruenit extremum
Et sicut nobilibus feminis virisque
morientibus multi conueniunt qui e-
orum proximos [illegible] consolentur. eadem
hora eius exitus multi viri ac fe-
mine eius lectulum circumsteterunt.
Inter quas mater quoque mea affuit
cum subito illa sursum respiciens
ihesum venientem vidit. et cum
magna animaduersione cepit circum-
stantibus clamare dicens. Recedi-
te recedite ihesus venit. Cumque
in eum intenderet quem videbat sancta
illa anima a carne soluta est. Tan-
taque subito fragrancia miri odo-
ris aspersa est ut ipsa quoque suauitas
cunctis ostenderet illuc auctorem sua-
uitatis venisse. eiusque corpus eius
ex more mortuorum ad lauandum
esset nudatum longe oracionis usu in

cubitis eius et genibus cameli
more inventa est obdurata cutis
excrevisse. Et quod vivens semper
eius spiritus exercuit caro mortua te-
stabatur. Hec autem gesta sunt ante
dominici natalis diem. Quo transac-
to mox emiliane sorori sue per vi-
sitationem nocturne visionis apparuit
dicens. Veni quia natalem domi-
ni sine te feci. theophania iam te-
cum faciam. Cui illa protinus de so-
roris sue gordiane salute sollicita
respondit. Et si sola venero sororem
nostram gordianam cui dimitto. Cui
sicut asserebat tristis vultu iterum dixit.
Veni. gordiana etenim soror nostra
inter laicas deputata est. Quam vi-
sionem mox molestia corporis est
secuta atque ita ut dictum fuerat an-
te dominice apparitionis diem eadem mo-
lestia ingravescente defuncta est.
Gordiana autem mox ut solam re-
mansisse se repperit eius pravitas
excrevit. et quod prius latuit in desi-
derio cogitationis hoc post effectus
prave actionis exercuit. Nam obli-
ta domini timoris oblita pudoris et
reverentie oblita consecrationis
sue conductorem agrorum suorum po-
stmodum maritum duxit. Ecce omnes
tres uno prius ardore converse sunt
non in uno eodem studio permanserunt.
Quia iuxta dominicam vocem mul-
ti vocati pauci vero electi. Hec igitur di-
xi ne quis in bono opere positus si-
bi vires boni operis tribuat. ne quis
de sua actione confidat. Quia et si
iam novit hodie qualis sit adhuc
cras quid futurus sit nescit. Ne-
mo ergo de suis bonis operibus secu-
rus gaudeat qui adhuc in huius
vite incertitudine quis se finis se-
quatur ignorat. Sed quia rem terri-
bilem que nos ex districtione percutit

aliud adhuc credimus referendo quod ex
divina misericordia prelata nostra corda conso-
letur. Quod tamen in sermone alio
iam dixisse me memini sed vos ne-
quaquam affuistis. Ante biennium
frater quidam in monasterium meum
quod iuxta beatorum martyrum Johannis et pau-
li ecclesiam situm est gratia conversio-
nis venit. qui diu regulariter
probatus quoque susceptus est. Cuius
frater suus ad monasterium non con-
versionis studio sed carnali amore
secutus est. Is autem qui ad conversionem
venerat valde fratribus placebat.
At contra frater illius longe a vi-
ta eius ac moribus discrepabat.
Vivebat tamen in monasterio necessita-
te potius quam voluntate. Et cum
in cunctis actibus perversus existe-
ret pro fratre suo ab omnibus equa-
nimiter tollerabatur. Erat enim
levis eloquio pravus actione
cultus vestibus moribus incultus.
ferre non poterat si quisquam
illi de sancti habitus conversatione loque-
retur. Facta autem fuerat vita eius
cunctis fratribus visu gravis sed
tamen ut dictum est pro fratre suo
gratia eius cunctis tollerabilis. as-
pernabat valde si quis sibi aliquid
pru- tat/ de compilatis sue correctione loque-
retur. bona non solum facere sed etiam
audire non poterat. Numquam se
ad sancte conversationis habitum ve-
nire iurando irascendo deridendo
testabatur. In hac autem pestilen-
tia que nuper huius urbis plurimam ma-
gna ex parte consumpsit percussus in
inguine est perductus ad mortem.
Cumque extremum spiritum ageret convenerunt
fratres ut egressum illius orando
protegerent. Iam corpus eius ab extre-
ma fuerat parte premortuum in solo
tantum pectore calor vitalis anhela-

anhelabat. Cuncti autem fratres tacto
pro eo ceperunt enixius orare. Quo
eum iam videbant sub celeritate
discedere. Tunc repente cepit eisdem fra-
tribus assistentibus ad vocem quo pote-
rat clamare et orationes eorum inter-
rumpere dicens: Recedite, recedite. Ec-
ce draconi ad devorandum datus sum
qui propter vestram presentiam devorare me
non potest. Caput meum in suo ore iam
absorbuit. Date locum, ut non me am-
plius cruciet, sed faciat quod facturus
est. Si ei ad devorandum datus sum,
quare propter vos moras patior? Tunc
fratres ceperunt ei dicere: Quid est quod
loqueris, frater? Signum tibi sancte crucis
imprime. Respondebat ille ut pote-
rat dicens: Volo me signare, sed
non possum, quia a dracone pre-
mor. Cumque hoc fratres audissent,
prostrati in terram cum lacrimis ceperunt
pro ereptione illius vehementius o-
rare. Et ecce subito cepit melioratus
eger, quibus valebat vocibus ex-
ultare dicens: Gratias deo, ecce dra-
co qui me ad devorandum venerat
fugit. Orationibus vestris expulsus est,
stare non potuit. Pro peccatis meis mo-
intercedite quia converti paratus sum
et secularem vitam funditus re-
linquere. Homo ergo qui, sicut iam dic-
tum est, ab extremis corporis fuerat
partibus mortuus, reservatus ad vi-
tam, toto ad deum corde conversus
est. Longis et continuis in conver-
satione eadem flagellis eruditus
atque cum paucos dies excrescen-
te corporis molestia defunctus
est, qui iam draconem moriens
non vidit, quia illum vincendo
per cordis immutationem vicit. Et
ce fratrum Gordiana quam
superius dixi a sanctimonialibus virtutibus

excellentia corruit ad penam. Et sicut
hic de quo ista narravi ab ipso mor-
tis articulo rediit ad eternam vitam,
Nemo scit quid de se in occultis dei
iudiciis agatur. Quia multi vocati,
pauci vero electi. Quia igitur nulli
de se certum est electum se esse, restat
ut omnes trepident, omnes de sua actione
formident, omnes in sola divina misericordia
gaudeant, nullus de suis viribus pre-
sumat. Est qui prestat fiduciam magnam,
ille scilicet qui in se dignatus est sus-
cipere naturam nostram, qui vivit et reg-
nat cum patre in unitate spiritus sancti
deus per omnia secula seculorum. Amen. Se-

In illo tempore. Cum audi lucam
appropinquaret Jhesus Jerusalem, videns
civitatem flevit super illam, di-
cens: Quia si cognovisses et
tu. Et quidem in hac die tua que ad
pacem tibi. Nunc autem abscondita
sunt ab oculis tuis. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape de eadem lectione

Lectionem sancti evange-
lii breviter si possum volo per
sermonem pandere, ut illius in ca-
plurior sententie instructio qui sciunt expo-
ab multa cogitatione. Cum flente domi-
no illa ierosolimorum subversio describa-
tur que a Vespasiano et Tito Romanis
principibus facta est. Nullus qui his-
toriam eiusdem subversionis legit
ignorat. Romani enim principes de-
notantur cum dicitur: Quia venient
dies in te et circumdabunt te inimi-
ci tui vallo et circumdabunt te et coan-
gustabunt te undique et ad terram prosternent
te et filios tuos qui in te sunt.
Hoc itaque quod additur: et non relinquent
in te lapidem super lapidem, etiam
eiusdem civitatis transmigratio tes-
tatur. Quia dum nunc in eo loco constructa
est ubi extra portam fuit crucifixus dominus

post illa iherusalem ut dicitur funditus est eversa. Cui ex qua eversionis sue culpa pena fuerit illata subiungitur: Eo quod non cognoveris tempus visitacionis tue. Creator quippe omnium per incarnacionis sue misterium hanc visitare dignatus est. sed ipsa timoris et amoris illius recordata non est. Unde etiam per prophetam in increpacione cordis humani aves celi ad testimonium deducuntur cum dicitur: Milvus in celo cognovit tempus suum. turtur et yrundo et ciconia custodierunt tempus adventus sui. populus autem meus non cognovit iudicium domini. Sed querendum nobis est cur qui sic dicit. videns civitatem flevit super illam dicens. Quia si cognovisses et tu. Flevit enim pius redemptor ruinam perfide civitatis. quam ipsa sibi civitas non cognoscebat esse venturam. Cui a flente domino recte dicitur. Quia si cognovisses et tu. subaudis flere. que modo quia nescis quid immineat exultas. Unde et subditur. Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi sunt. Cum enim carnis se voluptatibus daret et ventura mala non prospiceret. in die sua que ad pacem esse poterant habebat. Sed non bona pro certa ad pacem habuerit manifestatur cum subditur. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Si enim a cordis eius oculis mala que imminebant abscondita non essent. leta in prosperis posita non fuisset. Unde mox etiam pena que de romanis fuerat principibus imminebat adiuncta est. Quia despecta quid deinde fecerit subditur. Et ingressus templum cepit eicere vendentes in illo et ementes dicens illis. Scriptum est. quia domus mea domus oracionis est. vos autem fecistis illam speluncam

latronum. Qui enim mala narravit mala ventura et protinus templum ingressus est ut de illo vendentes et ementes eiceret. profecto innotuit. quia ruina populi maxime ex culpa sacerdotum fuit. Eversionem quippe describens sed vendentes in templo et ementes feriens in ipso effectu sui operis unde iam originem perditionis predicavit. Sicut autem evangelista alio teste didicimus in templo columbe vendebantur. Et quid per columbas nisi sanctus spiritus designatur. dona accipitur. Sed vendentes et ementes de templo eiciuntur. quia vel eos qui per manus impositionem manum tribuunt. vel eos qui donum spiritus emere nituntur dampnat. De quo templo mox subditur. Domus mea domus oracionis est. vos autem fecistis illam speluncam latronum. Qui enim ad accipienda munera in templo residebant. profecto quia quibusdam non dantibus lesiones exquirerent. dubium non erat. Domus ergo oracionis spelunca latronum facta fuerat. quia ad hoc in templo assistere noverant ut aut non dantes munera studerent corporaliter persequi. aut dantes spiritualiter necare. Quia vero redemptor noster sue predicacionis verba nec indignis et ingratis subtraxit. per quam disciplinae vigorem exercendo perversos eiecit. donum mox gracie ostendit. Nam subditur. Et erat docens cottidie in templo. Hec iuxta hystoriam breviter tractando transcurrimus. Sed quia eversam iam iherusalem novimus atque eversione sua in melius commutatam. quia expulsos latrones e templo atque ipsum templum eversum scimus. de rebus exterioribus maiorum sub aliqua similitudine trahere atque eversis edificiis pariter more ex

Marginal notes (left margin of second column): eicere; oudt; necare

civitatem tunc videns eam civitatem flevit super illam dicens: Quia si cognovisses et tu. Hoc semel egit cum perituram civitatem esse indicavit. Hoc cottidie redemptor noster per electos suos agere nullatenus cessat, cum quosdam ex bona vita ad mores reprobos pervenisse considerat. Plangunt enim eos qui nesciunt cur plangantur, qui iuxta Salomonis verba letantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis. [Salomonis verba] Qui si dampnationem suam que eis imminet agnovissent, semetipsos cum lacrimis electorum plangerent. Sed bene autem premittitur anime sue que subditur convenit: Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Suam hic diem habet anima perversa que transitorio gaudet in tempore, cui ea que assunt ad pacem sunt, quia dum ex rebus temporalibus letatur, dum honoribus extollitur, dum carnis voluptate solvitur, dum nulla venture pene formidine terretur, pacem habet in die sua, que grave dampnationis sue scandalum in die habebit aliena. Ibi enim affligenda est ubi iusti labuntur [letabuntur], et cuncta que modo ei ad pacem sunt tunc in amaritudine rixe vertentur. Cum rixari secum incipit contra dampnationem quam patitur non expavit, cum a perpetrationis malis operibus oculos mentis clausit. Unde ei dicitur: Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Perversa quippe anima rebus presentibus dedita, in carnis voluptatibus resoluta, abscondit sibi mala sequencia, quia providere futura refugit que presentem leticiam perturbent. Dumque in presentis vite oblectatione se deserit, quid aliud quam clausis oculis ad ignem vadit.

Unde bene scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum. Et unde Paulus dicit: Qui gaudent tamquam non gaudentes sint. Quia et si qua est presentis temporis, ita est agenda leticia ut numquam amaritudo sequentis iudicii recedat a memoria. Quatenus dum mens pavida extreme ultionis timore affligitur, quanto nunc presens leticia tanto post ira subsequens temperetur. Hinc namque scriptum est: Beatus homo qui semper est pavidus. Qui vero mentis est dure, corruet in malum. Sequentis enim iudicii tanto tunc districtius fortabitur quanto nunc et nunc culpas minus timetur. Sequitur: Quia venient dies in te et circumdabunt te inimici tui vallo. Qui vero sunt humane anime maiores inimici quam maligni spiritus? Qui hanc a corpore exeuntem obsident, quam in carnis amore positam deceptis delectationibus fovent. [torijs] Cum vallo circumdant, quia mentis eius oculos reducentes iniquitatibus quas perpetravit hanc ad societatem sue dampnationis et hereticos coartant, ut ipsa iam ex temeritate vite deprehensa et a quibus hostibus circumclausa sit videat, [extremitate] et tamen evadendi aditum invenire non possit, quia operari iam bona non licet que cum liceret agere contempsit. De quibus adhuc apte quod sequitur intelligi valet: Sicut dabunt te et angustabunt te undique. [cir] Maligni quippe spiritus undique animam angustant, quia ei non solum operum sed etiam locutionum atque insuper cogitationum iniquitates replicant, ut quia prius se per multa dilatavit in scelere, ad extremum undique angustetur in retributione. Sequitur: Et ad terram consternent te.

et filios tuos qui in te sunt Tunc
anima per cognicionem reatus sui
ad terram consternitur cum caro quam
vivam suam crediderat redire ad pul
verem urgetur Tunc in morte fi
lii illius cadunt cum cogitaciones
illicite que modo ex illa prodeunt
in extrema ultionis illacione dissipantur
Sicut scriptum est In illa die peribunt
omnes cogitaciones eorum Que scili
cet eius cogitaciones intelligi etiam
per lapidum significacionem valent Nam
sequitur Et non relinquent in te la
pidem super lapidem Perversa enim
mens cum perverse cogitacioni ad
huc perversiorem addit quid aliud
quam lapidem super lapidem ponit
Sed in destructa civitate super lapidem
lapis non relinquitur quia cum ad
ulcionem suam anima ducitur omnis
ab illa cogitacionum suarum constructio
dissipatur Que cur hec perpacia
tur adiungitur Eo quod non cognoveris
tempus visitacionis tue Pravam
quamque animam omnipotens deus
multis modis visitare consuevit
Nam assidue hanc visitat pre
cepto aliquando autem flagello ali
quando autem miraculo ut vera que nes
ciebat audiat et tamen adhuc
superbiens atque contempnens aut
dolore compuncta redeat aut be
neficiis devicta malum quod fecit e
rubescat Sed quia visitacionis su
e tempus minime cognoscit illis in ex
tremo vite inimicis traditur cum qui
bus in eterno iudicio dampnacionis
pene societate colligatur Scriptum
est Cum vadis cum adversario tu
o ad principem in via da operam libe
rari ab illo ne forte tradat te iudici
et iudex tradet te exactori et ex
actor mittet te in carcerem Adver
sarius quippe noster est in via sermo di

vinus contrarius nostris carnalibus desi
deriis in presenti vita A quo ipse libe
ratur qui preceptis eius humiliter sub
ditur Alioquin adversarius iudici et iu
cū dex tradet // exactori quia ex sermo
ne domini contempto peccator tenebitur
in examine iudicis Quem iudex ex
actori tradet quia hunc maligno
spiritui ad ulcionem trahere permitti
tur compulsam animam ipse ad pe
exigit na de corpore // que ei sponte ad cul
pam consensit Et exactor mittit in
carcerem quia per malignum spiritum in infer
dies no retruditur quousque // iudicium ve
niat ex quo iam inferni ignibus
sociat et ipse cruciatur Expleta igitur
predicacione civitatis qua nos ad per
euntis anime similitudinem traximus
Ewang protinus subditur Et ingressus tem
plum cepit eicere vendentes et e
mentes de illo Sicut templum dei
in civitate est ita in plebe fideli vi
ta religiosorum Et sepe nonnulli re
ligionis officia habitu sumunt dum
sacri ordinis loca percipiunt san
cte religionis officia in commercium
terrene negociacionis trahuntur
Vendentes quippe in templo sunt
qui hoc quod quibusdam iure compe
tit ad premium largiuntur Iusticiam
enim vendere est hanc pro premii accep
cione servare Ementes vero in tem
plo sunt qui dum hoc persolvere
proximo quod iustum est nolunt dum
rem iure debitam facere contempnunt
dato patronis premio emunt peccata
Quibus bene dicitur Domus mea
domus oracionis est Vos autem fe
cistis illam speluncam latronum
Quia dum non numquam perversi ho
mines loca religionis tenent ubi
malicie sue gladiis occidunt u
bi vivificare proximos oracionibus sue

intercessione ~~deme~~ debuerit. Tem-
plum quippe et domus dei est ipsa mens
atque conscientia fidelium. Que si quan-
do in lesione proximi perversas cogi-
tationes profert, quasi in spelunca et
latrones residet. simplices ~~[illegible]~~ //
interficiunt quando in eos qui in te-
lo iam sunt lesionis gladios defi-
gunt. Mens ergo fidelium non iam do-
mus orationis sed spelunca latronis
est, cum relicta innocentia simpli-
citate sanctitatis illud conatur a-
gere unde valeat proximis nocere.
Sed quia contra perversa hec omnia
a verbis redemptoris nostri per sacras
paginas indesinenter instruimur,
unde ipse hoc agitur quod factum fuisse
prohibetur, cum dicitur: Erat docens
cotidie in templo. Eam enim men-
tem fidelium ad cavenda mala so-
liciter audiunt, cotidie veritas in templo
docet. Sed sciendum nobis est
quia veritatis verbis veritatem e-
rudimur, si externa mala nostra
formidolose et indesinenter aspi-
cimus. Iuxta hoc quippe per quendam
sapientem dicitur: In omnibus operi-
bus tuis memorare novissima
tua et in eternum non peccabis. Pen-
sare quippe debemus cotidie quod ex
eiusdem voce nostri redemptoris au-
divimus: Et quidem in hac die tu-
a que ad pacem tibi, nunc autem
abscondita sunt ab oculis tuis.
Dum enim districtus iudex susti-
net et adhuc manum non exe-
rit in passionem, dum ad retri-
butionem ultionis ultrice certe querat
tempus securitatis nostre, debemus pe-
re malum quod sequitur pensantes
gemere, gementes vitare ea que
commisimus peccata indesinenter as-
picere, aspicientes flere, flentes
abstergere. Nulla nos transitorie

//prosperitas

laudis levitatisque dissonat, ne men-
tis nostre oculos ea que sunt transito-
ria obstruat, ne cecos ad ignem
ducat. Si enim districte pensentur
tanta se ponderis impium ex omni veri-
tatis agnoscitur ac negligentia et
futura non prospicientia dicatur: Et qui-
dem in hac die tua que ad pacem
tibi, nunc autem abscondita sunt ab
oculis tuis. Nam cogitanda valde
est qualis erit nobis terribilis ho-
ra nostre resolutionis, qui pavor men-
tis, quanta tunc omnium malorum memo-
ria, que oblivio transacte felicitatis,
que formido et consideratio iudi-
cis. Quid ergo esse nobis de presenti-
bus ad delectationem debet intelli-
gimus que cuncta simul transeuntibus
non valet transire quod imminet.
Cum et hoc simul dimittit quod colli-
gitur diligit, et illud quod [illegible]
ubi dolor nunquam finitur. Tunc ma-
ligni spiritus egredientem animam suam
opera requirunt, tunc mala que sua-
serunt replicantur, ut sociam ad tor-
mentum trahant. Sed cur hoc de re-
versa solummodo anima aliquid narrat // dicitur quod ad electos quoque dictos veniunt et quod in illos se [illegible] reque
vimus autem in hominibus extitit quod
ante passionem suam libera voce di-
xit: Iam non multa loquar vobis-
cum. Venit enim princeps mundi
huius, et in me non habet quic-
quam. Cum enim hunc mortalem
hominem videret suum in illo mundi
princeps aliquid invenire posse cre-
didit, id est sine ullo peccato a mun-
di huius corruptione exire qui sine pec-
cato ad mundum venit. Hoc de se
contra mundi principem ut petrus
dicere presumeret quod audire meruit:
Cui ecce ligaveris super terram erit liga-
tum et in celis. Hoc nec Paulus
dicere presumpsit, qui pugnaturus mor-
te debitum solveret ad celi tamen factu

pervenit hoc nec Johannes dicere ausus
est qui per amorem specialem in redemp
toris sui pectore in cena recubuit
Nam cum propheta diceret Ecce enim in ini
quitatibus conceptus sum et in pec
catis concepit me mater mea sine
culpa omnino esse non potuit qui
omnino cum culpa venit hinc ita
quod idem propheta ait Non iustifi
cabitur in conspectu tuo omnis vi
vens. Hinc Salomon ait Non
est homo iustus in terra qui faciet
bonum et non peccet. Hinc Johannes di
cit Si dixerimus quia peccatum non ha
bemus ipsi nos seducimus et veritas
in nobis non est. Hinc Jacobus ait
In multis enim offendimus omnes.
Constat enim quia omnes qui de car
nis delectacione concepti sunt in eo
procul dubio vel accione vel locuci
one vel cogitacione aliquid suum
princeps huius mundi habuit. Videtur
eo illos vel post carpere vel sub te
nere non potuit quia eos ille a debi
tis suis eripuit qui pro nobis sine
debito mortis debitum solvit ut
nos ideo sub mortis hostis iam debi
ta mortis non teneant quia pro nobis
mediator dei et hominum homo Christus Jhesus
gratuito reddidit quod non debebat. Christus
enim pro nobis morte carnis indebi
tam reddidit nos a debita morte
anime liberavit. Ait ergo Venit enim
princeps huius mundi et in me non habet
quicquam. Unde cum dictum nobis est
tam magnus cottidie fletibus
cogitandum quam rapidus quam
terribilis suam nos opera requirens
in die mortis exitus huius mundi veni
at. Si enim ad deum eciam morien
tem venit et in illo aliquid quesivit
in quo invenire nichil potuit quid
utique nos miseri dicturi quid actu
ri sumus qui innumera mala commis

imus. Quid requirenti adversa
rio et multa sua invenienti in
nobis opera dicemus nisi solum quod no
bis est certum refugium solida spes quia
unum cum eo facti sumus in quo prin
ceps mundi huius et suum aliquid
requisivit et invenire minime po
tuit quia solus est inter mortuos
liber et a peccati iam servitio vere
libertati solutus quia ei qui vere
liber est unimur. Constat enim
nec negare possumus sed veraciter
fatemur quia princeps huius mun
di habet in nobis multa. Sed tamen
mortis nostre tempore iam nos rapere
non valet quia eius membra ef
fecti sumus in quo non habet
quicquam. Sed quid prodest quod eidem
redemptori nostro per fidem iungimur
si ab eo moribus disiungamur. Ip
se etenim dicit Non omnis qui dicit
michi domine domine intrabit in regnum
celorum. Recte ergo opera fidei recta
iungenda sunt. Mala que fecimus
per cottidiana lamenta diluamus
tam factas nostras nequicias sur
gencia ab amore dei et proximi re
cta opera superent. Nulla que possu
mus fratribus impendere bona [illegible]
[illegible] nec aliter redemptoris nostri
membra efficimur nisi miserendo
deo et compaciendo proximis. Sed
quia ad amorem dei et proximi
plerumque corda [illegible] magis
exempla quam excitant caritati — vba
vite indicare studeo cuius quod pastor
est filius meus exemplaris ora
tionis presentes providencie exor
tus in [illegible] fratrum terra [illegible]
solet narrare [illegible]. Fuit enim
quoniam mea quidem Martinus nomine
vir valde venerabilis monachus
qui ex suo monasterio visitacionis
gratia ad aliud monasterium tendebat

spiritalis

[q]ui specialis preerat pater pergens [i]tacque leprosum quendam quem de[n]sium elephantinus morbus per membra fedaverat invenit vi[a] nolentem ad suum hospicium redi[re] et pre lassitudine non valentem in ipso vero itinere se habere prohibebat hospicium quo isdem martirius monachus ire festinabat. Vir autem dei eiusdem leprosi lassitudini compatiens pallium quo vestiebatur protinus abiecit et expandit ac desuper leprosum posuit eumque eo pallio undique constrictum super humeros levavit secumque revertens detulit. Cumque iam monasterii foribus appropinquaret spiritalis pater eiusdem monasterii magnis clamare vocibus cepit: Currite ianuas monasterii citius aperite quia frater martirius ad monasterium venit dominum portans. Statim vero ut martirius ad monasterii aditum pervenit is qui leprosus esse putabatur de collo eius exiliens et ea specie apparens qua recognosci ab omnibus solet redemptor humani generis deus et homo christus ihesus ad celum martirio aspiciente redyt eique ascendens dixit: Martiri tu non me erubuisti super terram ego te non erubescam super celos. Qui sanctus vir mox ut monasterium ingressus est ei pater monasterii dixit: Ubi est quem portabas? Cui ille dixit: Si ego scissem quis esset pedes illius tenuissem. Tunc idem martirius narrabat quia cum eum portasset pondus eius minime sensisset. Nec mirum. Quomodo enim pondus sentire poterat eius qui portantem portabat? Qua in re pensandum nobis est quantum fraterne compassio valeat quantum nos cum potentia dei interne opera coniungant. Inde enim ille qui est super omnia proximus nobis quod nos per compassionem proximi etiam sub nosmetipsos deponimus. In rebus corporalibus nemo alta tangere nisi qui tendit. In rebus vero spiritalibus certum est quia quanto plus per compassionem inclinamur tanto altius veriusque appropinquamus. Ecce ad redemptori generis humani ad confirmationem nostram minime sufficiat quod in extremo iudicio dicturum se esse perhibuit: Quam diu fecistis uni de his fratribus meis mihi fecistis, nisi et ante iudicium hoc in se ostenderet quod dixisset ut videlicet demonstraret quia quisquis inte exigentibus bona operum exhibet ei hic specialiter impendit cuius amore exhibuit et tanto plus quisque maiorem in eodem recipit quanto in eo despiciat qui amplius despiciendus videtur. Quid est in humana carne sublimius quam caro christi que est super angelos exaltata? Et quid est in humana carne subiectius quam caro leprosi que tumescentibus scinditur exhalantibus fetoribus impletur? Sed ecce in specie leprosi apparuit et is qui est reverendus super omnia nisi despectus infra omnia designatus est. Cur hoc? ut nos sensu tardiores admoneret quatinus quisquis ei qui in celo est festinat assistere humiliari in terra et compati etiam abiectis et despectis non recuset. De spiritalibus fratribus non recusat loqui caritati vestre sub brevitate degrediar. Sed quia non est in homine via eius nec viri est qui tenere non potest que disponit ipse de quo loquimur christus qui vivit et regnat etc.

indigentibus

abiectius

vulneribus

videri

In illo tempore dixit ihesus secundum lucam discipulis suis: Homo quidam erat dives et induebatur purpura et

bysso et epulabatur cottidie splendi
de. Et erat quidam mendicus nomine
lazarus qui iacebat ad ianuam eius
ulceribus plenus cupiens saturari de
micis que cadebant de mensa divitis
et nemo illi dabat. Sed et canes veni
ebant et lingebant ulcera eius etc.

Omelia beati gregorii pape de eadem lectione

In verbis sacri eloquii fratres karissimi pri
us servanda est veritas hystorie et
post modum requirenda spiritualis in
telligencia allegorie. Tunc namque
allegorie fructus suaviter carpitur
cum prius per historiam veritatis radice
solidatur. Sed quia nonnumquam allegori
a fidem edificat et historia morali
tatem nos qui auctore deo iam fid
elibus loquimur non ab re credimus
si ipsum loquendi ordinem permute
mus. Scimus qui fidem iam rectam
tenetis prius de allegoria aliquid bre
viter audire debeatis. Et quod vobis de
moralitate hystorie valde est necessa
rium hoc in exposicionis nostre ordine
fuerit extremum. Quia ea plerumque
solent melius recoli que contingit
postmodum audiri. Sensus alle
goricos sub brevitate transcurrimus
ut [ad] moralitatis latitudinem citius
venire valeamus. Homo quidam
erat dives qui induebatur pur
pura et bysso et epulabatur cotti
die splendide. Nisi iudaicum populum
signat qui cultum vite exterius ha
buit [qui accepte legis] delicijs ad nitorem usus
est non ad utilitatem. Quem vero la
zarus ulceribus plenus nisi gen
tilem populum figuraliter exprimit.
Qui dum conversus ad deum peccata
sua confiteri non erubuit huic vul
nus in cute fuit. In cute quippe
vulnus virus a visceribus trahitur
et foras erumpit. Quid est ergo pecca
torum confessio nisi quedam vulnerum
ruptio. Quia peccati virus salubriter
aperitur in confessione quod pestifere
latebat in mente. Vulnera etenim
cutis in superficiem trahunt humo
rem putredinis. Et confitendo pec
cata quid aliud agimus nisi ma
lum quod in nobis latebat aperimus.
Sed lazarus vulneratus cupiebat
saturari de micis que cadebant de men
sa divitis et nemo illi dabat. Quia
gentilem quemque ad cognicionem le
gis admittere superbus ille populus de
spiciebat. Qui cum doctrinam legis
non ad caritatem habuit sed ad elaci
onem quasi de acceptis opibus tu
muit. Et quia ei verba defluebant
de sciencia quasi mice cadebant de
mensa. At contra iacentis pauperis
vulnera lingebant canes. Nonnum
quam solent in sacro eloquio per canes
intelligi predicatores. Canis etenim
lingua vulnus dum lingit curat.
Quia et doctores sancti dum in
confessione peccati nostri nos instruunt
quasi vulnus mentis per linguam
tangunt. Et quia nos loquendo
a peccatis eripiunt quasi vulnera
tangendo ad salutem reducunt.
Quia enim canum nomine predicatorum
lingua signatur dum per psalmistam
dicitur lingua canum tuorum ex inimi
cis ab ipso. Ex iudeis quippe infi
delibus sancti predicatores electi
sunt qui in assercione veritatis contra
fures vehementes magnos pro domi
no ut ita dicam latratus dederunt.
Quo contra de quibusdam increpa
cione dicitur canes muti non valen
tes latrare. Quia igitur predicatores
sancti peccata dampnant confessio
nem vero peccatorum approbant dicentes
Confitemini alterutrum peccata vestra
et orate pro invicem ut salvemini
Ulcera lazari canes lingunt. Sa

[Margin, left:] Quis fratres karissimi quis dives iste qui induebatur purpura et bysso et epulabatur cottidie splendide

eorum doctores dum gentilium confessiones accipiunt mentium vulnera quasi lingua restituunt. Unde et bene Lazarus interpretatur adiutus. Quia ipsi hunc increpacione iuvant qui eius vulnera per lingue correpcionem curant. Potest etiam per linctionem canum lingua adulancium signari. Adulantibus enim vulnera mea lingere est plerumque solent etiam ipsa mala que nos in nobis reprehendimus per favorem laudare. Contigit vero ut uterque moreretur. Dives qui induebatur purpura et bysso sepultus est in inferno. In sinu vero Abrahe Lazarus ab angelis ductus est. Quid Abrahe sinus nisi secretam requiem significat patrum, de qua veritas dicit: Multi inquit venient ab oriente et occidente et recumbent cum Abraham et Isaac et Jacob in regno celorum, filii autem regni huius eicientur in tenebras exteriores. Qui cum purpura et bysso induitur dives recte regni filius vocatur. Qui de longinquo ad videndum Lazarum oculos levat quia dum pro dampnacione sue supplicia infideles in imo sunt fideles quos ante diem extremi iudicii super se in requiem attendunt, quorum post gaudia contemplari nullatenus possunt. Longe vero est quod conspiciunt quia illuc per meritum non attingunt. In lingua autem amplius ardere ostenditur cum dicit: Mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam et refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma. Infidelis populus verba legis in ore tenuit que opere servare contempsit. Ibi ergo amplius ardebat ubi se ostendit scire que facere noluit. Quia propter bene de doctis et negligentibus per Salomonem

dicitur: Omnis labor hominis in ore eius, sed anima illius non implebitur. Quia quisquis hoc solummodo laborat ut sciat quid loqui debeat, ab ipsa refectione sue sciencie mente vacua ieiunat. Ab extremo digiti se tangi desiderat quia eternis suppliciis datus optat operacione iustorum vel ultima participari. Cui respondetur quod in hac vita bona recepit quia omne gaudium suum felicitate transitoria putavit habere. Hic etenim possunt et iusti bona habere nec tamen hec in remuneracione compensacione recipere. Quia dum meliora i. eterna appetunt eorum iudicio quelibet bona affuerint cum sanctis desideriis estuant bona minime videntur. Unde David propheta cum regni divitiis multisque obsequiis fulciebatur, quasi nisi et hec ad necessitatem bona esse conspiceret, uni tamen singulariter bono inhianter estuabat dicens: Michi autem adherere deo bonum est. Inter hec notandum est quod ei dicitur: Memento fili. Ecce eum Abraham filium vocat quem tamen a tormento non liberat. Cum enim infideles populi precedentes patres fideles quia multos a sua fide deviasse considerant, eos nulla compassione a tormentis eripiunt quos tamen per carnem filios recognoscunt. In tormentis autem dives positus quietem sibi habere se probet quia superbus idem iudaicus populus qui ex magna iam parte dampnatus est sequaces suos quos super terram reliquit quinque sensibus corporis deditos novit. Cum vero tanto numero fratres quos relinquerat exprimit quia eos ad spiritualem intelligenciam non assurgere. Petit ut ad eos Lazarus mittatur. Cui quod Moysen et prophetas habeant dicitur. Sed ait: Quia non credunt nisi si quis

bonis

quinque moysi libros tenuit intelligens ut quinque sensibus

i. in fine posuit gravit

ex mortuis resurrexerit eum protinus responderetur: Si moysen et prophetas non audiunt neque si quis ex mortuis resurrexerit credent ei. Certe de semetipso veritas dicit: Si crederetis moysi crederetis utique et michi. De me enim ille scripsit. Impletum ergo est quod per abrahe responsionem dicitur: Ex mortuis enim dominus surrexit, sed iudaicus populus quia moysi credere noluit ei etiam qui resurrexit ex mortuis credere contempsit. Cum enim moysi verba spiritualiter intelligere contempsit ad eum de quo moyses locutus fuerat non pervenit. Hec vos fratres karissimi pro indagandis allegorie misteriis succincte transisse sufficiat. Nunc ad intuendam lazari et divitis moralitatem animus recurrat. Homo quidam erat dives et induebatur purpura et bysso et epulabatur cottidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine lazarus qui iacebat ad ianuam divitis ulceribus plenus. Nonnulli putant precepta veteris testamenti districtiora esse quam novi, sed hii minus improvida consideratione falluntur. In illo enim non tenacia sed rapina mulctatur. Ibi res iniuste sublata restitutione quadrupli punitur, hic autem dives iste non abstulisse aliena reprehenditur sed propria non dedisse. Nec dicitur quia vi quempiam oppressit sed quia in acceptis rebus se extulit. Hinc ergo summopere colligendum est quam pena multandus sit qui aliena diripit si inferni dampnacione percutitur qui propria non largitur. Nemo ergo securum se estimet dicens: Ecce aliena non rapio sed liciter concessis rebus fruor. Quia dives iste non ideo punitus est quia aliena abstulit sed quia acceptis rebus semetipsum male deliquit. hocque fuit quod hunc inferno tradidit quia in sua felicitate timidus non fuit, quia percepta dona ad usum arrogancie inflexit, quia viscera pietatis ignoravit, quia peccata sua redimere etiam cum sibi habundaret precium noluit. Et sunt nonnulli qui cultum subtilium preciosarumque vestium non putant esse peccatum. Quod videlicet si culpa non esset nequaquam sermo dei tam vigilanter exprimeret quod dives qui torquebatur apud inferos bysso et purpura indutus fuisset. Nemo quippe vestimenta precipua nisi ad inanem gloriam querit, videlicet ut honorabilior ceteris esse videatur. Nam quia pro sola inani gloria vestimentum preciosius queritur res ipsa testatur, quod nemo vult preciosis vestibus indui ubi ab aliis non possit videri. Quam culpam possumus melius etiam ex diverso colligere, quia si abiectio vilis indumenti virtus non esset evangelista vigilanter de iohanne non diceret: Erat indutus pilis cameli. Sed notandum nobis magnopere est more veritatis de superbo divite et humili paupere quantus sit ordo narrationis. Ecce enim dicit: Homo quidam erat dives, et protinus subinfertur: Erat quidam mendicus nomine lazarus. Certe in populo plus solent nomina divitum quam nomina pauperum sciri. Quid est ergo quod dominus de paupere et divite verbum faciens nomen pauperis dicit et nomen divitis non dicit, nisi quod deus humiles novit atque approbat et superbos ignorat. Unde et quibusdam de miraculorum virtute superbientibus in fine dicturus est: Nes

Si remotus fuisset si
eg inopia. sic esset cu
lis oportuna rursus plage

scio vos unde sitis. Discedite a me
operarii iniquitatis. Ac contra Moysen
dicitur: Novi te ex nomine. Ait ergo de
divite: Homo quidam. Ait de pau-
pere: Egenus nomine Lazarus. Ac si
aperte dicat: Pauperem humilem
scio, superbum divitem nescio. Il-
lum cognitum per approbationem ha-
beo, hunc per iudicium reprobationis
ignoro. Pensandum nobis est
etiam conditor noster quanta omnia consi-
deratione dispensat. Una etenim
res non pro una re agitur. Nam
ecce plenus ulceribus, plenus men-
dicus Lazarus ante ianuam divitis
iacet. Qua de re una eadem duo iu-
dicia explevit. Habuisset enim ali-
quam excusationem dives si Laza-
rus et ulcerosus pauper ante ianu-
am eius non iacuisset. Rursum
si longe esset dives ab oculis vel
aspectu pauperis minorem tolerasset
in animo temptationem pauper. Sed
dum egenum et ulceratum ante ianu-
am divitis et deliciis affluentis
posuit, in una eademque re et ex
visione pauperis non miserantis cu-
mulum dampnationis invalit
et rursum ex visione divitis te-
mptatum cotidie pauperem probavit.
Quantas putas hunc egenum et ulceri-
bus obsessum temptationes cogi-
tis in sua temptatione tolerasse cogitatione
cum ipse egeret pane et non ha-
beret etiam salutem, atque ante se di-
vitem cerneret habere salutem et
delicias haberet cum voluptate,
se dolore et frigore affici, illum gau-
dere conspiceret bysso et purpura
vestiri, se deprimi vulneribus, illum
defluere acceptis rebus, se egere,
illum nolle largiri. Quantus puta-
mus fratres karissimi tunc in corde pau-
peris tumultus temptationis fuit.

Cui certe poterat ad penam sufficere
paupertas etiam si sanus fuisset, et rur-
sum sufficeret egritudo etiam si sub-
sidium adesset. Sed ut probaretur amplius
pauper, simul hunc paupertas et e-
gritudo tabescebat. Atque insuper videbat
procedentem divitem obsequentibus cuneis
cum stipari et se in infirmitate et
inopia a nullo visitari. Nam quia
nemo ei ad visitandum accederet testan- libenter
tur canes qui licenter vulnera linge-
bant. Ex una ergo re omnipotens deus
duo iudicia exhibuit dum Lazarum
pauperem ante ianuam divitis iacere per-
misit, ut et dives impius dampna-
tionis sibi augeret [illegible] ultio-
nem et temptatus pauper cresceret
ad remunerationem. Conspiciebat
ille cotidie cui non misereretur, videbat
iste de quo probaretur. Duo inferius
corda, sed unus desuper inspector, qui
hunc temptando exercebat ad gloriam
et illum tolerando expectabat ad pe-
nam. Nam sequitur: Factum est autem
ut moreretur Lazarus et portaretur
ab angelis in sinum Abrahe. Mor-
tuus est autem et dives et sepultus
est in inferno. Qui nimirum dives
cum eum in hac vita misereri non nolu-
it, in suo iam supplicio positus pro-
miseri querit. Nam ecce subiungitur:
Elevans oculos cum esset in tor-
mentis vidit Abraham a longe et
Lazarum in sinu eius, et ipse clamans
dixit: Pater Abraham miserere me-
i et mitte Lazarum ut intingat ex-
tremum digiti sui in aquam et refri-
geret linguam meam quia crucior
in hac flamma. O quanta est sub-
tilitas iudiciorum dei. O quam distri-
cte agitur bonorum actuum malorumque
retributio. Retro superius dictum est quia
in hac vita Lazarus cadentes mi-
cas de mensa divitis querebat.

et nemo illi dabat. nunc de supplicio
divitis dicitur quod de extremo digito
lazari distillari aquam in os suum con-
cupiscat. Hinc ergo fratres colligite
quanta sit districtio severitatis dei. Di-
ves enim iste qui vulnerato pauperi
mense sue vel minima dare noluit
in inferno positus usque ad minima
querenda pervenit. Nam guttam aque pe-
Lazarus tiit qui micas panis negavit. Sed
notandum nobis est quod dives quod di-
ves in igne positus linguam suam
refrigerari petiit. mos enim est sacri
eloquii ut aliquid dicat aliud sed ex e-
odem dicto aliud innuat. Superius au-
tem hunc superbum divitem dum non lo-
quacitati vacantem diceret sed sup-
erflue quiescentem. Neque hunc de loqua-
citate narravit sed de elatione et te-
nacia id est avaricia de edacitate per-
cussisse. Sed quia habundare in convi-
vio edacitas solet, is qui hic ma-
le conviviatus dicitur apud infernum
gravius in lingua ardere perhibetur.
Prima namque male conviviantibus fa-
mulatur culpa loquacitatis. post
loquacitatem ludendi etiam levitas
sequitur. Nam quia edacitatem luxuria
sequatur testatur sacra scriptura que
ait. Sedit populus manducare et bi-
bere et surrexerunt ludere. Sed prius
ad luxum moveatur corpus ad iocos
vel verba inania movetur lingua. Quid
ergo est quod innuitur quod in tormentis posi-
tus dives lingua sua refrigerari
postulat nisi quod is qui conviviando
magis de loquacitate peccaverat
per retributionis iusticiam in lingua a-
trocius ardebat. Sed cum gravi val-
de est pavore pensandum hoc quod ei
per abrahe responsionem dicitur. fili re-
cordare quia recepisti bona in vita
tua et lazarus similiter mala. Nunc
hic consolatur, tu vero cruciaris. Ist-

-ud fratres karissimi sententia pavore poci-
us indiget quam exposicione. Nam
si qui estis qui in hoc mundo ex-
terioris boni aliquid accepistis ip-
sum ut ita dicam donum exterius
pertimescere debetis ne vobis pro quo-
rumcumque vestrorum actuum recompensaci-
one sit datum. Ne iudex qui hic bona
exteriora restituit a retribucione bo-
ni intimi repellat. ne honor hic
vel divicie non adiumentum virtutis
sit sed remuneracio sit laboris. Ecce
enim dicitur dum recepisti bona in vita
tua indicatur et dives iste boni ali-
quid habuisse ex quo in hac vita
[illegible] recepit prospera muneratur et lazarus ha-
buisse malum aliquid quod purgaretur.
Sed mala lazari purgavit ignis
inopie et bona divitis remunera-
vit felicitas transeuntis vite. Illum
paupertas afflixit et tersit. istum
habundancia remuneravit et repulit.
Quicumque ergo bene in hoc seculo habe-
tis cum vos bona egisse recolitis
de ipsis pertimescite ne concessa vo-
bis prosperitas eorundem remuneracio sit
bonorum. Sed cum quoslibet pauperes
nonnulla reprehensibilia perpetrare con-
spicitis nolite despicere. nolite despe-
rare quia fortasse quos superfluitatis
tenuissime pravitatis inquinat
caminus paupertatis purgat. De
vobis omnino pertimescite quia non-
et nulla eciam nostra male acta prospera
vita secuta est. De illis pusillitate
[illegible] quia eorum vitam magis paupertas
cruciat quousque ad emendacionem
perducat. Sequitur. Et in his omnibus
inter nos et vos magnum chaos
firmatum est. ut hi qui volunt
transire ad nos non possunt. neque
inde huc transmeare. Quamvis
valde querendum est quod dicitur
hi qui volunt transire ad nos n-

possunt. Quia enim hi qui in inferno sunt
ad bonorum sortem transire cupiunt
dubium non est. Qui vero iam in beati-
tudinis sorte suscepti sunt quo pac-
to dicatur quia transire ad eos qui in
inferno cruciantur volunt. Sed sicut
transire reprobi ad electos cupiunt
id est a suppliciorum suorum afflic-
tione migrare. ita ad afflictos
atque in tormentis positos transire
iustorum est mente ire per misericordiam eos-
que velle liberare. Sed qui volunt
de beatorum sede ad afflictos atque in
tormentis positos transire/ non
possunt. quia iustorum anime quam-
vis in sue nature bonitate miseri-
cordiam habeant iam tunc auctoris sui ius-
ticie coniuncte tanta rectitudine con-
stringuntur ut nulla ad reprobos com-
passione moveantur. ipsi quippe
iudici concordant cui inherent
et eis quos eripere non possunt
nec ex miseratione condescendunt. Tanto ergo tan-
tum illos tunc a se videbunt extra-
neos. quanto ab eo quem diligunt
auctore suo conspiciunt se illos a
iustis esse repulsos. Nec iniusti ergo
ad bonorum sortem transeunt quia
dampnatione perpetua constringun-
tur. nec iusti transire ad reprobos pos-
sunt. quia recti iam per iusticiam iudi-
cii eis nullo modo ex aliqua compassi-
one miserentur. Sed postquam arden-
ti diviti de se spes tollitur eius animus
ad propinquos quos reliquerat re-
currit. Quia reproborum mentem pena
sua quandoque inutiliter erudit ad cari-
tatem. ut iam tunc suos etiam
spiritualiter diligant qui hic dum
peccata diligerent nec se amabant.
Unde nunc dicitur. Rogo te pater ut
mittas eum in domum patris mei.
habeo enim quinque fratres ut testificetur
illis ne et ipsi veniant in hunc
locum tormentorum. Qua in re no-
tandum est. ut ardenti diviti quanta
ad supplicium cumulantur. Ad penam
namque suam et ei cognicio servatur et
memoria. Cognoscit enim lazarum
quem despexit. fratrum quoque suorum me-
minit quos reliquit. Perfecta quip-
pe ei ultio de paupere non esset si non
in hoc quod ipse patitur eadem suis timeret.
Ut ergo peccatores in supplicio amplius
puniantur et eorum vident gloriam quos
contempserunt et de illorum etiam pena
torquentur quos inutiliter amave-
runt. Credendum vero est quod ante retri-
bucionem extremi iudicii iniusti in
requie quosdam iustos conspiciunt
ut eos videntes in gaudio non solum
de suo supplicio sed etiam de illorum
bono crucientur. Iusti vero in tormenti-
is semper intuentur iniustos/ et
hinc eorum gaudium crescit. quia ma-
lum conspiciunt quod misericorditer
evaserunt. Tantoque maiores e-
reptori suo gratias referunt. quan-
to vident in aliis quod ipsi perpeti si es-
sent relicti potuerunt. Nec illa tam
te beatitudinis claritatem apud ius-
torum animum fuscat/ aspecta pena
reproborum. quia ibi iam compassi-
o miserie non erit. minuere procul du-
bio bonorum leticiam non valebit. Quam-
quam mirum si dum iusti iniustorum
tormenta conspiciunt. hoc eis veni-
at in obsequio gaudiorum. quia et in
pictura niger color substernitur ut
albus vel rubeus clarior videatur.
Et quamvis eis sua gaudia ad perfru-
endum plene sufficiant. mala tamen
reproborum absque dubio semper aspi-
ciunt. Quia qui creatoris sui clari-
tatem vident. nichil in creatura a-
gitur quod videre non possint. Petenti
autem diviti ut lazarus mittatur.
ab Abraham respondetur. Habent

moysen et prophetas illos audiant. Sed qui
dei verba despexerat, hec audire non pos-
se suos sequaces estimabat. Unde et
respondit dicens. Non pater Abraham sed si quis
ad eos ex mortuis ierit credent. Cui
mox veritatis sententia dicitur. Si moy-
sen et prophetas non audiunt neque si quis
ex mortuis resurrexerit credent ei.
Quia nimirum qui verba legis despici-
unt, redemptoris precepta qui ex mor-
tuis resurrexit, quanto subtiliora sunt
tanto hec difficilius implebunt. Minus
est enim quod per legem dicitur, quam hoc
quod per dominum iubetur. Illa enim dare de-
cimas precepit, redemptor vero noster
ab hiis qui perfectionem sequuntur omnia
dimitti iubet. Illa peccata carnis rese-
cat, redemptor vero noster illicitas etiam
cogitationes dampnat. Si ergo mo-
ysen et prophetas non audiunt neque si quis
ex mortuis resurrexerit credent ei.
Quia hii qui viliora legis precepta
implere negligunt, salvatoris nostri
mandatis altioribus obedire quomodo
valescunt. Et nimirum constat quia
cuius implere dicta renuunt, ei paulo
bus credere recusant. Hoc nos de ipsa
rei geste consideratione dixisse suf-
ficiat. Sed vos fratres karissimi et requi-
em lazari et penam divitis cogno-
scentes solliciter agite, culparum vestra-
rum intercessores querite atque ad te
advocatos vobis in diem iudicii
pauperes parate. Multos etenim nunc
lazaros habetis, ad ianuas vestras
iacent, atque hiis indigent que
vobis iam saciatis cottidie de mensa
sua cadunt. Verba sacre lectionis de-
bent nos instruere ad implenda mandata
pietatis. Cottidie lazarum si re-
quirimus invenimus, cottidie la-
zarum, si non querimus, cernimus. Ecce
importune se pauperes offerunt, ro-
gant nos, qui tunc pro nobis intercesso-
res veniant. Certe nos orando roga-
re debuimus et tamen rogamur. Vi-
dete si negare debemus quod petimur,
quando patroni sunt qui petunt. Noli-
te ergo tunc tempora perdere, nolite ac-
cepta remedia dissimulare. Ante
supplicium cogitate de supplicio. Cum
quoslibet in hoc mundo aspicitis
abiectos, etiam si qua eorum reprehensi-
bilia esse videantur, nolite despicere,
quos morum infirmitas vulnerat
medicina paupertatis curat. Quo-
rum si qua sunt talia que debeant
iure reprehendi, hec si vultis ad usum
vestre mercedis flectitis, ut ex ipsis
eorum vitiis cumulantur vobis incre-
menta pietatis, quatenus per iter
pariter detis et verbum, panem ref-
ectionis cum verbo correctionis et quo
a vobis alimenta percipiant, quod unum
querebant, dum et extius alio in(di)g-
(u)erant eloquio. Pauperes ergo cum rep-
rehensibilis cernitur moneri debet.
Si vero reprehensionis nichil habet
veneranter summopere sicut intercessor
debet. Sed ecce multos cernimus
qui cuius sint meriti nescimus. Er-
go venerandi sunt cuncti, et ne-
cesse est ut omnibus te humiliare debe-
as, cui ignoras quis sit Christus.
Rem fratres refero quam bene is
qui presto est frater et compresbiter meus
Speciosus novit. Eo tempore quo mona-
sterium petii, anus quedam Redempta
nomine in sanctimoniali habitu
constituta in urbe hac iuxta beate
Marie virginis ecclesiam manebat.
Hec illius Herundinis discipula fu-
erat, que magnis virtutibus pol-
lens super Penestrinos montes vi-
tam heremiticam duxisse ferebatur.
Huic due in eodem habitu discipu-
le, una nomine Romula et altera
que nunc superest, quam quidem facie

scio si nomine nescio Tres itaque hee
in uno habitaculo commanentes moribus
quidem divites plena sunt tamen rebus
pauperem vitam ducebant Hec autem quam
prefata Romula aliam quam predixi condisci [prima]
pulam suam magnis vite meritis
anteibat Erat quippe mire paciencie
summe obediencie custos oris sui ad
silencium studiosa valde ad conti
nue orationis usum Sed quia ple
rumque hii quos iam perfectos homines
estimant adhuc in oculis summi
opificis aliquid imperfectionis habent
sicut sepe imperiti homines necdum
perfecte sculpta sigilla conspicimus
et iam quasi perfecta laudamus que adhuc
artifex considerat limat lauda
ri iam audiens et tamen ea tun
dere meliorando non desinit Hec quam
prediximus Romula ea quam greco [paralisi]
vocabulo medici paralisin vocant
molestia corporali percussa est multis
que annis in lectulo decubens pe
ne omni iacebat membrorum officio
destituta Nec tamen hec eadem
eius mentem ad impacienciam fla
gella perduxerant Nam ipsa ei de
trimenta membrorum facta fuerant
incrementa virtutum quia tanto
sollicitius ad usum orationis succre
verat quanto et aliud quodlibet agere
nequaquam valebat Nocte igitur
quadam eandem Redemptam quam
prefatus sum que utrasque discipulas
suas loco filiarum nutriebat vocavit
dicens matrem veni mater veni Que mox
cum alia discipula sur
rexit sicut utrisque referentibus et mul
tis res eadem claruit et ego quoque
eodem tempore agnovi Cumque noctis
medio lecto iacentis assis
terent subito celitus lux emissa om
ne illius cellule spacium implevit
Et splendor tante claritatis emi

cuit ut corda assistencium inestimabi
li pavore constringeret atque ut post ipse refe
bant omne in eis corpus obrigesceret
et in subito quasi stupore remaneret
Cepit namque quasi cuiusdam magne
multitudinis ingredientis sonitus
audiri hostium cellule concuti ac si con
gredientium turba premeretur atque ut di
cebant intrancium multitudinem senci
ebant sed nimietate timoris et lucis
videre nichil poterant quia oculos
et pavor depresserat et ipsam tanti lu
minis claritatem reverberabat Quam
lucem protinus miri odoris est fragran
cia subsecuta ita ut earum animum quia [qua]
lux emissa terruerat odor suavitatis
refoveret Sed cum vim claritatis illius
ferre non possent cepit eadem Romu
la assistentem et trementem Redemp
tam suam magistram blanda
voce consolari dicens Noli time
re mater non morior modo Cumque hoc
crebro diceret paulatim lux que fuerat
emissa subtracta est sed is qui subse
cutus est odor remansit Sicque di [secundus et tercius]
es sequens transiit ut aspersa fragrancia
ab odoribus remaneret Nocte igitur quar
ta eandem magistram suam iterum revo
cavit Qua veniente viaticum pe
tiit et accepit Necdum vero eadem Re
dempta vel alia eius discipula a le
ctulo iacentis abscesserant et ec
ce subito in platea ante eiusdem cel
lule hostium duo chori psallencium
constiterunt et sicut ipse dicebat
sexus ex vocibus discrevisse psal
modie cantus dicebant viri et
femine respondebant Cumque ante
fores celle exhiberentur celestes
exequie sancta illa anima carne solu
ta est Que ad celum ducta quanto cho
ri psallencium altius ascendebant
tanto cepit psalmodia lenius au
diri quousque ad eiusdem psalmodie

sonitus et odoris suauitas elongata
finiretur. h' igitur quaz diu vixit in
corpore quis illam h'et in honore
indigna amictis · omnibus despectam
debat. Quis ad illam attēdere/dignare
tur. Sed latebat in sterquilinio mar-
garita dei. sterquilinium fr̄es hanc
ipam corruptibilitatez corporis ap-
pello. Sterquilinium abiectionē pau-
pertatis nomino. Assumpta est ergo
margarita que iacebat in sterqui
linio et posita in celestis regis orna
mento. Jam int' superiores ciues emi
cat. Jam int' ignitos lapides illos
etiam dyadematis choruscat. Quos
qui in mundo: vos diuites aut esse
creditis · aut estis conferte si pote
stis falsas diuicias vitas veris di
uicijs · comule. Vos qui in hui'
mundi via omnia amissuri possi
detis. Illa nichil in via' quesiuit
et omnia inuenit in puenctione.
Vos letam vitam ducitis · tristē mor
tem timentis. Illa tristam vitā ptu
lit ad letam mortem peruenit. Vos
aut' ostentatis obsequium homi' Illa de
specta ab omnibus/venit spacis co-
ros angelorum. Discite igitur fr̄es
talia cuncta despicere. discite hono
rem transeuntē contempnere. etiam
gl'am amare/honorare fr̄s pauper'
cinius · et cos foris conspicitis desp'
cos seculi · intus arbitrium amicos di
Sum hos percipiunt qd' habetis
ut hii qui iā dignent' vobiscum percipe
re qd' hnt. Pensate qd ore magni ge
ntium dicat' In hoc tp'e vira habūdancia
illor' copia suppleat ut et illorum
habundancia vr'e sit inopie supplemē
tum. Pensate qd ipsa p' se veritas dicat Qu
diu fecistis uni ex his fr̄ibus meis
minimis m' fecistis. Quos retribuendū
gr̄o pigri cur estis qū hec qui iacent
in terra porrigitis · sedenti in celo dat
Sed h' omnip's deus qui p' me i' vr'is
auribus loquitur · p' se in vr'is mentibus
loquatur. Qui viuit et regnat
cum patre in vnitate spiritus sancti deus
Per omnia secula seculorum amen.

Omēe · i' euang' sm̄ lucam Erat sig' i' so
Omēe s' euā · s' lucā · Assumpsit ihs xp̄
Omēe · s · e · s' mt' / loqūte ih' ad t' · Ecce n
Omēe s e s' mt' cunpt ih' ac' dis' · s · di
Omēe s e s' mt' · Ambl' ihc secus mare
Omēe s e s' mt' · Cu audis' · io · in vinclis
Omēe s e s' iohē' Miserunt iudei ab jo
Omēe s · e · s' luc · Exijt edictum a cesare
Omēe s · e sm̄ mt' Ho' q'da' pegre pfas
Omēe s · e · sm̄ mt' · Cu natus eēt i' bet
Omēe s · e · s' mt' · Si · ē i'g · c · the · ab
Omēe s · e · s' mt' Simile · e · r · ce · x · virgī ·
Omēe s e s' luc Sit lumbi vri' precincti
Omēe s · e · s' iohē Ego sum pas' bon ·
Omēe s · e · s' luc Exijt q' semi · semi
Omēe s · e · s' mt' Ductus e ihus i' des'
Omēe · s · e · s' luc Designauit do' ihs et ali
Omēe s · e · s' iohē Quos ex vo · ar · me ·
Omēe s · e s' mt' Simile est r · c · hoi pri
Omēe s · e · s' luc Anno quinto decimo
Incipiunt omēe q' maiores vocat' xx^ti
Omēe s · e · s' marc Vna sabbi ma
O s · e · sm̄ iohē In illo t' Vna sab
mariamagdale · mane ve · cu te ·
Omēe · s · e · s' luc Duo ex discipulis
Omēe s · e s' ioh · manifes · ad mon
Omēe s · e · s' iohē · Cu' sero f' esset vn ·
Omēe s · e s' io · d · i · d · s Hoc ē peceptu
Omēe s · e · s' io · Erat q'dam regulus
Omēe s · e s' mt' · Euntes i' mundu
Omēe s · e · s' io · Si quis diligit me
Omēe s · e sm̄ lu · dixit · ih' cur · si · hac
Omēe s · e · s' luca · d · i · d · s Et q's ex vobis
Omēe s · e s' luca · Rogabat ihm quidam
Omēe s · e s' luc · accessit ad ihm publica
Omēe s · e · s' luc · di · ihs · d · s · circu p
Omēe s · e · s' luc · di · ihs · sic · hac · ho

Omelie s. e. ss. luc. d. i. f. Sicque vero ad
d. s. e. ss. ant. dixi t. f. p. h. s. f. er. e. hom.
Omelie s. e. ss. lucam. Cum appropinquaret
Omelie s. e. ss. luc. d. i. d. s. h. o. q. e. d.

Incipit prefacio beati Gregorii pape super Ezechielem prophetam omelia prima

Dilectissimo fratri Mariano episcopo Gregorius servus servorum dei. Omelie quas in beatum Ezechielem prophetam ita ut coram populo loquebar excepte sunt multis curis irruentibus in abbreviatione reliqueram. Sed post annos octo petentibus fratribus scedas requirere studui, easque favente domino transcurrens in quantum ab angustiis tribulationum licuit emendavi. Tua itaque dilectio has sibi ad legendum despicabilem transmitti quesivit, que constat de beatorum patrum Ambrosii atque Augustini torrentibus profunda ac perspicua fluenta assidue bibere. Et rursum dum cogito sapienter transsumpt minima legere potiora, ut dum cibus grossior velut pro fastidio sumitur ad subtiliores epulas avidius revocatur.

scedas l. cedulas

Dei omnipotentis [Capitulum primum] spiritus aspiratione de Ezechiel propheta locuturus prius debeo tempora et modos aperire prophetie, ut dum accessus eius ostenditur virtus melius agnoscatur. Prophetie tempora tria sunt, scilicet presens preteritum et futurum. Sed sciendum est quod in duobus temporibus prophetia ethimologiam perdit, quia cum ideo prophetia dicta sit quod futura predicat, cum de preterito vel presenti loquitur rationem sui nominis amittit, quia non profertur quod preteritum est, sed vel memoratur que transacta sunt vel ea que sunt. Cuncta tamen tria prophetie tempora verius cognoscimus, si ex sacre scripture testimoniis ostendimus. Prophetia de futuro est: Ecce virgo concipiet et pariet filium. Prophetia de preterito: In principio creavit deus celum et terram. De illo enim dixit ho tempore dicat. Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota convincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta sunt, et ita cadens in faciem adorabit deum pronuncians quod vere deus in nobis sit. Cum igitur dicitur occulta cordis eius manifesta fiunt, profecto monstratur quia per huiusmodi prophetie spiritum non predicatur quod futurum est, sed ostenditur quod est. Quo ergo pacto prophetia dicitur spiritus qui nichil futurum indicat sed presens narratur? Qua in re animadvertendum nobis est quod recte prophetia dicitur, non quia predicat ventura, sed quia prodit occulta. Rem quippe quamlibet sicut ab oculis nostris in futuro tempore subtrahimus, ita ab oculis nostris in presenti subtrahit causa. Veritatem etenim res occultatur in futuro tempore, prius autem cogitatio absconditur in latebra cordis. Est etiam prophetia presens cum res quelibet non per animum sed per absentem locum tegitur, que ostenditur per spiritum demudatur, et ibi fit presens prophetantis animus ubi per presentiam non est corpus. Nam Giezi longe a propheta recesserat cum Naaman Syri munera percipiebat, cui tamen isdem propheta dicit: Nonne cor meum in presenti erat, quando reversus est homo de curru suo in occursum tibi? Sciendum quoque est quia prophetie tempora concurrunt sibi ... ad predicatione ut aliquando ex futuro preterita, aliquando vero ex preteritis predicentur futura. Dicit enim Moyses

In principio creavit deus celum et terram. Sed quis crederet quia verum de preterito diceret, si de futuro etiam non dixisset? In ipsius quoque fine libri in cuius exordio illa de preterito dixerat, aliquid prophetie per Iacob vocem de venturis premonstravit dicens: Auferetur sceptrum de Iuda et dux de femoribus eius donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium. Cui etiam per semetipsum eundem qui mittendus erat et quem dicebat propheta prophetavit dicens: Prophetam nobis suscitabit dominus deus noster de fratribus nostris tamquam me ipsum audietis. Erit autem quicumque non audierit prophetam illum exterminabitur de populo suo. Cur ergo permiscuit preteritis ventura, nisi ut dum implentur ea que de futuro predixerat ostenderet et quam de preterito vera dixisset? Cum itaque docuimus qualiter ex futurorum prophetia probantur preterita, restat nunc ut adhuc de sacris eloquiis ostendamus quomodo in prophetis spiritu ex preteritis probentur futura. Certe rex Babilonie cum somnium vidisset, misit ad magos et ariolos omnes qui sapientes Babilonie vocabantur, nec ab eis solummodo interpretationem somnii sed etiam somnium quod fuerat ut videlicet ex preterito colligeret quid in eorum responsionibus de venturo certum teneretur. Cum autem nulla dicere potuissent, Daniel perductus ad medium est. Cumque de interpretatione somnii et de narratione requisitus non solum hoc respondit quod interrogatus est, sed ipsa somnii origine replicavit dicens: Tu rex cepisti cogitare in strato tuo quid esset futurum post hec. Et paulo post: Tu rex videbas et ecce quasi statua una grandis et cetera. Cum videlicet somnium mox sordidum dixit quod erat de venturo sequebatur aperuit. Pensemus ergo ordinem prophetie: a cogitationibus venit ad somnium, a somnio pervenit ad futurum. Cui ergo ipsa ut ita dicam radicem somnii protulit, profecto ex preteritis probavit quia verum esset quod de futuris diceret. Prophetia autem presentis temporis nec preteriti attestatione indiget nec futuri. Cum enim res occulta per prophetie verba detegitur, veritatem illius res ipsa que ostenditur attestatur. Igitur quia de spiritu prophetie tractavimus, restat modo modis eius ac qualitatibus aliqua disseramus. Spiritus quippe prophetie ex presenti tangit animum prophetantis et ex futuro nequaquam tangit, aliquando ex futuro tangit et ex presenti non tangit, aliquando vero ex presenti et ex futuro tangit, aliquando autem ex preterito et ex presenti atque ex futuro pariter aliquando tangitur prophetans, aliquando tangit ex preterito prophetie spiritus nec tangit ex futuro, aliquando autem tangit ex futuro nec tangit ex preterito, aliquando vero ex presenti ex parte tangit et ex parte non tangit. Sed hec ipsa si possumus eo ordine quo premissa sunt sacre scripture testimoniis ostendamus. Ex presenti enim prophetie spiritus prophetantis animum tangit atque ex futuro non tangit. Sicut Iohannes baptista venientem dominum videns ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sed cum iam moriturus esset, missis discipulis requirebat dicens: Tu es qui venturus es an alium expectamus? In quibus verbis ostenditur quia tactus quem venisse redemptorem noverat, sed an per semetipsum ad aperienda inferni claustra descenderet dubitabat. Ex presenti ergo

prophetie spiritu tactus fuerat quia huma-
nitatem mediatoris videns et eius
divinitatem intelligens contestabatur
agnus qui peccata mundi tollit Sed
tactus ex futuro non fuerat quia ad-
ventum illius in inferno nesciebat
Aliquando vero prophetie spiritus animum pro-
phetantis ex futuro tangit atque
ex presenti non tangit sicut aperte li-
bri geneseos hystoria testatur
cum ysaac esau filium suum ad ve-
nandum misit cui minorem filium
ad benedictionem rebecca supposuit
qui coctis pellibus indutus pa-
terno palpatu corpus fraternum
finxit. Cum ille minori filio tamquam
maiori benedictionem redderet quia ei
essent longe futura nunciavit
Sed quis esset qui coram se assiste-
ret scire non potuit. Prophetie ergo spiritus
ex futuro prophetantis animum te-
tigit atque ex presenti non tetigit quia
caligantibus oculis patri et ven-
tura predicabat et presentem filium nes-
ciebat. Aliquando prophetantis animum
ex presenti pariter et ex futuro tangit
quod ex eodem libro geneseos liqui-
do docemur. In illo quippe scriptum
est quia cum vite iam termino propin-
quaret iacob duos filios ioseph
fecit assistere ut ex benedictione il-
lius possent longe post ventura
promereri. Cum maiorem ad dexte-
ram minorem vero posuit ad sinistram
cumque ille oculos senectute caligan-
tibus nepotes suos quis prior
quis ne esset minor humano in-
tuitu discernere nequaquam posset duc-
tis in obliquum brachiis dexteram
manum minori sinistram maio-
ri posuit. Cui dum corrigere filius
vellet qui ait Non ita convenit
pater quia hic est primogenitus
audivit Scio fili mi scio. Et iste
quidem erit in populos et multiplica-
bitur sed frater eius minor maior erit
illo. Prophetie ergo spiritus ex presenti patris et
ex futuro prophetantis animum tetigit
dum iacob et ventura intimabat et
eos quos corporis oculis videre
non poterat cum se positos per spiritum
discernebat. Sic autem prophete animum
prophetie spiritus ex presenti atque ex futuro te-
tigerat cum caligantibus oculis eam
que se esse aliam simulabat et uxo-
rem ieroboam esse cognovit et que
ei futura essent aperuit dicens In-
gredere uxor ieroboam quare aliam
esse te simulas Ego autem missus sum
ad te durus nuntius Vade et dic
ieroboam hec dicit dominus deus israel
quia operatus es male super omnes
qui fuerunt ante te et fecisti tibi de-
os alienos et conflatiles ut me ad
iracundiam provocares me autem
proiecisti post corpus tuum. Ideo ego in-
ducam mala super domum ieroboam.
Ex presenti ergo atque futuro patet prophetan-
tis animus tactus fuerat qui et in-
gredientem deprehendere potuit et ei
ventura nunciare. Aliquando autem ex
preterito et ex presenti atque ex futuro pariter
animus tangitur prophetantis sicut
elizabeth ad se venire mariam conspi-
ciens quia in ea natum verbum ge-
staret in utero agnovit eamque iam
domini sui matrem nominavit dicens Unde
hoc michi ut veniat mater domini mei
ad me. De cuius conceptione per an-
gelum quoque ad ioseph dicitur Quod enim
in ea natum est de spiritu sancto est. Ea
videlicet elizabeth dicit Beata que
credidisti quoniam perficientur ea que dic-
ta sunt tibi a domino. Dicens enim
Beata que credidisti aperte indicat
quia verba angeli que dicta ad ma-
riam fuerant per spiritum agnovit atque
subiungens perficientur ea que dicta sunt

ubi a deo que eam etiam in futuro sequerentur previdit. Simul ergo de preterito et de presenti atque ex futuro prophetie spiritu tacta est, que et eam promissionibus angeli credidisse cognovit, et in rem nominans quia redemptorem humani generis in utero portaret intellexit, et cum omnia presciendo cognosceret, que etiam de futuro sequerentur aspexit. Aliquando vero prophetie spiritus ex presenti tangit animum, nec tangit ex futuro, sicut in paulo apostolo aperte ostenditur, qui discipulis dicit: Notum vobis facio fratres evangelium quod evangelizatum est a me, quia non est secundum hominem; neque enim ab homine accepi illud, neque didici, sed per revelationem ihesu christi. Quod aliis quoque discipulis dicit: Secundum revelationem notum mihi factum est sacramentum, quod tamen ipsum evangelium suum quod per revelationem cognoverat, cum ierosolimam profecturus aperte diceret aut: Ecce ego alligatus spiritu vado in iherusalem, que in ea ventura sint mihi ignorans. Hoc quippe evangelii sacramentum est, quia unigenitus patris incarnatus atque pro salute homo factus est, quia crucifixus, mortuus et sepultus, et tertia resurrexit, die quadragesima ascendit in celum, atque ad dexteram dei patris sedet. Quod ergo per revelationem evangelium cognovit, prophetie spiritu de presenti tactus est. Sed quia quid pro eodem evangelio passurus esset ignoravit, de futuro procul dubio tactus non est. Nam et si dicat: nisi quod spiritus sanctus per omnes civitates protestatur mihi dicens quoniam vincula et tribulationes me manent, aperte ostendit quia ea que sibi futura essent aliis de ipso revelata

erant, non autem ipsi de se. Sicut de illo per agabum dicitur: Virum cuius hec zona est ita alligabunt oportet in iherusalem. Aliquando autem prophetie spiritus tangit ex futuro, nec tangit ex preterito, sicut de helizei facto scriptum est: Quia cum unus ex filiis prophetarum materiam succideret, huic ferrum securis in aquam cecidit, cum exclamaret: Heu heu domine mi, et hoc ipsum mutuo acceperam. Dixit autem vir dei: Ubi cecidit? At ille monstravit ei locum. Precidit ergo lignum et misit illuc, natavitque ferrum. In quo videlicet prophete facto cognoscitur, quia qui requirit ubi ceciderit, quid esset securus noverat; sed hic cum requirit, constat quia ubi ferrum cecidisset ignorabat. Prophetie ergo spiritus helizei mentem ex futuro tetigerat, qui colligantibus oculis eam que se esse aliam simulabat, et uxorem ieroboam esse cognovit, et quid ei futurum esset. Sed ex preterito non tangebat, qui et ferrum in profundis demersum quia revocaturus esset ad superficiem scire potuit, sed ubi cecidit omnino nescivit. Aliquando vero prophetie spiritus in presenti ex parte tangit et ex parte non tangit, quod petri apostoli hystoria testatur. Cum missi ad eum a cornelio milites ei sunt per spiritum nunciati. Scriptum quippe est: Dixit spiritus ei: Ecce viri tres querunt te. Ad quos ille descendit, et requirens dixit: Que causa est propter quam venistis? In quibus verbis ostenditur quia eamdem causam per spiritum non audierat, quam a militibus requirebat. In presenti ergo mentem per spiritum et ex parte tetigit et ex parte non tetigit, cum ei adesse milites

dixit et ex qua causa venerat nescit aliquando vero spiritus prophetie in futuro ex parte tangit et ex parte non tangit sicut prophetarum filii descendente helia ad helizeum dicunt Numquid nosti quia hodie dominus tollat dominum tuum a te Cumque ablato sepe per diversa dispergimur ea que in rupibus et vallibus quererent in futuro ergo eorum mente prophetie spiritus ex parte tetigerat et ex parte minime tangebat quia eum quem tollendum noverat non inveniendum credebat Ex parte itaque tacti sunt qui et sciebant quod et tolli posset et nesciebant quod inveniri non posset Hunc eundem quoque helizeus prophetie spiritum de futuro ex parte tactus erat et ex parte non tactus regi israel dicenti percute iaculo terram et cum percussisset tribus vicibus et stetisset iratus est contra eum vir dei et ait Si percussisses quinquies aut sexies sive septies percussisses syriam usque ad consumptionem Nunc autem tribus vicibus percuties eam Qui itaque noverat quia totiens percuteret syriam quotiens percussisset terram Sed cum ei diceret percute terram quotiens eam percussurus esset ignorabat Cum ipse quia et indignatus est tantum fuisse percussam profecto constat quia de futuro ex parte tactus fuerat ex parte non tactus qui syriam pariter predixit Sed terram percutere amplius noluit. Sic samuel cum ad ungendum david a domino mitteretur respondit Quomodo vadam Audiet enim saul et interficiet me Cum et david unxit nec timuit saule occisus est Ex parte ergo de futuro tactus prophetie animus fuerat et ex parte non tactus qui et ungendum david in regno noverat et quia a saule non esset occidendus ignorabat Sciendum est autem prophetas quidam ex proximo tanguntur et quod elonginquo minime tanguntur Nam quidam tanguntur cum ex proximo et non elonginquo sicut samuel propheta asinas noverat easque inventas esse se nuntiabat saul regem futurum predicat David quoque quia in eius regno succederet nuntiat Sed quia pater regis eterni futurus sit non predicat Quidam vero tanguntur elonginquo et non tanguntur ex proximo sicut idem david incarnandum dei unigenitum noverat de iudea dicens Homo factus est in ea et ipse fundavit eam altissimus Atque hunc ad celos ascensurum et ad patris dexteram sessurum intelligit dicens Dixit dominus domino meo sede a dextris meis et tamen multa que eveniunt acta sunt minime comprehendit Ut enim pauca de multis loquatur Sibam mifiboset sibi contra dominum suum mentientem non intellexit et innocentem puniens dicit Hec faciat michi deus et hec addat si non magister militie fuerit coram me omni tempore pro Ioab videlicet quid sequeretur ignorans quia idem amasa non solum principatum militie pro Ioab non suscepit sed etiam per Ioab post paululum vitam finiret Et cum templum deo construere voluit quid eveniret sequeretur nesciens prophetam alterum requisivit Quidam vero et elonginquo tanguntur et ex proximo sicut Isaias longe post futura prenuntiat dicens Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel De quo rursus ait Parvulus natus est nobis et filius datus est nobis et factus est principatus super humerum eius et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi princeps pacis Multiplicabitur eius imperium et pacis non erit finis Qui etiam de ezechia rege

prophetie spiritu tactus erat quia de in-
firmitate sua surgeret predixit et quin-
decim annos post infirmitatem uiueret nun-
ciauit. Aliquando uero prophetie spiritus prophetis
deest. nec semper eorum mentibus presto
est. quatenus cum hunc non habent
se hunc agnoscant ex dono habere
cum habent. Hinc est quod elizeus cum flentem
sunamitem mulierem a suis pedibus
pergeret puer auelli prohiberet dixit
Dimitte illam et dominus celauit me
et non indicauit michi. anima enim
eius in amaritudine est. Hinc quo-
que cum eum Josaphat de futuris
requireret et prophetie ei spiritus deesset
Psaltem fecit applicari ut prophetie ad
hunc spiritus per laudem psalmodie
descenderet atque eius animum de uen-
turis repleret. Vox etenim psalmo-
die cum per intencionem cordis agitur
per hanc omnipotenti domino ad cor iter
paratur ut intente menti uel prophetie
misteria uel compunctionis graciam infun-
dat. Unde scriptum est Sacrificium laudis
honorificabit me et illic iter est quo
ostendam illi salutare dei. Quod enim la-
tine salutare hoc hebraice ihesus
dicitur. In sacrificio igitur laudis fit
in ihesu iter ostensionis quia dum
per psalmodiam compunctio effunditur
uia nobis in corde fit per quam ad
ihesum in fine peruenitur. Sicut
ipse de sua ostensione loquitur di-
cens Qui diligit me diligetur a pa-
tre meo ego diligam eum et mani-
festabo ei meipsum. Hinc quoque scrip-
tum est Cantate domino psalmum
dicite nomini eius iter facite ei qui
ascendit super occasum dominus nomen
illi est. Ipse etenim super occasum ascen-
dit qui mortem resurgendo calcauit.
Cui dum cantamus iter facimus
ut ad nostrum cor ueniat et sui nos

amoris gracia succendat. Crebro
autem prophetis prophetie spiritus non semper
adest. et iam uir dei indicat. qui
contra samariam missus mala
que erant uentura nunciauit et
tamen prohibitus a domino in uia co-
mederet prophete falsi persuasione
deceptus est. quem fallax minime
deciperet si prophetie spiritum presentem ha-
buisset. Sciendum quoque est quod aliquando
prophete sancti dum consuluntur ex
magno usu prophetandi quedam
ex suo spiritu proferunt et se hec ex
prophetie spiritu dicere suspicantur. Sed
quia sancti sunt per spiritum sanctum citius
correpti ab eo que uera sunt au-
diunt et semetipsos quia falsa dix-
erint reprehendunt. Nathan etenim
prophetam sanctum uirum fuisse quis ne-
sciat. qui dauid regem et de cul-
pa aperte reprehendit et que ei pro
culpa eadem essent uentura nun-
ciauit. Ceterum tamen dum idem
dauid quia templum deo uellet
construere requisisset illico respon-
dit. Omne quod est in corde tuo ua-
de et fac quia dominus tecum est.
De quo illic statim subditur Fa-
ctum est autem nocte illa et ecce ser-
mo domini ad nathan dicens Vade
et loquere ad seruum meum dauid
hec dicit dominus deus Numquid
tu edificabis michi domum ad ha-
bitandum. neque enim habitaui in do-
mo ex die qua duxi filios israhel
de terra egipti usque in diem hanc.
Et paulo post Cum completi fu-
erint dies tui et dormieris cum
patribus tuis suscitabo semen tuum
post te quod egredietur de utero tuo
et firmabo regnum eius. Ipse edifi-
cabit domum nomini meo. Ecce nathan

prophetia qui prius regi dixerat vade
et fac. Ipse per eundem prophetie spi-
ritum edoctus hoc fieri non posse de-
nunciavit et regis consilio et fu-
tis sermonibus contradixit. Quia qui
ex suo spiritu dixerat falsum fuisse
reprehendit. Qua in re notandum prophetas
veros ac falsos ista distancia est
quia prophete veri si quid aliquan-
do per suum spiritum dicunt hoc ab au-
ditorum mentibus per spiritum sanctum
eruditi citius corrigunt. Prophete autem
falsi et falsa denunciant et alieni
a sancto spiritu in sua falsitate per-
durant. Consideratis igitur prophetie
temporibus et modis inveniri libet
qualiter omnipotens deus ad pro-
fectum hominum ut sue moderamina di-
spensat. Israheliticus itaque populus con-
ditori suo deliquerat et ideo re-
gi Babilonico in captivitate servi-
ebat. Cum quo tamen Ezechiel prophe-
ta in captivitatem mittitur. Quem
divina gratia ita sibi placabilem fe-
cerat ut per eum ventura queque pre-
diceret et afflicti populi merorem conso-
lari dignaretur. Consideremus ergo
si possumus quanta est dispensa-
cio superne pietatis. Quia sic ira-
tus est populo suo deus ut tamen
non omnino irasceretur. Nam si iratus
non esset in captivitate populum mi-
nime tradidisset. Et si omnino iratus
esset electos suos cum illo in capti-
vitatem non mitteret. Sed agit hec di-
vina misericordia ut ex una eademque
re ex qua carnalibus dat flagel-
lum ex ea spiritalibus virtutis
prestet incrementum. Utque illos per
tribulacionem purgat istos ex
societate tribulancium ad maiora
promerenda excitat et sic iniustis
irascitur ut tamen eorum corda per

ministrorum consolacionem compleatur ne si omni-
modo deserat nullus post culpas
ad veniam redeat. Tenendo igitur repel-
lit et repellendo tenet. Quod autem hys
quod dum dicat simul in tribulacione
mittit quos amat. Cuius ista tanta
pietatis viscera pensare sufficiat, et
quod culpas populi deus sine vindicta
non deserit. Quod tamen delinquentem et
populum a se funditus non repellit. Sic
cum Moyses ad repromissionis terram
exploratores duodecim misisset ex quo-
rum decem per eundem desperacionem populo
facerent, idem populus in ira murmu-
racionis accensus seductum se a domino
esse conquestus est ut eius cadavera
iacerent in deserto. Cui omnipotens do-
minus dixit quod nullus eorum terram pro-
missionis intraret. Quo tunc com-
puncti prave se egisse cognoverunt
sese in lacrimis afflixerunt et accin-
cti armis primis reperiunt contra hos-
tes ascendere ut repromissionis terram
post lacrimas intrare potuissent. Qui-
bus per Moysen deus dicit. Dic eis:
Nolite ascendere neque pugnetis non
enim sum vobiscum ne cadatis co-
ram inimicis vestris. Qua in re pen-
sandum est si cum ipsis non erat
cur eos ne caderent ascendere prohibe-
bat. Si autem cum ipsis erat quid est
quod ait non enim sum vobiscum. Sed
mira dispensacione discipline ac
misericordie et cum ipsis erat et cum ipsis
non erat. Cum ipsis non erat ut vince-
rent. Sed cum ipsis erat ne ab hostibus
perirent. O ineffabilia pietatis vis-
cera. Culpas insequitur et tamen pec-
cantes protegit. Iratum se indicat
et tamen ab hostibus defendit. Sic
plerumque parvulo filio delinquenti
irascitur mater, reprehendit mater,
pater verberat. Sed si hunc incipit

ut conspexerit ubi in motibus plectendum sit, manum tendit et retinet. Et quasi sit irata verberaverat ac si non diligeret, sic diligendo retinet ac si irata non verberasset. Sed inter hec huius locutionis colloquentes navigio quasi in medio portu exacto fecimus ut ad indaganda prophetie misteria velut immensitatem pelagi post vela tendamus, cum tamen non in nostra virtute presumimus, sed in eo qui linguas infancium facit disertas. Quia spiritus domini replevit orbem terrarum, et hoc quod continet omnia scienciam habet vocis. Omnipotens enim deus sermo patris omnipotentis est. Et qui de illo loqui concupiscimus nisi in illo nullomodo etiam dabit verba valida omnipotens verbum quod pro nobis incarnatum vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Explicit omelia prima. Incipit secunda.

Usus prophetice locucionis est ut prius personam, tempus, locum describat et postmodum dicere misteria prophetie incipiat, quatenus ad veritatem solidius ostendendam ante hystorie radicem figat et post fructus spiritus per signa et allegorias proferat. Ezechiel itaque etatis sue tempus indicat dicens: Et factum est in tricesimo anno in quarto mense in quinta mensis. Locum quoque denuncians adiungit: Cum essem in medio captivorum iuxta flumen chobar aperti sunt celi et vidi visiones domini. Tempus etiam insinuat subdens: In quinta mensis ipse est annus quintus transmigracionis regis Joachym. Et ut bene personam indicet etiam genus narrat cum subditur: Et factum est verbum domini ad Ezechielem filium Buzi sacerdotem. Sed prima nobis questio o-ritur cur hic qui nichil adhuc dixerat ita exorsus est dicens: Et factum est in tricesimo anno. Namque sermo coniunctionis est, et scimus quia non coniungitur sermo subsequens nisi sermoni precedenti. Cum igitur nichil dixerat cur dicat: Et factum est, cum non sit sermo cui hoc quod incipit subiungat? Qua in re intuendum est quia sicut nos corporalia, sic prophete sensus spiritualia aspiciunt, eisque et illa sunt presencia que nostre ignorancie absencia videntur. Unde fit ut in mente prophetarum ita coniuncta sint exterioribus interiora, quatenus simul utraque videant, simulque in eis fiat et intus verbum quod audiunt et foris quod dicunt. Patet igitur causa cur qui nichil dixerat inchoavit dicens: Et factum est in tricesimo anno, quia hoc verbum quod foris protulit illo verbo quod intus audierat coniunxit. Continuavit ergo verba que protulit visioni interne, et idcirco incipit dicens: Et factum est. Subiungit enim hoc quod exterius inchoat ac si et illud foris sit quod intus videt. Hoc autem quod dicitur quia tricesimo anno spiritum prophetie spiritum accepit indicat nobis aliquid considerandum, videlicet quia iuxta racionis usum doctrine sermo non suppetit nisi in etate perfecta. Unde et ipse dominus anno duodecimo etatis sue in medio doctorum in templo sedens non docens sed interrogans voluit interrogari venire. Ut enim non auderent homines in infirma etate predicare, ille anno duodecimo

etatis sue interrogare homines est
dignatus in terra qui per divinitatem
suam semper angelos docet in celo.
Quia enim ipse est dei sapiencia inden-
do vivunt hoc quod beatitudine etiam
saciantur. Quod moyses quoque sub
allegorie misterio admonet dicens
Narrabis in primogenito bovis.
Primogenitum enim bovis accipimus
in infirma etate primi nostri temporis
bonam operacionem in qua tamen
arandum non est. Quia ac prima
sunt adolescencie vel iuventutis
nostre tempora nobis adhuc a predi-
cacione cessandum est ut vomer
lingwe nostre proscindere non audeat
terram cordis alieni. Quo adusque
enim infirmi sumus continere nos
intra nosmetipsos debemus ne dum
tenera bona aliis ostendimus amit-
timus. Quia et arbusta planta-
ta si prius in terra radicata non fue-
rint manu tacta arescunt
at si semel radicem fixerint ma-
nus tangit et tamen nil officiat ve-
nti impellunt nec tamen impellen-
tes ledunt. Et constructi parietes
si impellantur evertuntur nisi a suo
prius fuerint humore siccati. Mens
itaque quousque ad primicias sue
perfectionis non fuerit exsiccata aliene lin-
gwe manu tangi non debet ne pri-
usquam plene percipiat perdat solidita-
tem suam vie impulsu inclinat ne ve-
lut arbustum sine radicibus dum
plurimorum collocucione vellicatur
arescat. Opus exemplum ergo non sunt
ostendenda nisi que firma sunt.
Prius etenim convalescere debet mens
atque ad utilitatem proximorum postmodum
demonstrari. Ac iam nec per laudem e-
levata corruat nec per vituperacionem
perculsa contabescat. Nam et si
timotheo dicat Paulus Precipe hec et doce

nemo adolescenciam tuam contempnat.
Sciendum est quod in sacro eloquio non-
numquam adolescencia iuventus vo-
catur. Unde scriptum est Letare iuve-
nis in adolescencia tua. Propheta igi-
tur ostenditur cuius auctoritatis sit
in predicacione etatis solide esse descri-
bitur. Quamquam et cum vita et spiritu omnia
que ad predicandum congruunt con-
cordare videantur nec contra hoc movere
quempiam debet quod Jeremias atque Daniel
puerilis spiritum perceperunt quia miracu-
la in exemplum operacionis non sunt
trahenda. Omnipotens enim deus et
linguas infancium facit disertas et
ex ore infancium atque lactencium per-
ficit laudem. Sed aliud est quod nos do-
ctrine usu atque disciplina dicimus
aliud quod de miraculis scimus. Jam ve-
ro si queritur ut in ipsa quoque etatis illius
expressione misterii aliquid designe-
tur absurdum non est quod prophetandum
quem verbis denunciat ipse quoque etatis su-
e tempore ostendat. Anno tricesimo
hezechieli prophete celi aperti sunt et vi-
dit visiones domini iuxta fluvium
chobar. Quia et quasi anno tricesimo
etatis sue dominus ad flumen iordanis
venit. Ibi itaque celi aperti sunt quia
spiritus sanctus in columba descendit. Vox quoque de
celo sonuit dicens Hic est filius
meus dilectus in quo michi compla-
cui. Sed et ipsa hebrea verba multum
nobis ad misterium non ad impetran-
dum valent. Nam cobar interpretatur
gravitudo vel gravitas. Ezechiel for-
titudo dei. Buzi despectus vel contemp-
tus. Caldei captivantes vel quasi de-
mones. Venit ergo ezechiel iuxta flu-
vium chobar. Quia enim chobar gra-
vitudo vel gravitas dicitur quid
per chobar fluvium nisi humanum genus
congrue designatur quod ab ortu defluit
ad mortem et grave sibi est ex peccatis

que superat et portat quia sicut scriptum est iniquitas in talentum plumbi sedet. Omne enim peccatum grave est quia non permittit animam ad sublimia levari. Unde et per psalmistam dicitur: Filii hominum usquequo graves corde. Secundum vero de domino est quia ipse est dei virtus et dei sapientia. Vel ergo ezechiel iuxta fluvium chobar quia fortitudo dicitur dei per incarnationis misterium sue super iniquitatem dignata est peccatorum suorum pondera portanti generi humano quod ab ortu suo cottidie defluit ad mortem sicut de illa et per psalmistam dicitur: Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Iuxta decursus quippe aquarum plantatus est quia iuxta lapsus manatus est et defluentium populorum. Ezechiel autem fortitudinem dei buzi vero despectio interpretatur. Sed ezechiel filius est buzi quia ex illo populo unigenitus dei incarnari est dignatus est quem ipse culpa perfidie duos despexit. Fortitudo ergo dei ex contemptu vel despectu nascitur quia redemptor noster humanitatem sumere ex populo perfido et contempto dignatus est. Venit vero in terram caldeorum. Caldei interpretantur velut captivantes vel quasi demones. Iniqui etenim qui et ipsi iniquitates perpetrant et ad iniquitatem alios persuadendo trahunt nimirum captivantes sunt. Qui recte quoque et quasi demones interpretantur quia hii qui et alios ad iniquitatem suadendo pertrahunt in semetipsis misterium demonum ad iniquitatem suscipiunt quamvis demones per naturam non sint. Venit ergo fortitudo dei in terram caldeorum quia inter eos unigenitus patris

apparuit qui de semetipsis ad peccatum defluxerant et ad peccata alios captivantes trahebant. Sed expositionis sermo ad prophete intercedat personam. Et facta est super eum ibi manus domini. Manus patris brachium domini filius dicitur quia per ipsum omnia facta sunt. De quo etiam psalmista ait: Fiat manus tua ut salvum me faciat. Manus quippe dei que per divinitatem non est facta sed genita per humanitatem facta est ut humani generis vulnera sanaret. Ubi ergo propheta incarnationem unigeniti agnovit ubi super se manum domini factam vidit. Unde non hic subditur: Et vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone. Animadvertendum nobis est quia sic in prophetie verbis ordo locutionis variatur. Cum enim de semetipso superius diceret: Aperti sunt celi et vidi visiones dei, mox tamquam si de alio narraret adiungit: Et facta est super eum ibi manus domini, ac deinde quasi ad se revertitur et dicit: Et vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone. Quid est hoc quod modo ezechiel loquitur modo de ezechiele? Si per totum diceret quod de alio nichil omnino questio non fuisset. Quid ergo est hoc quod sic narratur sermo prophetiae ut modo propheta de se loquatur modo autem de semetipso et tamquam de aliis proferatur? Nisi quod indicatur quod non propheta sed sanctus spiritus loquitur per prophetam. Pro eo enim quod per ipsos homines fit ipsi loquuntur de se et pro eo quod aspirante spiritu loquuntur idem sanctus spiritus per ipsos loquitur de ipsis veritate attestante que dicit: Non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur.

in uos. hinc etiam moyses ait. Erat moyses vir mitissimus super
omnes homines qui morabantur
in terra. Cum enim non diceret: Ego
sum, sed erat, p[er]sonam apte indicat quod hic
qui preciuum de illo loquebatur
alius erat. Hinc iohannes ait: Videt illum discipulum quem diligebat ihesus. Unde et paulus ut
non se esse qui loquebatur ostenderet dixit: an experimentum queritis eius qui in me loquitur xpus.
Cum igitur in locutione prophetica
alter est qui p[re]sidet, alter qui obsequitur, ac de seipso propheta loquitur
p[er]sona obsequentis est. Cum vero
propheta spiritus loquitur, sublimitas p[re]sidentis ostenditur. Ecce ergo
tamquam de alio dicitur: Facta est super
eum ibi manus domini, et de se protinus adiungit: et vidi et ecce
ventus turbinis veniebat ab aquilone. Nunc itaque discutiendum nobis est quid sit quod dicitur:
Et ecce ventus turbinis veniebat
ab aquilone et nubes magna.
Per eo quod ventus aquilo constringit
in frigore, non incongrue aquilonis
nomine torpor maligni spiritus designatur. Ad ysaias quoque propheta
testatur qui dixisse diabolum memorat dicens: Sedebo in monte testamenti tenuit, quod in diciad prophetam qui
legem acceperit sibi in p[re]sidia sociaverat. Quando enim doctorum corda tenet monti testamenti diabolus p[re]sidet. Qui etiam in lateribus aquilonis sedet, quia mentes hominum frigidas possidet.
Unde et sponsi voce in canticis canticorum dicitur: Surge aquilo et veni auster, perfla ortum meum et fla

uerunt aromata illius. Cum enim iubente deo frigidus spiritus recesserit, calidus spiritus mentem fidelium occupat,
que ortum dei id est sanctam ecclesiam perflatur; opiniones virtutum eius ad multorum noticiam velut aromata defluunt. Recedente etenim aquilone,
id est maligno spiritu, spiritus sanctus mentem
quasi auster replet, qui dum calefaciendo flaverit, statim de fidelium
cordibus aromata virtutum fluunt.
Propheta ergo ea que essent in fine ventura conspiciens, venire ab aquilone ventum turbinis vidit, quia eterno frigido mentes hominum corporis sui frigore de ipsis veritate aeterne salutis que dicitur malignus spiritus
gravius occupabit. Unde scriptum est:
Ve terre et mari, quia descendit
dyabolus ad uos habens iram magnam
sciens quod modicum tempus habet.
Antiquus quippe adversarius in
p[re]diarium suarum molimina in humanis mentibus gravius exaggerauit, contra eum excrescente superbia
incarnati manifestata est humilitas dei, atque ut humanum genus
a suo languore sanaret, tunc magna apparuit potentia medicine cum languor crevit egroti. Venit autem malignus spiritus tamquam ventus turbinis appellatur. Turbo quippe cuncta que tangit concutiendo subvertit,
et omnis antiqui hostis temptatio
que agitur in mente ventus est turbinis, quia hanc concutiendo per
desidia ab statu sue rectitudinis evellit. Et nos ipsi recitantes quam multo genere eruit ab hoste callido in
fine ventura ad solam iudeam ex
qua propheta fuit et eius p[re]dicatores
prophetando conspiciat verba uertamus

Que incarnato domino tanto gravi
us ab aquilone venti turbinis pul
sit quanto a sua rectitudine concussa
cadens per torporem mentis in perfi
dia frigida remansit. Ventus ergo
turbinis ab aquilone venit cum
vitam iudaice plebis malignus spiritus
in temptacione concussit. Ubi et
recte additur et nubes magna quia
quanto quisque exarsit in crudelitate
tanto amplius obscurari meruit
in ignorantie sue caligine. Redem
ptorem quippe humani generis
quem in lege ac prophetis intelligen
tes expectaverunt videntes nega
bant. Unde actum est ut eorum
mens magna ignorantie sue nu
be tegeretur ne hunc post inquirentes
agnoscerent quem prius et venera
ri poterant et amare renuebant.
Nam ad modicum eius virtutes et mira
cula modo autem passiones aspiceret
in infidelium cordibus nubes magna
ab aquilone venerat. expectati sui
frigore ipsi per infirmitatem passionis
illius et inter signa caligabant. Qui
d vero ex illa nubis magne caligine
sit secuturum subiungitur cum protinus dicitur
Et ignis involvens. Ignis enim no
mine per significacionem dicitur ali
quando sanctus spiritus aliquando autem mentis
malicia designatur. De bono enim
igni scriptum est. Ignem veni mit
tere in terram et quid volo nisi ut
accendatur. Ignis quippe in terra
mittitur cum per ardorem sancti
spiritus afflata terrena mens a car
nalibus suis desideriis concrematur.
De malo autem igni dicitur. Et nunc ig
nis adversarios consumit. quia
cor pessimum ex scelerata malicia pa
nescit. Sicut autem ignis amoris
mentem erigit ita ignis malicie
involvit. Quia et sanctus spiritus cor

quod replet elevat et ardor malicie
ad inferiora semper inclinat. Iudai
ca igitur nube sue ignorantie ceca
ta. quia mox ad persecucionis ne
quiciam erupit igne suo convolu
ta est. que in obligacione se ne
quicie per eandem ipsam crudelita
tem qua arsit implicavit. Ventus
autem turbinis veniebat ab aqui
lone et nubes magna et ignis
involvens quia ex torpore sui
frigoris ad ignorantie sue caligi
nem perducta usque ad maliciam per
secucionis erupit. Unde ad alium
quoque prophetam dicitur. Quid tu vi
des. Qui illico respondit. Ollam
succensam ego video et faciem eius
a facie aquilonis. Iudeorum quippe
mens in persecucionem semel ac
censa crudelitatem malicie un
das cogitacionum volvens quasi ali
ud quam olla succensa fuit. Cuius
facies a facie aquilonis esse dicitur.
Quia si se adverso spiritui per torporem
mentis non subderet contra bonos
in tanta malicia non arsisset.
Nubem itaque sequitur ignis invol
vens quia in eis cecitatem men
tis secuta est crudelitas persecucio
nis. Si enim cognovissent nunquam
dominum glorie crucifixissent. Sed iste
ignis alibi arsit atque alibi splen
duit. Nam subditur. Et splen
dor in circuitu eius. Dum enim perse
cucio in Iudea agitur sancta predicacio
apostolorum in universo mundo disper
sa est. Sicut ipsi dicunt. Vobis mis
sum fuerat verbum dei. sed quia in
dignos vos iudicastis ecce vertimur
ad gentes. De crudelitate ergo ma
licie que mentem Iudee cremabat
omnibus gentibus lucis generata splendor
quia per hoc quod illa redemptorem
suum ac membra eius persecuta

est sanctis apostolis per diuersa diff
sis. Nos qui in iudee ceruici pos
iti in tenebris fuimus dono celestis
gracie splendorem veri luminis inde
mus. Unde scriptum est: Sedentibus
in tenebris et in vmbra mortis lux
orta est eis. Iste itaque ignis mali
cie qui a iudeorum cordibus arsit
in persecucione prius contra sanctos apostolos
seuiendo afflixit, in ipsos se erex
it auctorem ac redemptorem generis
humani conuersus est et subditur: et de medio
eius quasi species electri, id est de medi
o ignis. Quo electri specie nisi ipse
ihesus mediator dei et hominum de
signatur. Electrum quippe ex auro et
argento est. In electro dum aurum
et argentum miscetur, argentum ad
claritatem crescit, aurum vero a suo
fulgore palescit. Illud ad clari
tatem proficit, hoc a claritate tem
peratur. Quia igitur in vnigeni
to dei filio natura diuinitatis coniuncta
est nature nostre, in qua adunacio
ne humanitas in maiestatis glo
ria excreuit, diuinitas vero a sui fulgo
ris potencia humanis se oculis
temperauit. Per hoc quod humanitas
clarior facta est quasi per aurum creuit
argentum, et quia diuinitas a ful
gore suo nostris est aspectibus tem
perata quasi aurum nobis palluit
per argentum. Illa enim natura immuta
bilis que in se manens innouat
omnia si ita ut est nobis apparere
voluisset fulgore suo nos incen
deret pocius quam renouaret. Sed
claritatem sue magnitudinis
temperauit nostris oculis deus, ut
dum nobis eius claritas tempera
tur cecitas nostre infirmitatis per eius simi
litudinem in eius luce clarescere
et per acceptam graciam ut ita dicam
sue habitudinis calorem mu

taret. Quasi electri ergo in igne est
deus homo factus in persecucione. Sequitur:
Et in medio eius similitudo quatuor
animalium. Quod in medio eius dicatur
siue electri siue ignis nil obstat
intelligi. Quia quatuor hec anima
lia, sancti scilicet euangeliste, et ex eius
dem domini incarnacione ad fidei vir
tutem solidati sunt, et in igne per
secucionis multis tribulacionibus
afflicti. Et si quis hec que de primo
domini aduentu diximus eciam de secundo
velit accipere, celeri assensu seque
ndus est. Quia sepe prophecie spiritus in
uno quod loquitur multa simul intue
tur. Venturus enim de turbine ab aqui
lone venit, quia nimirum causa
peccatorum exigit ut districti iudi
cii concussio omnia simul elementa
perturbet. Terror enim perturbacionis
ultime inde venire dicitur vnde congelantur.
Nam quia ab feruenda(?) frig
idas peccatorum mentes iudicium pertur
bacionis vltime agitur, recte ab aquilo
ne ventus turbinis veniens perhibe
tur. Que videlicet concussio apte
ventus turbinis dicitur. Quia in
illo die cunctorum qui nunc in car
ne mortali inventi fuerint in pauo
re intimo corda commouentur. Cum ex
cepit impleri quod scriptum est: Sol
obscurabitur et luna non dabit lu
men suum et stelle cadent de celo
et virtutes celorum commouebuntur.
Que mens erit hominis cuius iudi
cis iram non formidantis. Ibi e
nim tunc cuncta simul peccata ante o
culos redeunt, ibi omnia que ac
delectacione acta sunt ad memori
am cum pauore reuocantur. Ibi ca
ligo cogitacionis miserie ex pecca
proxime dampnacionis. Unde et ipse
dicitur: Et nubes magna. Tunc quip
pe ex peccatorum memoria sensum

mentis exprimitur caligo cecitatis
cum vnigenitum dei filium in forma
diuinitatis conspicere reprobi non permit/
tuntur. Videbunt enim in quem trans/
fixerunt et tollatur impius ne
videat gloriam dei. Ubi et apte sub/
ditur et ignis involuens. Qui vi/
delicet ignis ille iudicii qui celum
aereum et terram concremat. peccatores
iam in sua superbia non permittit eri/
gi. sed involuit quos procul dubio in
pena sine dampnacione constringit
et splendor in circuitu eius. quia
sicut fulgur exit ab oriente et pa/
ret usque ad occidentem. Ita erit ad/
uentus filii hominis. Ubi nullus te/
ci iudicii in sua mente latere per/
mittitur. quia ipsa iudicis fulgore
penetratur. In qua mox iudicii sedit
et de medio eius quasi species elec/
tri in medio ignis. Ipse enim angelis
atque archangelis omnibusque virtuti/
bus presidens redemptor noster qui
velut in electri similitudine unus
ex utraque et in utraque natura et
deus permansit cum patre et ad re/
dempcionem nostram factus est mor/
talis cum hominibus. in suo terrore
tunc videbitur eius quia ignis iudicii de
reproborum vindicta famulatur. Hinc e/
nim scriptum est. Dies domini declarabit
quia in igne revelabitur. Hinc psal/
mista ait. Deus manifestus veniet
et deus noster et non silebit. Ignis
in conspectu eius exardebit. et in cir/
cuitu eius tempestas valida. Hinc
petrus apostolus dicit. Adveniet dies
domini ut fur in quo celi magno
impetu transeunt. Elementa vero
ignis ardore solventur. Et quia tunc
sunt omnes qui mundum perfecte reliquerunt
iudices venient. apte mox subditur
Et in medio eius similitudo quatu/
or animalium. Quid enim per quatuor anima/
lia quatuor nisi euangeliste signan/
tur. nec immerito per euangelistas qua/
tuor perfectorum omnium vita exprimitur.
quia omnes qui in ecclesia modo per/
fecti sunt perfectionis sue rectitudi/
nem per eorum euangelium didice/
runt. De medio enim eius similitu/
do quatuor animalium. quia illi hi
eius corporis unitati eius maiesta/
ti iuncti et simul facti cum eo iu/
dices uidebunt. qui modo perfec/
ta opera iuxta euangelica precep/
ta secuti sunt. Hinc est enim quod ip/
se sanctus apostolus dicit. Vos qui
secuti estis me in regeneracione
cum sederit filius hominis in se/
de maiestatis sue. sedebitis et vos
super sedes duodecim iudicantes
duodecim tribus israhel. Hinc ysa/
ias ait. dominus ad iudicium veniet
cum senioribus populi sui. Hinc sa/
lomon de ecclesia loquitur dicens.
Nobilis in portis vir eius cum se/
derit cum senioribus terre. Hys
itaque sub brevitate transcursis
adventus primi ordine sicut cepi/
mus exequentes ad euangelista/
rum personas in exposicione redeamus.
Sequitur. Et hic aspectus eorum
similitudo hominis in eis. Quis
hoc loco homo describitur nisi il/
le de quo scriptum est. Qui cum in
forma dei non esset. non rapinam
arbitratus est esse se equalem deo
sed semetipsum exinaniuit formam
servi accipiens in similitudinem ho/
minum factus et habitu inventus
ut homo. Hec itaque animalia
ut surgere ad sanctitatis vir/
tutem valeant. ad huius hom/
inis similitudinem tendunt. Sancta
enim non essent si illius hominis
similitudinem non haberent.

Cuiusque in eis de visceribus pietatis
quisque de mansuetudine spiritus. Cuius-
quis de zelo rectitudinis. quisque de custo-
dia humilitatis. quisque de fervore cari-
tatis est. hoc ab ipso fonte miseri-
cordie et ab ipsa radice mansuetu-
dinis. et ab ipsa virtute iustitie i.
a mediatore dei et hominum domino
traxerunt. huius se hominis similitudi-
nem habere egregius predicator di-
cens ostendit Imitatores mei esto-
te sicut et ego Christi. ad eius simili-
tudinem nos surgere ammonet. primus
homo de terra terrenus. secundus homo de celo
celestis. Sicut portavimus ymaginem
terreni. portamus et ymaginem eius
qui de celo descendit. Tanto etenim
quisque in tantum ad similitudinem ho-
minis huius dicitur in quantum vitam
sui redemptoris imitatus. Ita ab
eius mandatis atque operibus dis-
cordare. quid est aliud quam a
similitudine longe recedere. Implent
autem vitam delinquentium predicatores
sancti. Sicut de ipso nostro capite scriptum
est. Civitatem flevit super illam. Gaudet
de bonis actibus subditorum et rec-
te operantes diligunt. Sicut de redemp-
tore nostro scriptum est. Cuiusdam adoles-
centis quidam dicentis. Hec omnia custo-
divi a iuventute mea. magis
dilexit eum. portant illatas con-
tumelias predicatores sancti et
nullo ad invicem contumeliam red-
dunt. Sicut cum redemptori nostro
diceretur Demonium habes non iniu-
riam reddidit sed mansuete respondit
dicens. Ego demonium non habeo.
Fervent zelo rectitudinis predica-
tores sancti. Sicut redemptor omnium
flagello de restibus facto. vendentes
et ementes eiecit de templo. ca-
thedras vendentium columbas e-
vertit et nummulariorum effudit

es. In omnibus que foris agunt humili-
tatem tota intentione custodiunt. Sicut
per redemptorem nostrum Discite a me quia
mitis sum et humilis corde. Peccatores
enim suos diligunt predicatores sancti.
Sicut ipse auctor hominum ac redemptor
in passione positus pro peccatoribus
intercedit dicens Pater ignosce il-
lis. quia nesciunt quid faciunt. Mem-
bra sua posuit in passione pro fratribus
et pro electis multa usque ad mortem se tra-
didit auctor vite. Dicitur ergo de sanctis
animalibus quod similitudo hominis in eis est
quia quod sancti quique imitati sunt hoc me-
ruerunt de specie similitudinis est i. de virtute
imitationis. Caput quippe omnium nos-
trum redemptor noster est quod per Salomo-
nem dicitur. Oculi sapientis in capi-
te eius. stultus autem in tenebris ambu-
lat. Tunc enim in capite oculos hab-
emus cum vitam redemptoris nostri tota
cogitatione conspiciamus. cum omni
intentione in eius imitatione se ex-
igunt. Ne si mens lucis aspicere oculos
mentis neglexerit. statim clausus
in tenebris erroris cadat. Ad huius
similitudinem hominis surgere festinabat
propheta cum dicit. In mandatis tuis
me exercebor et considerabo vias
tuas. Qui enim vias domini tacitus
in mente considerat et sese exercere
mandatis illius festinat. quid aliud in
semetipso nisi ymaginem novi homi-
nis reformat. Et quia in sanctorum
cordibus incessanter agitur recte nunc
de animalibus dicitur. similitudo homi-
nis in eis. post hanc vero similitudinem
que nunc in moribus tenetur. quan-
doque ad similitudinem glorie pervenitur.
Hic etenim Iohannes dicit. Filii nunc si-
ve dei sumus. et nondum appar-
uit quid erimus. Scimus autem
quoniam cum apparuerit. similes ei erimus.
Cum mox unde hoc fieri valeat

adiungit dicens Quando videbimus eum
sicuti est Esse eternum dei est eternitas
hinc atque incommutabilem permane
re Nam omne quod mutatur desinit
esse quod fuit et incipit esse quod non fu
it Dei vero esse est dissimiliter nunquam
esse Unde ad moysen dicitur Ego sum
qui sum et dices filiis israel Qui est
misit me ad vos Jacobus quoque
ait Apud quem non est transmuta
cio nec vicissitudinis obumbratio
Itaque per Johannem dicitur Similes
ei erimus quando videbimus eum sicu
ti est Quia per hoc quod aspicimus
eius essenciam nature a mutabili
tate nostra liberati figimur in eter
nitatem Immutabimur quippe
in ipso quem videbimus quia mor
te caremus vivendo vita mutabi
litatem nostram transcendemus vi
dendo inmutabile corrupcione nul
la tenebimur videndo incorrupci
onem Erit autem tunc similitudo
honoris etiam in corporibus nostris
Hinc enim per paulum dicitur Nostra con
versacio in celis est Unde etiam salva
torem expectamus dominum ihesum
christum qui reformabit corpus humi
litatis nostre configuratum corpori
claritatis sue Erunt ergo tunc e
lectorum corpora claritati dominici
corporis configurata que ex simi
litudine glorie eius non tamen per na
turam plenitudine tamen configuracionis
eius habebunt per graciam Quia i
taque plenitudo vite eius nunc sinno
ribus tribuitur electorum et in re
surreccione sequitur similitudo et
iam in mente Quando videbi
mus eum sicuti est et quia simi
litudinem quoque eius eandem corpora
nostra capient in configuracione
Dicatur itaque de sanctis animalibus
dicatur plenitudo hominis in eis
hec nos in exposicionis exordio
libasse sufficiat ut loquendi vir
tus silencio renovata ad indagan
da misteria que sequuntur robus
tior exsurgat Certi etenim sumus
quia ipsum de quo loquimur habe
bimus adiutorem Qui vivit et regnat
cum patre in unitate spiritus sancti deus
per omnia secula seculorum Amen
Explicit omelia secunda Incipit tercia
Sancta quatuor animalia
que prophete spiritu futura
previdet subtili narracio
ne describuntur cum dicitur Quatuor
facies uni et quatuor penne
uni Quid per faciem nisi noticia
Et quid per pennam nisi volatus
exprimitur Per faciem quippe
unusquisque cognoscitur per pen
nas in altum avium corpora suble
vantur facies itaque ad fidem per
tinet penna ad contemplacio
nem Per fidem namque ab om
nipotenti deo cognoscimur sicut
ipse de suis ovibus dicit Ego sum
pastor bonus et cognosco oves
meas et cognoscunt me mee
Qui rursus ait Ego scio quos
elegerim per contemplacionem vero
qua super nosmetipsos tollimur
quasi in aerem levamur Quatuor
ergo facies uni sunt Quia si re
quiris quid matheus de incarna
cione senciat hoc nimirum senciunt
quod marcus lucas et johannes Si
queris quid Johannes senciat sine
procul dubio quod lucas marcus et
matheus Si queris quid marcus
hoc quod matheus johannes et lucas
Si queris quid lucas hoc quod johannes
matheus et marcus senciunt Qua

tuor ergo facies vni sunt / quia no-
ticia fidei qua cognoscitur a nobis ihesus
est in vno que est simul in quatu-
or. Quodque enim in vno inuenis hec
in omnibus simul quatuor recog-
noscitis. Et quatuor penne vni.
Quia dei omnipotentis filium
dominum ihesum xpistum simul omnes concor-
diter predicant et ad diuinitatem eius
mentis oculos leuantes per iam
contemplacionis uolant. Euange-
listarum ergo facies ad humanita-
tem domini pertinet penna ad diui-
nitatem. quia in eo quem corporeum
aspiciunt quasi facies intendunt
Sed dum hunc esse incircumscriptum
atque incorporeum ex diuinitate annun-
ciant per contemplacionis pennas
quasi in aere leuantur. Quia vni-
ca et una est fides incarnacionis
eius in omnibus et per contempla-
cionem diuinitatis eius in singulis
recte nunc dicitur Quatuor facies v-
ni et quatuor penne vni. Sed e-
que virtus esse per fidem atque con-
templacionem domini habentes predicato-
res illius sancta opera non habent
Sequitur Et pedes eorum pedes
recti. Quid per pedes nisi gressus
actionum designatur. Quatuor ergo
animalium pedes recti esse describun-
tur. Quia sanctorum ewangelistarum
atque omnium predicatorum opera ad sequen-
da iniquitatem non sunt retor-
ta. Hy autem pedes recti non sunt
qui ad mala mundi que relinque-
rant reflectuntur. De quibus scriptum
est Canis reuersus ad suum vo-
mitum et sus lota in uolutabro
luti. Dolebat de quibusdam doc-
tor egregius qui pedum rectitudi-
nes retro detorserant quibus per

increpacionem dicebat Quos conu-
timini iterum ad infirma et egena
elementa quibus denuo seruire vultis
dies obseruatis et tempora et annos
Timeo vos ne forte sine causa la-
borauerim in vobis. Qui alios a-
monet dicens Propter quod remissas
manus et soluta genua erigite
et gressus rectos facite pedibus
vestris. Ut non in eisdem sanctis predicato-
ribus inter grauitatis fortitudinem at-
que discrecionis monstraretur recte subiun-
gitur Et planta pedis eorum plan-
ta pedis vituli. Quia enim predicato-
res sancti bouum nomine designantur
Docet paulus apostolus legis testimo-
nium exponens Non obturabis os
boui trituranti. In sanctis ergo predica-
toribus planta pedis est vituli sci-
licet mature incedens et fortis et
diuisa. Quia vnusquisque sanctus predicator
et veneracionem habet in matur-
itate et fortitudinem in opere et diui-
sionem vngule in discrecione. Non
enim sancte predicacionis eius accipitur
si leuis in moribus esse videatur
et nulla erit maturitatis ostensio
si contra aduersa omnia non assurgit
operis fortitudo. Contingit autem mul-
tum ipsa fortitudo operis amittitur si
discrecio in intellectu non fuerit. Ecce
enim sacram scripturam legimus si omnia
ad litteram seruamus virtutem discre-
cionis amisimus. Si omnia ad spiritua-
lem allegoriam ducimus stulte indis-
crecionis stulticia ligamur. Leguntur
enim sacre scripture eloquia predicatores sed
et aliquis in hystoria litteram suscipiunt
aliqui vero per significacionem littere spi-
ritum requirunt et modo bona sancta prim
precedencia facit iuxta litteram inuen-
iuntur mittuntur modo quedam que iuxta

hystoriam imitanda non sunt spiritaliter intelliguntur et ad profectum tendunt. Quid ergo aliud quam predicatores sancti in suo opere nisi in pede vigulam fundunt de quibus adhuc apte subditur. Et scintille quasi aspectus eris candentis. Eris metallum valde sonorosum est et recte voces predicantium eri comparantur quia in omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. Bene autem es candens dicitur quia vita predicantium sonat et ardet. Ardet enim desiderio sonat verbo. Es ergo candens est predicatio accensa. Sed de candenti ere scintille procedunt quia de eorum exhortationibus verba flammantia ad aures audientium procedunt. Voces autem predicatorum verba scintille appellate sunt quia eos quos in corde tetigerint incendunt. Considerandum quod est quod scintille subtiles valde et tenues sunt quia aut predicatores sancti de celesti patria loquuntur non tantum valent aperire verbo quantum possunt mente desiderio. Ex eorum lingua cum quedam ad nos scintille veniunt. Quia de celesti patria in eorum voce vix tenue aliquid cognoscitur quod tamen ab eis non tenuiter amatur. Neque enim celestem gloriam aut tantum videre sufficiunt quantum est aut tantum loqui prevalent quantum vident. Candens ergo es scintillas proiciat quod vix tenuiter predicator loqui sufficiat hoc unde ipse fortiter ignescit. Divina autem pietate agitur ut ex ipsis scintillis tenuissimis audientium animus inflammetur. Quia sunt quidam qui dum parva audiunt maiori desiderio replentur et inde per fratrem in dei amore ardent. Qui vix tenuissimas verborum scintillas acceperint. Verbum quippe predicationis semen in corde audientis est. Et au-

ditor bonus inde profert post modum magnam messem scientie quod prius accepit parvum sicut legitur. Cum iam debito ... onerata femina vidua ab Helizeo propheta mutuaretur que ne duos filios auferente creditore amitteret prophete dictis obedivit. Et ex eo quod parvum olei habebat per vasa vacua effudit. Que cuncta post usque ad summum repleta sunt et ex eorum repletione mulier a creditoribus suis debito est soluta. Que videlicet mulier quam aliam nisi sanctam ecclesiam signat duorum populorum id est iudaici et gentilis quasi duorum filiorum matrem que prius ex perverso opere per callidi spiritus persuasionem quasi quoddam peccati mutuum a creditore acceperat et duos quos in fide genuit amittere filios timebat. Sed prophete verbis id est scripture sacre preceptis obediens ex parvo quod habebat olei vasa vacua infudit. Quia dum ab unius ore doctoris parum quid de amore divinitatis multorum vacue mentes audiunt ex ubertate gratie unguento divini amoris usque ad summum replentur. Et iam nunc multorum corda que prius fuerant vacua vascula unguento spiritus plena sunt que ex paucitate olei solummodo infusa videbantur. Cum dum aliis atque aliis datur et ab auditoribus fides accipitur crescit mulier videlicet sancta ecclesia sub creditoris sui iam debito non tenetur. Sequitur. Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus. Possunt hoc in loco quatuor partes regiones quatuor mundi accipi scilicet oriens occidens meridies et septentrio. Quia sanctorum predicatio auctore deo in quatuor mundi partibus est egressa. Possu-

mus eam. Per quatuor partes principa-
les quatuor virtutes accipe, ex qui-
bus reliquae virtutes oriuntur, vide-
licet prudenciam, fortitudinem, iusticiam
atque temperanciam. Quas sem-
per virtutes tunc veraciter accipi-
mus cum earum ordinem custodimus.
Prima quippe prudencia, secunda forti-
tudo, tercia iusticia, quarta temperan-
cia est. Quid enim prodesse potest pru-
dencia si fortitudo desit? Scire etenim
aliquid quod non possis facere pena magis
quam virtus est. Sed qui prudenter
intelligit quod agat et fortiter agit
quod intellexerit, iam procul dubio
iustus est. Et ideo iusticiam temperan-
cia sequi debet. Quia plerumque
iusticia si modum non habet in
crudelitatem cadit. Ipsa ergo iustici-
a vera iusticia est, que se temperan-
cie freno moderatur, ut in zelo quo
quisque fervet sit eadem temperans,
ne si plus ferveat perdat iusticiam
cuius similiter moderamina ignorat.
Due autem sunt sancte predicatorum
vite, scilicet activa et contemplativa.
Sed activa prior est tempore quam
contemplativa, quia ex bono opere
tenditur ad contemplacionem. Con-
templativa autem maior est merito
quam activa, quia hec in usu pre-
sentis operis laborat, illa vero sapore
intimo venturam iam requiem degus-
tat. Quid itaque per manus nisi ac-
tiva, et quid per pennas nisi contem-
plativa vita signatur? Manus ergo
hominis sub pennis eorum est, quia vir-
tus operis sub volatu contempla-
cionis. Quam bene in ewangelio due
ille mulieres designavit, Martam
scilicet et Mariam. Marta etenim
satagebat circa frequens ministerium,
Maria autem sedebat ad pedes domi-
ni et verba eius audiebat. Erat ergo
una intenta operi, altera contempla-
cioni. Una active serviebat per exteri-
us ministerium, altera contemplative
per suspensionem cordis in verbum. Et quam-
vis activa bona sit, melior tamen
est contemplativa, quia ista cum
mortali vita deficit, illa vero in immor-
tali vita plenius excrescit. Unde scriptum est:
Maria optimam partem elegit que non
auferetur ab ea. Quia igitur activa
minor est merito quam contemplativa,
recte nunc dicitur: Manus hominis sub pe-
nnis eorum. Quia etsi per activam boni
aliquid agimus, ad celeste tamen
desiderium per contemplativam volamus.
Unde et apud Moysen activa servitus,
contemplativa autem libertas voca-
tur. Et cum utraque vite ex dono sit
gracie, quam diu tamen inter proximos
vivimus, una nobis in necessitate est,
altera in voluntate. Quis enim cog-
noscens deum ad eius regnum ingre-
ditur, nisi bonum prius operetur? Sine ergo con-
templativa vita intrare possunt
ad celestem patriam qui bona que pos-
sunt operari non negligunt. Sine
activa autem intrare non possunt si ne-
gligunt bona operari que possunt. Il-
la ergo in necessitate, hec in volun-
tate est. Illa in servitute, ista in liber-
tate. Hinc est enim quod ad Moysen
dicitur: Si emeris servum hebreum,
sex annis serviet tibi, in septimo e-
gredietur liber gratis. Cum qua-
li veste intraverit, cum tali exeat.
Si habens uxorem, et uxor egrediatur
simul. Sin autem dominus dederit illi ux-
orem et peperit filios et filias, muli-
er et liberi eius erunt domini sui. Ip-
se vero exibit cum vestitu suo. Quod si di-
xerit servus: Diligo dominum meum et
uxorem ac liberos, non egredietur
liber, offeret eum dominus diis et ap-
plicabitur ad hostium et postes

perforabitque aurem eius subula et erit ei servus in seculum. Paulo latius testimonium dedimus ut distinctionem servitutis atque libertatis in utraque vita monstraremus, sed non onerosum esse si hoc exponendo exequimur unde ipsa hec que diximus affirmemus. Hebreus enim transiens interpretatur, et servus hebreus emitur quando unusquisque qui iam ab hoc seculo mente transit servicio omnipotentis domini subditur. Ille etenim vere deo servire appetit qui ab hoc seculo mente transire didicerit. Et Moyses transivit ut videret visum. Et David tamen videret impium exaltatum et elevatum super cedros Libani, transivit et ecce non erat. Cum iniquorum potentias esse magnum aliquid fortasse credimus, si ad permanens stabilitatis mente transeamus. Servus vero hebreus emptus sex annis servire precipitur, ita in septimo liber exeat gratis. Quid enim per senarium numerum nisi activa vite perfectio designatur, quid per septenarium numerum nisi contemplativa exprimitur? Sex ergo annis servit et septimo egreditur liber, cum per activam quam perfecte exhibuit ad contemplative vite libertatem transit. Et notandum quod gratis liber egreditur, quia hii qui postquam omnia fecerint dicunt se inutiles servos esse procul dubio, sicut ipsa activa servit ex munere, ita eis ex gratia etiam contemplativa. Cum qua veste intraverit cum tali exeat, quia omnino necesse est ut unusquisque quantum in hoc quod incipit proficere, ita usque ad finem operis in ea qua inchoavit intencione perduret. Ille quippe bene ad contemplativam transit qui in activa vita intencionis sue vestem ad deteriora non mutaverit. Et sunt nonnulli qui postquam omnipotentis dei servicio in sancta conversacione sociantur, iam bona operari diligunt. Sunt vero alii qui bona opera postquam ad servicium omnipotentis dei venerunt desinunt. Qui ergo operaciones bonas et postquam ad servicium dei venerit habere studuit, hebreus servus cum uxore emptus est, quia plerumque is qui talis est postea ad contemplativam vitam transit et tamen activam non deserit. Unde et illic subditur: Si habens uxorem et uxor egrediatur simul. Cum eo enim ad libertatem et uxor egreditur, quia is qui ad contemplacionem pervenit etiam foris actionem boni operis qua prodesse possit aliis non relinquit. Si autem dominus dederit illi uxorem et peperit filios et filias, mulier et liberi eius erunt domini sui, ipse vero exibit cum vestitu suo. Servo empto dominus dat uxorem cum predicator quisque eum quem iure omnipotentis dei incapauit bone actionem coniungit. Nam et predicatores domini vocantur, sicut Helizeo propheta de predicatore suo dicitur: Scis quod dominus tuus tollatur a te. Uxor vero servo empto filios et filias parit, quando bona actio fortes vel teneros fructus generat. Sed mulier que a domino data est eidem domino cum filiis remanet. Ipse vero servus exit cum vestitu suo, quia bona actio et eiusdem bone actionis fructus predicatoris mercede reputantur. Ipse vero in desiderii sui intencione perdurans per supernam graciam ad

contemplacionem liber egredietur
ut si dixerit servus. Diligo dominum
meum et uxorem ac liberos. non
egrediar liber. Servus dominum suum
diligit. qui predicatoris verba sollicita
mente custodit uxorem quoque a-
mans et liberos liber egredi re-
cusat qui activam vitam eiusque
fructus diligens transire ad con-
templativam non vult. Quia bona
se opera habere in ministerio sue ser-
vitutis considerans ad libertatis
quietem recusat recedere. Sed offerat
eum dominus diis et applicetur ad hosti-
um et postes et perforet aurem eius
subula ut sit ei servus in seculum.
Is enim qui in activa disposuit vi-
tam ponere ad deos offertur quan-
do a predicatore suo antiquorum
patrum dictis imbuitur. qui no-
bis in via omnipotentis domini
sacerdotes fuerunt. atque ad hosti-
um et postes tabernaculi ducitur
ut de ingressu celestis habitaculi
aliquid audiat et tremen-
dum iudicii diem subtiliter agnos-
cat. ne per bona opera que facit pla-
cere hominibus appetat. Sic quoque au-
ris eius subula perforatur. dum mens
illius timoris dei subtilitate per-
cutitur ut recte actionem per fervorem o-
peris quam agit noverit ingressum
regni semper attendere et quasi ab
hostio et poste tabernaculi perfora-
tam aurem portare. Qui erit ser-
vus in seculum. ut esse post se-
culum liber possit. In seculo etenim
servus est qui per activam vitam homi-
nibus disposuit servire ut post pre-
sens seculum ad libertatem veram
valeat pervenire. De qua per Paulum
dicitur. Quia et ipsa creatura libera-
bitur a servitute corrupcionis in li-
bertatem glorie filiorum dei. Tunc etenim
vera in nobis libertas erit. cum ad glo-
riam filiorum dei adopcio nostra pervene-
rit. Nunc vero non solum activa vita
in servitute est. sed ipsa quoque contempla-
cio qua super nos rapimur libertatem
mentis adhuc perfecte non obtinet. quo-
niam nimirum quia illa quies intima
in enigmate videtur. Ipsa tamen quan-
talibet sit contemplacionis angus-
tia active vite iam valde est laci-
or atque sublimior. que ad quandam
mentis libertatem transit tempora-
lia non cogitans sed eterna. Quia
itaque contemplativa vita ad supe-
riora volat et active vite longe super-
est quadam ut ita dicam dignitate
sublimitatis sue apte inde dicitur. Et
manus hominis sub pennis eorum est
Quia nisi deus homo fieret quem me-
tes predicamus ad celestia sublevasset
Illa que apparuerunt animalia non vola-
rent. Sic enim manus hominis sub
pennis esse dicitur quia de eodem redemp-
tore nostro scriptum est. Qui cum sit
splendor glorie et figura substancie eius por-
tansque omnia. Eius ergo manus. quia om-
nia portat eius manus in contem-
placione nos sublevat. Nisi enim
ut dictum est omnipotens verbum
propter homines homo fieret humana corda
ad contemplandam ubi excellenci-
am non volarent. Inde ergo excelse fa-
cte sunt hominum mentes. Unde in-
ter homines apparuit humilis. Dicitur ita-
que de sanctis animalibus dicitur. Et ma-
nus hominis sub pennis eorum de qui-
bus adhuc subditur. Et facies et
pennas per quatuor partes habebant.
Iuncteque erant penne eorum alterius
ad alterum. Per quatuor partes facies
et pennas habent quia in cunctis mun-
di regionibus predicatores demonstrant
quid de humanitate quid de divinitate
nostri redemptoris senciunt. Quia ad

incarnacionem domini ubique predicavit et qua-
tuor mundi partibus faciem demonstrat
Unumque eum esse cum patre et
spiritu sancto annunciavit ubique penna con-
templacionis volant quorum penne
iuncte sunt alterius ad alterum
Quia omnis eorum virtus omnis
sapiencia que ceteros homines contem-
placionis sue volatu transcendunt
vicissim sibi in pace atque una
unanimitate coniungitur Unde scriptum
est Que de sursum est sapiencia primum
quidem pudica est deinde pacifi-
ca Et unde eisdem predicatoribus
veritas dicit Habete in vobis sal
et pacem habete inter vos Penne
ergo animalium alterius ad alterum iun-
guntur quia sanctorum predicatorum virtus
atque sapiencia vicissim sibi in cari-
tatis atque concordie pace sociatur
Penna autem alterius ad alterum con-
iuncta esset si in hoc quod unusquisque
in sapiencia evolat inter pacem cum
altero caritatem Sequitur Non rever-
tebantur cum incederent sed unum
quodque ante faciem suam gradiebatur
Pennata animalia videlicet predicatores
sancti cum incedunt minime rever-
tuntur quia sic a terrenis actibus
ad spiritualia pertranseunt ut ad
ea que reliquerunt ulterius nulla
terrenis reflectantur Quasi enim per
quandam viam eis incedere est men-
te ut semper ad meliora Quod contra
de reprobis dicitur Quia reversi sunt
corde in Egyptum Per semetipsam
veritas dicit Nemo mittens
manum suam ad aratrum et aspi-
ciens retro aptus est regno dei
Manum quippe ad aratrum mittere
est quasi per quendam compunccio-
nis vomerem ad proferendos fruc-
tus terram sui cordis aperire Sed

retro post aratrum respicit qui post
exordia boni operis ad mala rever-
titur que reliquit Et quia electis
dei minime contingit recte nunc per pro-
phetam dicitur Non revertebantur cum
incederent Quia autem non reverte-
bantur indicat cum subiungit Sed unumquod-
que ante faciem suam gradiebatur
Ante nos enim eterna sunt post nos
temporalia Quia et illa pergentes
invenimus et ista recedentes quasi
post dorsum relinquimus Unde et
magnus ille pennatorum animalium dice-
bat qui usque ad celi tercium raptus su-
blevatur Unum vero que retro obli-
tus in ea que sunt ante extendens
me sequor ad palmam superne voca-
cionis In anteriora etenim extentus
eorum que in retro sunt oblitus
fuerat quia temporalia despici-
ens sola que sunt eterna require-
bat Ante faciem ergo suam gradiun-
tur sancta animalia quia et ea que
reliquerunt nullo iam appetitu re-
spiciunt et in eternis que appetunt
sub contemplacionis sue oculo
boni operis pedem ponunt Quibusque
itaque iam ante faciem suam ambula-
re decreverint Magna enim consideracione
pensandum est quia aliter retro
respicitur ex opere atque aliter ex cogita-
cione Sunt etenim quidam qui mag-
na deliberacione et perfecte conversi-
onis ex hijs que possident egentibus
distribuere pertractant ut eorum fructus
ante dei oculos minime refrigescentibus
remaneant Iam quia incipiant opere
complere cum operantur per-
fectius timor eorum animum cordiat
atque timentes ne egeant egentibus
tenaces fiunt seseque ab
ea quam ceperant bona operacione

suspenduntur Hi nimirum inceden
tes et reversi sunt quia ante fa
ciem suam ambulare noluerunt
Contra quos recte per salomonem dicitur
Propter frigus piger arare noluit mendicabit ergo estate et non dabitur
ei Qui enim inertie propter pavorem men
tis atque torporem bona operari negli
git cum per iustitie iudicium ve
nerit in estate claruerit mendicat
vitam sed non accipit quia propter
illa bona operari contempsit a
liis despectus cunctis desideriis
cuncta relinquere et omnipotentis
dei se subdere fiducia pertractat sed
se quoque ipsum restringere sub continentie
et castitatis freno deliberat Sed
cum cecidisse alios etiam in cas
titatem conspicit id ipsum facere
quod deliberat pertimescit sicque ite
rum per cogitationem redeat
qui ad interiora respiciens iam men
tis gressibus ad alta ibat De quo
bene per salomonem dicitur qui obser
vat ventum non seminat et qui con
siderat nubes numquam metit Ven
ti quippe nomine malignus spiritus
qui mentem temptationibus im
pellit Nubis vero appellatione per
secutor exprimitur qui temptationis
impulsione commovet Qui ergo
attendit ventum non seminat et qui
considerat nubes numquam metit
quia is qui temptationes ma
ligni spiritus et iniquorum lapsus con
spiciens semetipsum desperat nec
quod inchoat exercet in bono seminare
operis neque post recipiet de messe
retributionis Sunt vero
nonnulli qui bona quidem que nove
rint operantur atque operantes me
liora deliberant sed retractantes
meliora que deliberaverant im
mutant et quidem bona agunt
que ceperant sed melioribus que deli
beraverant succumbunt Hi nimi
rum humana iudicia stare videntur
in opere Sed ante omnipotentis dei ocu
los ceciderunt in deliberatione Unde
fit plerumque ut et bonum opus eorum
minus deo placeat quia ante per pes
mentes in meliori gradu deliberatio
nis inconstantes ponuntur hoc ipsa
cogitationis inconstantia accusat
Sed quia perfecti quique magna sed dis
cretionis subtilitate conspiciunt
ne ad deteriora umquam vel in opere
vel in cogitatione dilabantur quan
to cottidie proficiunt incessanter pen
sant Unde de hijs dicitur Non rever
tebantur cum incederent sed unusquisque
ante faciem suam gradiebatur Iam
hec igitur considerare libet nos ad
ista tractanda qui sumus venien
tibus et usque ad que sacri eloquii
mysteria perscrutanda sublevamur
Certe in antiquis patribus nostris
auctores idolorum sumus Sed ecce per
dei gratiam verba iam celestia rimamur
Unde hoc nobis sed implevit redemptor
humani generis quod per prophetam dixit Et
deserta in ubertatem versa advene
comedent Hoc quippe propheticum dictum
deserta apud iudeos fuerunt quia per
intellectum mysticum ea explere inquiren
do noluerunt Sed nobis autem in ubertatem
versa sunt quia iuxta hystoriam vi
sionis dicta largiente deo intellectu men
tis spiritaliter sapiunt et iam advene come
dimus que cives legis manducare
noluerunt Sicut gratia unigeniti fi
lii eterne sapientie que vivit et
regnat cum patre in unitate spiritus
sancti deus per omnia secula seculorum amen

Explicit omelia tercia Incipit quarta

Per sanctum prophetam spiritum pena
ta animalia subtiliter describun
tur ut hec euangelistarum

ficare personas ipsa nobis subtilitas
descriptionis aperiat nichil quod summo dei
nostro intellectui dubietatis relinquat
Ecce enim dicit. Similitudo autem vultus
eorum facies hominis et facies leonis
a dextris ipsorum quatuor. facies autem
bovis a sinistris ipsorum quatuor et
facies aquile desuper ipsorum quatuor
Quod enim quatuor hec penniata animalia
sanctos quatuor ewangelistas designant
ipsa uniuscuiusque libri ewangelii
exordia testantur Nam quia ab
humana narracione cepit. Jure per
hominem matheus. quia per clamorem
in deserto. Recte per leonem marcus
quia a sacrificio exorsus est. Bene
per vitulum lucas. quia vero a divinitate
ubi cepit. digne per aquilam significatur
Johannes qui dicit. In principio
erat verbum et verbum erat apud deum
et deus erat verbum. Dum in ipsa divinitatis
substantia intendit quasi more
aquile oculos in sole fixit. Sed
quia electi omnes membra sunt redemptoris
nostri. Ipse autem redemptor
noster caput est omnium electorum per hec
quod membra eius figurata sunt simul
obstat si eciam in hiis omnibus
et ipse figuretur. Ipse enim unigenitus
dei filius veraciter factus est
homo. ipse in sacrificio nostre redempcionis
dignatus est mori ut vitulus.
Ipse per virtutem sue fortitudinis
surrexit ut leo. leo eciam apertis oculis
dormire perhibetur. Quia in ipsa
morte in qua ex humanitate redemptor
noster dormire potuit ex divinitate
sua immortalis permanendo
vigilavit. Ipse eciam post resurreccionem
suam ascendens ad celos
in superioribus est elevatus ut aquila.
totum ergo simul est nobis qui
nascendo homo et moriendo vitulus

et resurgendo leo et ad celos ascendendo
aquila factus est. Sed quia
per hec animalia ewangelistas quatuor
et sub eorum specie simul perfectos
omnes iam superius significari diximus
restat ut quid unumquemque
electorum istis animalium visionibus
exprimitur ostendamus. Omnis etenim
electus. atque in via domini perfectus. et
homo et vitulus et leo. simul et aquila
est. Homo enim racionale animal
est. vitulus autem in sacrificio
mactari solet. leo vero fortis est
bestia. sicut scriptum est leo fortissimus
bestiarum ad nullius pavebit
occursum. Aquila ad sublimia
volat et in reverberatis
oculis solis radiis intendit. Omnis
itaque qui in racione perfectus est
homo est. et quod semetipsum ab huius
mundi voluptate mortificat vitulus.
Quia vero ipsa sua spontanea
mortificacione contra adversa omnia
fortitudinem securitatis habet. unde
scriptum est. Justus autem quasi leo
est confidens absque terrore erit
leo est. Quia vero sublimiter contemplatur
ea que celestia atque eterna
sunt aquila est. Igitur quod
iustus quisque per racionem homo per
sacrificium mortificacionis sue vitulus
per fortitudinem securitatis leo
per contemplacionem vero efficitur
aquila. Recte per hec sancta animalia signari
uniusquisque perfectus potest. Quod
ideo dicimus ut ea que de quatuor
animalibus dicta sunt pertinere
eciam ad perfectorum singulos demonstremus.
Sed magna nobis de eorum ewangelistis
et sanctis predicatoribus questio
oritur. cur leo et homo a dextris
ipsorum quatuor. vitulus vero a sinistris
ipsorum quatuor esse perhibeatur.

Neqȝ em̄ sine miratione est cur duo
illa a dextris et unū hoc esse a sinis
tris dicat᷑. Et rursum querendū cur
aquila nō a dextris sȝ desup ipsorū q̄
tuor eē memorat᷑. Duas itaqȝ no
bis questiones obviamus quas
oportet ut adiuvante dn̄o dissolva
mus. Homo igit᷑ et leo a dextris
vitulus a sinistris esse phibetur
a dextris etenim leta. a sinistris vo
tristia habemus. Unde et sinistrū
nobis esse dicimus hoc qđ adver
sum esse deputamus. Et sicut p̄
fati sumus per hominem incar
natio. p vitulū passio. p leonem
vō auctoris nr̄i resurrectō de
signatur. De incarnatione autem
unigeniti filii qua redempti sum⁹
omnes electi letati sunt. De mor
te vō illius ipsi electorū primi sancti
apli contristati. qui tamen de eius re
surrectione gavisi sunt. Quando
eius et nativitas et resurrectio
leticia discipulis fuit. quos eius
passio contristavit. Homo et leo
a dextris. vitulus vō a sinistris
esse fuisse describitur. Ipsi namqȝ
evangeliste sci de eius humani
tate gavisi sunt. de eius resur
rectione confirmati. qui de eius
passione fuerant contristati. Homo ergo
et leo a dextris est. quia redemp
toris nr̄i eos incarnatio vivifi
cavit. resurrectio confirmavit.
Sȝ vitulus a sinistris. quia mors
illius eos ad momentum tempori
in insidentie pstravit. Iure ad
locus aquile non iuxta. sȝ super
esse describit᷑. quia sive p hoc qđ eius
ascensionem signat. seu qa ver
bum patris domi apud patrem esse d
nunciat sup evangelistas cete
ros. virtute contemplacionis ex
crevit. Cum quibus et de eius dei
tate loquit᷑. Hanc tamen omnibus sub
tilius contemplatur. Sȝ si aquila cū
tribus aliis cuncta quatuor animalia
esse memoratur. Cur cū desuper
ipsorū quatuor esse describitur. nisi
quia Johes per hoc qđ in principio v
bum vidit etiam sup semetipsum tra
scendisse. nisi non transisset verbum
in principio non vidisset. Qui ergo et
seipsum transgressus est. nō iam solū
mō sup tria. Sȝ adiungo et se super
quatuor fuit. Sequit᷑. Et facies eorū
et penne eorū extente desup. Facies
et penne extente desup describunt᷑.
Quia omnis intencio omnisqȝ contem
placio sanctorū sup se tendit. ut
illud possit adipisci qđ in celestibus
appetit. Sine omni bono opere seu uo
invigilet contemplacioni tamen tantum
alter hoc qđ agit bonū est quando
et placere concupiscit a quo est. Sunt
qui bona agere videntur et per hec
non deo sȝ hominibus placere deside
rant. intencionis sue facies deorsum
premunt. Et qui dicto in sacro eloqui
o ea que divina sunt contempla
tur ut p hoc qđ intelligit occupari
ad questiones possit. quia nō dul
cedine queste beatitudinis faciat
appetit sȝ doctus videri optat ingeni
um intellectus sui pennas desup
nō extendit. Et qui curas sensus sui
vigilancia in terreno appetitu occu
pat pennas quas sublevare in alto
et quibus sublevari ipse poterat in ī
mis deponit. Quia in re pensandū
est. ut omne bonū qđ agit᷑ p intenci
onem semp ad celestia levetur. Qui
enim p bona que facit terrenā gl'am
concupiscit. pennas suas et facies
deorsum deprimit. Hinc enim p pphetam
de quibusdam dicit᷑. Victimas eas
in profundo defervant. Quid enim sunt
aliud lacrime orantis nisi victime

oblacionis mete. Sicut scriptum est Sacrificium deo spiritus contribulatus Et sunt nonnulli qui ideo se in prece lamentis affliciunt ut autem in terra comoda acquirant aut hominibus sancti esse videantur Quid isti nisi victimas in profundo deferunt? Qui per hoc quod in imo sunt que requirunt orationis sue sacrificium deorsum deponunt Electi autem quia et in bono opere omnipotenti deo placere appetunt et per contemplacionis sue gratiam eternam iam beatitudinem degustare concupiscunt facies et pennas desuper extendunt Sequitur Due penne singulorum iungebantur et due tegebant corpora eorum Dictum fuerat facies et penne eorum extente desuper atque mox subinfertur est hoc quod protulimus quia due penne singulorum iungebantur ubi aperte intelligitur quia et extendebantur desuper et iungebantur due vero tegebant corpora eorum Quid autem pennis animalium nisi anime nominantur Qua in re nobis diligenti perscrutacione querendum est que sint quatuor penne scilicet ex quibus due superius extense iunguntur due vero eorum corpora contegunt Si enim vigilanter aspiciamus quatuor esse virtutes invenimus que a terrenis actibus omnem pennatam animam elevant Institutis videlicet amor et spes destitutis autem timor et penitencia Penne ergo sibimet iuncte superius extendunt quia sanctorum mentem amor et spes ad superna elevant que aperte quoque iuncte nominantur quia electi procul dubio et amant celestia que sperant et sperant que amant

Due vero corpora contegunt quia timor et penitencia ab omnipotentis dei oculis eorum mala perpetrata abscondunt Due itaque ut dictum est penne iunguntur sursum quia amor et spes electorum corda ad superiora elevant ad celestia suspendunt Due autem penne tegunt corpora quando eorum mala perpetrata a conspectu eterni iudicis timor et penitencia abscondunt In eo enim quod se peccasse meminerint quia pertimescunt et deflent quid aliud quam corpus cooperiunt qui facta carnalia per sequencia bona opera a districto examine abscondunt Scriptum quippe est Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata Peccata enim tegimus cum bona facta malis actibus superponimus Unde enim quod operitur inferius ponitur et hoc unde operitur desuper ducatur Quando ergo abdimus mala que fecimus et eligimus bona que faciamus quasi tegimus ea cum superducimus quia erubescimus videre Quamlibet enim sancti viri in hac adhuc vita sint habent tamen quod ante dei oculos operire debeant quia omnino est impossibile ut aut in opere aut in locucione aut in cogitacione nunquam delinquant Unde et beatus Job qui perfecta quidem hominibus dicebat dei tamen vocem audiens seque ipsum de ipsa sua perfecta locucione reprehendens dicebat Manum meam ponam super os meum In manu quippe operacio in ore locucio est Manum ergo super os ponere est peccata locucionis per virtutem boni operis tegere Libet fratres karissimi ad huius rei testimonium integrum generaliter vocare qualiter illius sancti mal

quatuor iunctae aspiciuntur Ex quibus
duabus ad superiora evolat Duabus
vero pennis corpus contegit quia peccata
quae egerat abscondit Videa-
mus igitur quantus hunc amor
ad caelestia elevet Michi vivere Christus
est et mori lucrum Cognoscamus
quanta spe ad superiora tollitur
Nostra conversatio in caelis est unde et-
iam salvatorem expectamus do-
minum nostrum Ihesum Christum Videamus
si et in tantis virtutibus positus
adhuc timet Castigo corpus meum
et servituti subicio ne forte cum aliis
praedicaverim ipse reprobus efficiar
Cognoscamus si hunc mala fecisse
penitet Ego sum minimus apostolorum
qui non sum dignus vocari apostolus
quia persecutus sum ecclesiam Dei In
quibus verbis quid aliud quam conscientia
nostrae mentis accusatur cum ipse
plangit quod ante baptisma commiserat
Nos vero et post baptisma multa
commisimus et haec flere recusamus Qua-
tuor itaque pennis sancta animalia utuntur
quia et per amorem et spem ad celes-
tia evolant et per timorem et penitentiam
facta in se illicita deplorant Sed quia
dictum est Duae pennae singulorum
iungebantur hoc fortasse intelligitur
quod non pennas ipsas elevantes iun-
gant sed unius ad alterius penna con-
iuncta sit ut pennae videlicet eleva-
tae vicissim sibi in coniunctione con-
veniant Sed quia in re questio oritur
cum si duae pennae quae levantur
amorem et spem duae vero quae corpo-
ra contegunt timorem et penitentiam
designant cur duae quae extensae sunt
dicuntur esse coniunctae et duae quae cor-
pus contegunt non dicuntur esse
coniunctae Sed haec in re facilis lar-
giente Deo ratio occurrit Cum sanc-
torum pennae coniunctae sunt amor

et spes Duae vero pennae quae corpora
contegunt semetipsis ad alterutrum
coniunctae non sunt timor et penitentia
David enim pro lapsu carnis timen-
do et penitendo affligitur Petrus cu-
sum perfidiae flevit amare Paulus
crudelitatem in se persecutionis
plangit Omnes tamen unam patriam
appetunt ad unum auctorem omnium per-
venire festinant Duae ergo singulorum
pennae coniunctae sunt et duae non sunt
quia per amorem et spem unum est quod
desiderant Sed per timorem et penitentiam
diversum est quod deplorant Sequitur
Et unumquodque eorum coram facie sua
ambulabat Dictum superius fuerat
Unumquodque eorum ante faciem suam gra-
diebatur Nunc autem dicitur coram fa-
cie sua ambulabat Ipsa itaque repe-
tita videtur esse sententia Sed quia co-
ram in parte dicimus possumus sub-
tilius inquirendo discernere quod aliud
sit ante faciem suam ambulare atque a-
liud in presentia quippe faciei am-
bulare est anteriora aspiciendo petere
In presentia vero ambulare est sibimetipsi
absentem non esse Omnis etenim iustus
qui vitam suam sollicitus aspicit et
diligenter considerat quantum coti-
die in bonis crescat aut fortasse quan-
tum a bonis decrescat Iste quia se
ante se ponit coram se ambulat Ille
quippe qui negligit videre utrum
surgat an defluat cuius quoque vero
vitae suae custodiam negligit distincte
quae agit quae loquitur quae cogitat a-
despiciat aut nesciat coram se iste non
ambulat quia qualis sit in suis
moribus vel actibus ignorat nec
sibimetipsi coram est qui semetipsum
cottidie exquirit atque cognoscere sol-
licitus non est Ille autem veraciter
se anteponit sibi in presentia est qui se
in suis actibus tamquam alium i-

intendit. Sicut sunt multa peccata que
committimus, sed locata gravia nobis non
videntur. Quia privato nos amore di
ligentes clausis nobis oculis in
nostra deceptione blandimur. Unde fit
plerumque ut et nostra gravia leviora et
proximorum mala levia graviter iudi
cemus. Scriptum est: Erunt homines
seipsos amantes. Et sciendum quia ve
hementer claudit oculos cordis
amor privatus. Ex quo fit ut hoc
quod nos agimus grave esse non sentia
mus, cum agitur a proximo minus no
bis detestabile esse videtur. Sed quare
hoc quod nobis leve videbatur in nobis
grave videtur in proximo, nisi quia
nec nos sicut proximum nec proximum
conspicimus sicut nos. Si enim nos
sicut proximum aspiceremus, nostra rep
rehensibilia districte videremus. Et rursus
si proximum aspiceremus ut nos, magis
nobis eius actio appareret intollera
bilis, qui sepe fortasse talia agimus
et nunc nos proximo intollerabile fe
cisse putabamus. Hoc male divise
mentis nostre iudicium corrigere per legis
preceptum Moyses studuit cum dixit
ut iustus debet modius esse equus
que sextarius. Hinc Salomon ait:
Pondus et pondus, mensura et
mensura, utrumque abhominabile
est apud dominum. Scimus quia in
negociatorum duplicia pondera a
liud maius aliud minus est. Sed
aliud pondus mittit ad quod pensat
sibi et aliud pondus ad quod pensat
proximo. Ad dandum ponderata levi
ora, ad accipiendum vero graviora ser
vant. Omnis itaque homo qui aliter
pensat ea que proximi et aliter ea que
sua sunt, pondus et pondus habet.
Utrumque ergo abhominabile apud deum,
quia si sic proximum ut se diligeret

hunc in bonis sicut se amaret
et si sic se sicut proximum aspiceret
et se in malis sicut proximum iudi
caret. Debemus ergo nosmetipsos sol
licite sicut alios videre nosque ipsos
ut dictum est ante nos ponere ut pecu
ta animalia incessanter intueamur
ne nesciamus quid agimus. Coram
facie nostra semper ambulemus. Per
versi autem sicut paulo ante iam
diximus coram facie sua non am
bulant, quia ea que agunt minime
considerant, ad nichil tendunt, in
nis actibus exultant, de quibus
scriptum est: Qui letantur cum male fe
cerint et exultant in rebus pes
simis. Sepe eos iustus qui eos con
spicit deflet. Sed ipsi [illegible]
modo plangunt et rident. Alii in
digentibus de rebus propriis multa
largiuntur. Sed cum occasionis tem
pus invenerint indigentes opprimunt
eosque quibus valuerint rapinis
devastant. Ponunt autem cogitacio
nis sue oculos bona que faciunt
et non ponunt pessima que commit
tunt. Hii videlicet coram facie sua
non ambulant, quia si semetipsos
perspicientes essent, cuncta subtiliter
que agunt viderent, qualiter bona
opera malis actibus perdunt agnos
cerent, sicut scriptum est: Et qui merce
des congregant mittunt eos in sac
culum pertusum. De pertuso quippe sac
culo aliunde exit quod aliunde mittitur,
quia indiscrete mentes mercedem
que ex bono opere acquiritur non aspi
ciunt quo ex malo opere perditur. Ali
us castitatem corporis servat, sed quia
vigilancius conspiciat neque forte rep
rehensibiliter admittat, suis contentus
est, aliena non cupit. Sed tamen
in corde odium fortasse contra proximum
servat. Et cum servat sic cum odit

fratrem suum homicida est. Consideremus
quam sit modicus foris in opere et
non perpendit quam sit crudelis in
mente. Cum modo iste ipse sibimetipsi
absens est qui in cordis sui tene-
bris ambulat et ignorat. Alius
iam aliena non cupit. Iam corpus
ab inmundicia custodit. Iam mentem
pura proximum diligit et malorum
profectuum consors laudibus se ipsa-
bus afficiat. Sed fructu sue leta in
hoc mundo de quibus gaudeat re-
quirit et temporalibus gaudiis
negligentem animum dimittit nec
curat ne in ea lacrimarum inesperata
immoderata gaudia transeant. Sit
quod ut bonum minime videndo perdat
quod plangendo lucratus est. Hic igitur
quia coram facie sua non ambulat
omnia dampna que patitur conspi-
cere recusat. Septimum itaque quod ipse
est: Cor sapientium ubi tristicia est
et cor stultorum ubi leticia. In cunc-
tis ergo que agimus diligenter nos
metipsos et conspicere interius et
exterius debemus ut penitentiam cuncta
mala sequentes nobismetipsis pre-
sentes simus et coram facie nostra
semper ambulemus. Iuvante adiuto-
rem nostrum patris ihesum christum domi-
num qui cum eo vivit et regnat
in unitate spiritussancti deus per omnia
secula seculorum amen. Explicit
omelia quarta. Incipit quinta

O quam mira est profun-
ditas eloquiorum dei. Lib-
hinc intenderit liber eius
intima gratia duce penetrare hanc
quodammodo intelligendo distinximus
quid aliud quam silvarum opacitate
ingredimur ut in eius refrigerio
ab huius seculi estibus abscondamur.
Ibi quoque viridissimas senten-
tiarum herbas legendo carpimus

tractando ruminamus. In ea locutio-
ne quod ad nos filius hominis missus ter-
tius factus est qualiter ostensa anima-
lia vel redemptorem nostrum vel qua-
tuor eius evangelistas atque perfectos
omnes significent dictum est. Quorum
videlicet animalium subtilius adhuc vir-
tus exprimitur ut ad eorum imitatio-
nem nos quoque infirmi et despica-
biles in quantum deo largiente pos-
simus extendamus. Ecce enim dicitur
Ubi erat impetus spiritus illuc gradi-
ebantur. In electis et reprobis diversi
sunt impetus. In electis videlicet
impetus spiritus, in reprobis impetus
carnis. Impetus quippe carnis ad
odium ad elationem ad invidiam
ad rapinam ad exteriorem gloriam ad cu-
piditatem ad perfidiam ad desperati-
onem ad iram ad iurgia ad vo-
luptates animum impellit. Impe-
tus vero spiritus ad caritatem ad humili-
tatem ad continentiam ad largita-
tem iustitie ad misericordiam pro proximo
ad pietatis opera ad eternorum fidem
ad spem sequentis gaudii ad pati-
entiam ad pacem ad considerationem
vite mortalis et lacrimas mentem
pertrahit. Cum necesse est ut magna sol-
licitudine considerare debemus in omni-
bus que agimus quo nos impetus ducat.
Cum nostra cogitatio per impetum carnis
an per impetum spiritus impellatur. A-
mare etenim terrena temporalia ex-
terius proponere exteriora bona non ad usi-
tatem necessitatis sed ad voluptatem concupi-
scere, elationem diminutionem querere,
de emuli casu gaudere, impetus car-
nis est. At contra amare celestia con-
temnere terrena transitoria non ad se-
ctandum voluptatis transitoria sed ad usum
necessitatis querere, de minima morte
tribulari impetus spiritus est. Et quia
perfecti quique in istis se semper ...

gererent. Item nunc de sanctis animali
bus dicitur: Ubi erat impetus spiritus illuc
gradiebantur. Sed sciendum nobis est
quod plerumque impetus carnis sub
uelamine spiritalis impetus palliatur
et quod carnaliter facit mentitur sibi
met ipsa cogitacio quia hoc spiri
taliter faciat. Nam sepe quis ira
cundie stimulis inctus contra delin
quentes zelo uelasse iusticie plus
quam necesse est inflammatur et iusticie
limitem in ulcione transiens agit cru
delius quod se agere iuste suspicatur.
Impetus igitur carnis hunc sub spe
spiritus uelatus est. quando et hoc quod
iuste agi creditur sub discrecionis
moderamine non tenetur. Et sepe ali
us nimie mansuetudini studens sub
iectorum uicia aspiciat atque hec per feruo
rem zeli corrigere recusat. que reis
audacia non corrigendo multipli
cat et sibi sit et subiectis inimica
qui corporem mentis sue quasi pla
cencia deputat per carnis spiritum ab
impetu spiritus elongat. Summa ergo nos
cogitacione nostri cordis debet ex
cutere ne ad quedam que agimus
per apetitum carnis impetum ducamur
ne primus delectacionibus animus
seductus mala esse cognoscat et
tamen faciat. Sed uero nos cura de
bet uigilantes reddere ne se impe
tus carnis quasi impetum spiritus
latenter subiciat et culpas quas
agimus nobis uirtutes fingat.
Sciendum uero est quia grauiores
culpe sunt que supradicta spiritus u
irtutes imitantur. quia ille in aperto
cognite animum in confusionem
deiciunt atque ad penitenciam trahunt.
Iste uero non solum in penitenciam non
humiliat sed eciam mentis opertis
eleuat dum uirtutes putantur.

Hanc quod de sanctis animalibus
dictum superius fuerat ut elacius
confirmet. iterum replicat. Non re
uertebantur cum ambularent. Quia
electi quique sic ad bona tendunt
ut ad mala perpetrata non redeant.
Qui enim perseuerauit usque in fine(m)
hic saluus erit. Et sic per Salomonem
dicitur: Iustorum semite quasi lux
splendens procedit et crescit usque
ad perfectum diem. In eorum namque
animo bonum desiderium atque intel
lectus lucis intime iam pars di
ei est. Sed quia usque ad finem ui
te in uirtute proficit ad perfectu(m)
diem tunc ueniunt quando ad re(g)
na celestia perducti in ea luce qua(m)
desiderant iam minus aliquid
non habebunt. Sequitur. Et si
militudo animalium aspectus eorum qua
si carbonum ignis ardencium et qua
si aspectus lampadarum. Aspectus
animalium carbonibus ignis arden
tibus atque lampadibus compar(atur).
Quisquis enim carbonem tangit
incenditur. Quia qui sancto uiro ad
hiberet ex eius assiduitate uisio
nis usu locucionis exemplo operis
accipit ut attendat. in amore ue
ritatis peccatorum suorum tenebras fu
giat. in desiderio lucis exardescat
et iam per uerum amorem ardeat
qui prius in iniquitate carnium mor
tuus quasi frigidus iacebat. Lam
pades uero lucem suam longius
spargunt et tamen in alio loco
sunt in alio resplendent. Qui uero
spiritu prophecie uerbo doctrine miraculo
rum pollet gracia huius opinio lon
ge lateque ut lampas lucet et quo
que bona eius audiunt. quia per hec
ad amorem celestium surgunt.

In eo quod semper bona opera exhibent
quasi ex lampadibus lumine resplen
dent. Cum autem electi viri quosdam
iuxta se positos quasi tangendo
ad amorem patrie celestis accendunt
carbones sunt. Cum vero quibusdam
et longe positis lucent eorumque in
mentibus ne in peccati sui tenebris cor
ruant lampades sunt. Hoc vero in
ter carbones et lampadas distat
quod carbones ardent quidem sed
eis locis in quo iacent tenebras
non expellunt. Lampades autem
quia magno flammarum lumine resple
dent diffusas circumquaque tene
bras exfugant. Qua ex re notan
dum est quia sunt plerique secretius
vite simplices et occulti seseque in
locis minoribus sub magno silencio
contegentes ut vix eorum vita ab
aliis possit agnosci. Quid itaque is
ti nisi carbones sunt qui et si
per fervorem spiritus ardorem habent
tamen exemplum flammam non habent nec in
alienis cordibus tenebras peccatorum
vincunt quia vitam suam oculis
aliorum refugiunt. Pro semetipsis quidem
accensi sunt sed aliis in exemplo
luminis non sunt. Hii autem qui et
exempla virtutum prorogant et lumen
boni operis per vitam et verbum intuen
tibus demonstrant iure lampades
appellantur quia et per ardorem de
siderii et per flammam verbi a peccatorum
cordibus errorum tenebras repellunt.
Qui igitur in occulto bene vivit
sed in alieno provectu minime se prestat
carbonem. Qui vero in imitatione
positus lumen ex se recti
tudinis multis demonstrat lam
pas est quia et sibi ardet et aliis
lucet. Sequitur. Et hec erat visio
discurrens in medio animalium sple
dor ignis et de igne fulgor egrediens.

In medio animalium discurrens vide
tur quia et ipsi ab igne virtutis pe
netrata illa animalia calorem susci
piunt ipsa in carbonum atque lampa
darum similitudinem ardent. Igis
enim nomine spiritus sanctus figurari solet
de quo in evangelio dominus dicit. Ignem
veni mittere in terram et quid volo
nisi ut accendatur. Cum enim carna
lis mens sanctum spiritum accipit spi
ritali amore succensa malum plan
git quod fecit et terra ardet quam antea
saluti se constrictam per peccatis videtur
atque in dolore penitencie cremat. Hinc
rursus scriptum est. Deus noster ignis
consumens est quia enim mentem
quam replevit eam a peccatorum rubi
gine mundam reddit. Creator noster
et ignis dicitur et consumens. Sed
quo spiritus in medio animalium splen
dor ignis et de igne fulgor egrediens
discurrere dicitur. Quia universum ecclesi
am replens in electorum cordibus ex
seipso flammas amoris praestat ut
corrupti more per timorem feriat et
ad amorem suum corda torpencia ac
cendat. Sed quia sanctus spiritus de
us ante secula patri est et filio coe
ternus. Querendum nobis est cur
discurrere dicitur. Omnis etenim qui dis
currit accedit ad locum in quo non
fuit et eum deserit in quo fuit. Cur
igitur incircumscriptus spiritus discurrens
dicitur cum cuncta infra ipsum sunt et locum
nusquam sit ubi non sit sicut scriptum
est. Spiritus domini replevit orbem
terrarum et tamen cum laus sapiencie
describitur adiunctum est. Est enim in il
la spiritus intellectus sanctus unicus mul
tiplex subtilis mobilis et paulo post
humanus stabilis. In quibus nimirum
verbis magna nobis questio oritur
cur idem spiritus implet omnia simul
mobilis dicitur et stabilis. Sed si

ad usum consuetudinis humane re-
ducimus sensum autem loquentis
invenimus. Homo quippe qui in ea
regione in qua est ubique discurrit
procul dubio ubique obviam venit et
repente ubi non creditur invenitur.
Omnipotentis ergo spiritus ut ubique pre-
sentia signaretur simul et mobilis
et stabilis dicitur. Stabilis quia per
naturam omnia continet. mobilis
autem dicitur quia ubique etiam nesci-
entibus occurrit. Tenens ergo om-
nia stabilis presentem se omnibus
exhibens mobilis appellatur. Sple-
dor ergo ignis et de igne fulgor
egrediens inter pennata ani-
malia discurrit quia sanctus spiritus
simul singulis atque omnibus
presto sic et incendit. quos con-
tigerit illuminat. quos incendit
ut post frigus pristinum accensi ar-
deant et per ignem amoris
quam acceperunt flammas exemplo-
rum reddant. Fulgor quippe de
igne egrediens torpentes men-
tes ferit. easque per ardorem exci-
tat et inflammat ut per amorem
illius ardentes feriant et lucen-
tes ardeant. Unde alias scriptum
est. Thronos eius flamma ig-
nis. rote eius ignis accensus.
Hii quia minime custodes sunt
et pascendi gregis onera sus-
ceperunt. mutare nunc loca
promittuntur. Et quia uno in lo-
co positi divinitatis in se presentiam
portant et ardent. thronus
dei flamma ignis dicitur. Hii autem
qui amorem domini in predica-
cione discurrunt rote eius ig-
nis accensus sunt quia cum ex
eius desiderio per varia loca dis-
currunt unde ipsi ardent et alios

accendunt. post tamen discursum
atque mobilitatem spiritus requisita
ne altius intelligi considera-
mus. In sanctorum quippe cordibus iu-
xta quasdam virtutes semper per-
manet. iuxta quasdam vero tran-
siturus venit et venturus rece-
dit. In fide etenim spe atque carita-
te et in bonis aliis. sine quibus
ad celestem patriam non potest
veniri. sicut est humilitas. casti-
tas iusticia atque misericordia perfecto-
rum corda non deserit. In prophe-
cie vero virtute doctrine facundia
miraculorum exhibitione electis
suis aliquando adest. aliquando se subtra-
hit. adest ut elevent et semet
ipsum subtrahit ut humilientur.
adest ut eos ostensa virtute glori-
ficet. recedit ut semetipsos sub ta-
li eius virtute cognoscant. ade-
st ut ostendat quid per ipsum sint. re-
cedit ut patefaciat qui vel qua-
les remaneant sine ipso. In hiis
itaque virtutibus sine quibus ad
vitam minime pervenitur. sanctus spiritus
in electorum suorum cordibus per-
manet. In hiis vero per quas san-
ctitatis virtus ostenditur. aliquan-
do misericorditer presto est et ali-
quando misericorditer recedit. Discur-
rens ergo et mobilis spiritus dicitur
quia in signis atque virtutibus
iuxta vim sui usque notum continu-
e non habetur. Unde aut inter
sancta animalia discurrere perhibetur.
discursus quippe ad celeritatem
pertinet. Inter pennata autem discur-
rit spiritus quia et se ab eorum cor-
de ad momentum recessisse. et ag-
redit. Sequitur. Et animalia ibant

et revertebantur in similitudinem fulgoris chorustantis. Cum superius dictum sit: Non revertebantur cum ambularent, quare nunc iterum dicitur: animalia ibant et revertebantur? Valde sibi hec videntur esse contraria, quia ibant et non revertebantur et ibant et revertebantur. Sed qualiter intelligendum sit citius agnoscimus si duas vitas activam scilicet et contemplativam sollicite discernamus. In una enim fixi permanere possumus. In altera autem intenta mente stare nullo modo valemus. Cum enim corporis nostre relinquimus, nosque ipsos ad bone operacionis studium excitamus, quo alibi imus ad activam vitam a qua reverti post nos nullomodo debeamus, quia post illam ad torporem negligencie ad pravitatis nequiciam ad quas relinquerit redire esse sine dubio celeste animal nescit. Cum vero ab activa vita ad contemplativam surgimus, quia diu nimis stare in contemplacione non valet mens, quod de eternitate per speculum et in enigmate conspiciat quasi furtim hoc et per transitum videlicet ipsa sua infirmitate ab immensitate tante celsitudinis animus repulsus in semetipso relabitur et necesse est ut ad activam redeat seseque ipsum continue in usu bone operacionis exerceat, ut cum mens surgere ad contemplanda celestia non valet, quecumque potest bona agere non recusat. Sicque fit ut ipsis suis bonis actibus ad superiora iterum in contemplacionem surgat et amoris pastum de pabulo contemplate veritatis accipiat. In qua quandiu se tenere ipsa corrupcionis infirmitas non potest, ad bona iterum opera rediens suavitatis divine memoria pascitur et foris piis actibus, intus vero sanctis desideriis nutritur. Hinc etenim de perfectis omnibus per contemplacionem suam redeuntibus dicitur: Memoriam suavitatis tue eructabunt. Dulcedinem quippe suavitatis intime quia utcumque presentis velut ex quodam chorusco pregustando tangere, eius memoriam student recolendo semper et loquendo ructuare. Unde et apte nos psalmista admonet dicens: Lux orta est iusto et rectis corde leticia. Letamini iusti in domino et confitemini memorie sanctitatis eius. Cum rursus ait: Quam magna multitudo dulcedinis tue domine. Quam videlicet quia magna esse nullo modo agnosceret nisi hanc aliquatenus contemplando gustasset. Hinc iterum dicit: Ego dixi in excessu mea proiectus sum a vultu oculorum tuorum. Nisi enim in mentis excessu sublevatus dulcedinem suavitatis eterne cognovisset, in hoc adhuc mundo retentus non discerneret quam longe proiectus iacet. Ostensa ergo animalia vadunt et revertuntur atque vadunt et redeunt, quia sancti viri et ab activa vita quam apprehenderint ad iniquitates non convertuntur et a contemplativa quam tenere iugiter non possunt in activa relabuntur. Sicut enim dictum est, ipso infirmitatis sue pondere devicti ad semetipsos repulsi redeunt, ut euntes discant quid desiderarent et revertentes ubi iacerant sciant; euntes intelligant ubi non diu stent, revertentes quid sunt. Sed qualiter sancta hec animalia redeant demonstratur cum subditur: In similitudine fulgoris chorustantis. Bene autem revertencia animalia chorustanti

fulgori comparantur quia sancti viri
cum ad superna contemplanda evola-
verint primicias sui spiritus in celestis pa-
trie amore ligant. Sed gravati huma-
ne conversacionis pondere ad semet-
ipsos redeunt bona celestia que salte
per speculum contemplari potuerint
fratribus denunciant. eorumque animos in
amorem intime claritatis accendunt
quam nec videre sicut est nec loqui pre-
valent sicut viderunt. loquentes
autem verbis suis corda audiencium fe-
riunt et incendunt. Quasi ergo ful-
gor choruscans redeunt qui cum
celestia loquuntur quia per eos eter-
ni luminis inter micat ad amorem
celestis patrie mentes audiencium
inflammat. More autem choruscantis
fulgoris cum loquendo percuciunt i-
gne spiritualis desiderii spargunt. Il-
lo quoque modo sancta animalia
vadunt et redeunt. Vadunt enim
cum ad insinuandam celestis do-
ni graciam in predicacione mittun-
tur atque ut ad fidem trahant mi-
racula coram infidelibus faciunt. Sed
redeunt quia hec omnipotentis
domini virtute tribuentes semetipsis
que fecerint non ascribunt. Cum
enim stupenda faciunt fulgor sunt
quia corda intuencium concuciunt
terrent illuminent et accendunt.
Unde scriptum est In lumine iacula
tua ibunt in splendore fulguris ar-
morum tuorum. Iacula dei sunt ver-
ba sanctorum que corda penetrancia
feriunt. Sed ipsa iacula habent arma
dantes fratres christi quia predicatores
verbis iacula mittunt armis vero
muniuntur. Quando ergo verbis adiungunt
miracula quasi armis se muni-
unt ne ipsi feriantur. In lumine ia-

cula tua ibunt quia in aperto exe-
unt verba dei. Sed quia coruscare de-
bent sinceras doctorum facta mira-
culorum vero subiungitur in splendore
fulguris armorum tuorum. quia dum
actis eius arma miraculorum in-
certos prosequencium fulgorant ut eos
prosequi necesse sumant hoc itaque
animalia vadunt et revertuntur
in similitudine fulgoris chorus-
cantis. Cum quia postquam mira fac-
ta inter homines faciunt percussa
corda audiencium sparso lumine in-
cendunt. ad causa auctoris sui glo-
riam redeunt ut illi laudes red-
dant per quem se posse talia sciunt.
Sic petrus cum sub nomine qui
claudus ex utero matris fuerat signi-
ficat quod omnes qui cognoverunt
valde miraverunt. dixit Viri is-
raheliti in hoc aut nos quid intue-
mini quasi nostra virtute aut pietate hoc
fecerimus hunc ambulare. Deus
abraham deus ysaac et deus Ia-
cob deus patrum nostrorum glorificav-
it filium suum ihesum. Et paulo post
In fide nominis eius signum quippe
factus intuencium oculos hunc quem
vidistis et nostis confirmavit
nomen eius. Signum quippe factus
intuencium oculos miraculi lumine
perstrinxit sed humilitatem custodiens
et laudem auctori reddens quasi
unde venerit rediit quia lux ful-
goris unde fuit ostendit. Sancta itaque
animalia cum ad signa operanda ve-
niunt et tamen ad reddenda auctori
suo gloriam intus apud semetipsos
redeunt fulgor sunt. Cum et osten-
dendo miracula et exempla humilita-
tis prebendo mentes intuencium feriunt
et incendunt. In nomine autem quod facia

predicatores semper ad laudem creatoris re-
deunt ut in ea virtute quam acceperunt
veram stabilitatem percipiant. Flumina quippe si
sibi tenuerint in hoc quod acceperant
stare non possent. Unde bene etiam per
Salomonem dicitur: Ad locum de quo
exeunt flumina revertuntur ut ite-
rum fluant. Quid enim in virtuti-
bus seu in doctrina quid aliud sunt
sancti viri quam flumina que ter-
ram cordis carnalium aridam rigant?
Qui sive in operatione quam faciunt
seu in doctrine verbis quibus fluunt
tur nisi per intentionem cordis com-
pelliantur ad locum de quo exeunt
redeunt. Si enim intrinsecus ad cor
non redeunt ac sese in amore con-
ditoris desiderio continuo non
astringunt et manus ab eo quod
agebat deficit et lingua ab eo quod lo-
quebatur arescit. Sed illi semper per
amorem redeunt et hoc quod in pub-
lico operantes atque loquentes fundunt
in secreto suo de fonte amoris hau-
riunt. Amando enim discunt quod pro-
ferunt. Ad locum ergo de quo exeunt
flumina revertuntur ut iterum fluant
quia aquam suppleri inde semper
hauriunt unde emanant ne cum are-
rint exsiccentur. Per omne ergo quod agimus
ad fontem veri luminis solliciti in-
tra redeamus. Reddamus creatori
nostro gratias de bonis que accepimus
eique cum propheta suppliciter
dicamus: Omnia opera nostra operatus
es nobis. Bona enim nostra eius sunt
opera, quia misericordia non sufficit ut
nos eligeret nisi et semetipsum pro
nobis incarnaret. Qui enim coeternus
patri deus ante secula non fieret ho-
mo in tempore quod ex temporalibus sa-
peret caritatem. Descensio ergo verita-
tis ascensio facta est humilitatis nostre.
Demus ei gloriam, demus laudem, qui
vivit cum patre in unitate spiritus sancti
deus per omnia secula seculorum amen.

Explicit omelia quinta. Incipit sexta.

Tenebrosa aqua in nubibus
aeris, quia obscura est scientia
in prophetis. Dicit Salomonis
voce attestante didicimus: Gloria
regum celare verbum et gloria dei est
investigare sermonem. Quia et ho-
nor est hominum eorum secreta abscon-
dere et gloria dei est mysteria sermonis
eius aperire. Ipsa autem per se veritas dis-
cipulis dicit: Que dico vobis in te-
nebris dicite in lumine, id est aperte expo-
nite que in allegoriarum obscuri-
tatibus audistis. Magne vero utilita-
tis est ipsa obscuritas eloquiorum
dei, quia exercet sensum ut fatiga-
tione dilatetur et exercitatus ca-
piat quod capere non posset otiosus.
Habet quoque adhuc maius aliud
quia scripture sacre intelligentia
que si in cunctis esset aperta vilesce-
ret. In quibusdam locis obscurio-
ribus tanto maiori dulcedine
inventa reficit quanto maiori
labore fatigat animum quesita.
Hinc enim sancti Ezechielis nunc
voce dicitur: Cumque aspicerem animali-
a, apparuit rota una super terram. Rota
autem non nisi sacram scripturam
signat, que ex omni parte ad audito-
rum mentes volvitur et nullo er-
roris angulo predicationis sue
via retinetur. Ex omni autem parte
volvitur quia inter adversa et prospera
et recte et humiliter incedit. Circulus
quippe preceptorum illius modo sursum
modo deorsum est, quia ipsa que perfec-
tioribus spiritaliter dicuntur in-
firmis iuxta litteram congruunt, et
ipsa que parvuli iuxta litteram intel-
ligunt docti viri per spiritalem intel-
ligentiam in altum ducunt. Cum namque

pirilonum in facto esau et Jacob quod
alter aduenatum mittitur ut bene
dicatur aliter uero per suppositionem ma
tris a patre benedicatur nisi iuxta sacre
scripture hystoriam pateretur In qua vi
delicet hystoria si ad intellectum pau
lo subtilius aspiciatur uidetur quia
Jacob primogeniti benedictionem non per
fraudem subripuit sed ut sibi debi
tam accepit quam concedente fra
tre dato lentis mercede emerat
Sic uero si quis aliquis sentiens uter
umque facta uelit per allegoriam re
clamata discutere primus ab hystoria
in misterium surgit Quid est enim
quod Ysaac de maioris filii sui uena
tione uesci concupiscat nisi quod om
nipotens deus iudaici populi bona op
eratione pasci desiderauit Sed illo
tardante maiorem rebecca supposu
it Quia dum iudaicus populus bo
na opera foris querit gentilem popu
lum mater gratia instruxit ut omnipo
tenti patri cibum boni operis offerret
et benedictionem maioris fratris
acciperet Qui corpus alius ex dome
sticis animalibus prebuit Quia gen
tilis populus placere deo de exterioribus
sacrificiis non querens per uocem prophe
te dicat In me sunt uota que red
dam laudationes tibi Quid est
quod ipsum Jacob manus ac bra
chia et collum hedinis pellibus
texit nisi quod hedus pro peccato offerri
consueuit et gentilis populus car
nis quidem in se peccata mactauit
Sed corporum se carnalibus pec
catis confiteri non erubuit Quid
est quod uestimentis fratris maioris
induitur nisi quod sacre scripture
preceptis que maiori populo data fu

erant in bona operatione uestitus
est et eis minor in domo utitur quod
maior foris exiens minus religit
Quia illa gentilis populus precepta te
net in mente que iudaicus popu
lus habere non potuit dum solam in
eis literam attendit Et quid est quod
Ysaac eundem filium uestiri quam
benedicat nisi hoc quod de gentili po
pulo deus per psalmistam dixit po
pulus quem non cognoui seruiuit
michi ob auditu auris obediuit michi
Quid est quod patrem non uidet et tamen
que ei in futuro ueniant uidet nisi quod
omnipotens deus cum per prophetas suos
predicaret gentilitati gratiam prerogau
dam eam in futuro per gratiam non uidet
quia tunc in errorem reliquit et
tamen quia hanc quandoque collaturus erat
per benedictionem gratiam preuidit Unde
et eidem Jacob gentilis populi figu
ram tenenti in benedictione dicitur
Ecce odor filii mei sicut odor agri
pleni cui benedixit dominus deus Sic
enim in euangelio ueritas dicit Ager
est hic mundus et quia gentilis
populus ad fidem perductus per electos
suos in uniuerso mundo uirtutibus
redolet odor filii odor est agri ple
ni Aliter namque olet flos uite
quia magna est uirtus et opinio
predicatorum que debriaunt mentes
audientium Aliter flos oliue qui
a suaue est opus misericordie quod mo
re olei refouet et lucet Aliter
flos rose quia mira est fragran
cia que rutilat et redolet ex cru
ore martirum Aliter flos lilii
quia candida ualde caro est de
incarnatione uirginitatis Aliter
flos viole quia magna uirtus
est humilium qui ex desiderio lo

ca intima tenentes super humilita-
tem a terra in altum non sublevat
et celestis regni purpuram in men-
tem servat. Aliter redolet spiritualis ager
ad maturitatem perducatur. quia bo-
norum operum perfectio ad placitum
ipsorum qui iusticiam esuriunt servatur.
Quia ergo gentilis populus in e-
lectis suis ubique per mundum
sparsus est et ex eis continuis
quas agit omnes qui intelligunt
odore bone opinionis replet. di-
citur recte. Odor filii mei sicut odor
agri pleni. Sed quia easdem vir-
tutes ex semetipso non habet ad-
iungat. Cui benedixit dominus deus
et quod iisdem electis placet per quos-
dam etiam in contemplacionem
surgit per quosdam vero in active vi-
te solummodo opera pinguescat. recte il-
lic additur Det tibi deus de rore
celi et de pinguedine terre Ros enim
desuper et subtiliter cadit. et toci-
ens de rore celi accipimus quoci-
ens per infusionem contemplacionis
intime de superius aliquid tenuiter
inducimus. Cum vero bona opera eti-
am per corpus agimus de terre pin-
guedine ditamur. Quid est autem
quod esau tarde ad patrem redit. nisi
quod iudaicus populus ad placendum
deo vehitur. Cui adhuc in bene-
dictione dicitur Tempus quod erit cum
solvatur cum solvatur iugum de col-
lo tuo. Quia a servitute peccati iudai-
cus ipse in fine liberatur. Sicut
scriptum est Donec plenitudo gen-
tium introiret et sic omnis israhel
salvus fieret. Cum vero nos parvulo-
rum ipsa ewangelica hystoria in-
iciali operacione reficiat quod y-
drias vacuas dominus aqua impleri
precepit easdemque aqua primus in
vinum vertit. Sed cum hec vigi-

lancionis ingenio audivit et sa-
crum hystoriam ardenter veneran-
tur quod intus significat requirunt.
Qui enim vinum in aquam mutare po-
tuit. easdem vacuas idrias valuit
vino statim replere. Sed impleri idri-
as aqua iubet. Quia prius per predica-
cionis hystoriam corda nostra reple-
da sunt et aqua nobis in vinum
vertit cum ipsa historia per allegorie
misterium in spiritualem nobis intel-
ligenciam commutatur. Recta ergo
quasi per [illegible] trahitur. quia par-
vulis [illegible] sermone concordat
et tamen magnis spiritualia insinu-
ans quasi [illegible] in alta levatur
et inde sursum erigitur. [illegible]
tangere paulo ante videbatur.
Quia non undique edificat quasi per
articulum [illegible] currit [illegible] et in lege
scriptum est. Facies et candelabrum
ductile de auro mundissimo. hasti-
le eius et calamos. ciphos et spe-
rulas ac lilia ex ipso procedencia. Quod
in candelabro nisi redemptor huma-
ni generis designatur. qui in natura
humanitatis infulsit lumine divi-
nitatis ut [illegible] candelabrum fieret
quatinus in eius lumine omnes peccatores
in quibus iacerent tenebris viderent.
Qui pro eo quod naturam nostram sine cul-
pa suscepit candelabrum taberna-
culi ex auro purissimo fieri iube-
tur. Ductile autem ferendo producitur.
quia et redemptor noster qui
ex conceptione et redemptor nati-
vitate perfectus deus et homo extitit
passionum dolores pertulit et sic ad
resurrectionis gloriam pervenit. Ex
auro ergo mundissimo ductile cande-
labrum fuit. quia et peccatum non ha-
buit. et tamen eius corpus per
passionis contumelias ad immor-
talitatem perficit. Nam vigor virtutis

anime quo passionibus potuisset
proficere omnino non habuit In membris
autem suis que nos sumus cottidie
passionibus proficit quia dum nos
tundimur et efficimur ut eius corpus
esse mereamur Ipse proficit de quo cor-
pore scriptum est Ex quo totum corpus
per nexus et coniunctiones sub mini-
stratum et constructum crescit in aug
mentum Dei Corpus quippe illius
nos sumus per nexus uero et con
iunctiones corpus ligatur quia
dum capiti pectus dum pectori bra
chia dum brachiis manus digiti
manibus sunt iuncti ac brachia
mebris ceteris membris inherent
corpus omne proficitur sicut sancti apostoli
qui redemptori nostro proximi ex
titerunt qui pectus capiti inheserunt
quos quia iuncti sunt secuti qui
iuncta brachia pectori fuerunt cui
bus dum pastores et doctores sub
iuncti sunt per bona opera manus
brachiis inheserunt hoc uero omne
corpus redemptoris nostri cottidie per
nexus et coniunctiones sub ministratur
in celo quia cum ad eum illuc electe
anime ducuntur ei sua membra col
ligantur De quo bene dicitur sub mi
nistratum et constructum crescit in
augmentum Dei Quia deus omni
potens redemptor noster qui in se
quo proficiat non habet adhuc per
membra sua cottidie augmentum
habet Unde rursus scriptum est Do
nec occurramus omnes in virum
perfectum in mensuram etatis ple
nitudinis Christi hastile uero eiusdem
candelabri ipsa ecclesia debet intelligi
que corpus eius est quia inter ad
uersa liberata stat Calami autem
qui de hastili procedunt predicatores
sunt qui dulce sonum carminis ce

cinerunt videlicet canticum noui
Sciphi autem vino repleri solent
Quid ergo mentes audientium in
sciphi sunt que sacris predicationibus
vino scientie replentur Spherula
autem quid est aliud nisi uolubi-
litas predicationis Sphera enim ex
omni parte voluitur et predicator qui
nec aduersitate teneri potest nec
prosperitatibus eleuatur sphera est
Quia et inter aduersa fortis et
inter prospera humilis nec timoris
habet angulum nec elacionis
In cursu ergo suo sisti non vale
quia per cuncta se uolubiliter tra
hit ut aut hoc quod exempli cau
sa prudenter exequatur Bene post
calamos sciphos et spherulas
in candelabro lilia describuntur Quia
post eam quam diximus predicationis
gratiam atque uolubilitatem illa in
terius patria sequitur que animabus
sanctis id est floribus vernat eternis Sp
herule ergo ad laborem pertinent alia
ad retributionem Itaque sicut apud
moysen specula doctrina predicatio
nis accipitur ita hic per rotam ipa
sacra scriptura signatur propheta igitur
dum sancta animalia signaret
uidere adiunxit Cumque aspicerem
animalia apparuit rota una super
terram Quid in re querendum est an
misticis rote describuntur cur una ro
ta prius apparuisse dicatur nisi quia
antiquo populo uetus solummodo testa
mentum datum est quod ad erudien
dam mentem illius quasi rota uol
uetur Bene autem rota eadem
super terram apparuisse dicitur Peccanti
enim homini dictum est Terra es et
in terram ibis Rota ergo super terram
apparuit Quia deus omnipotens le
gem super corda peccancium dedit

Sed quia hec premissa animalia
sanctos ut diximus ewangelistas de-
signant quod prius animalia et post-
modum rotam unam aspicit quid aliud
testamentum vetus fuit et primo
dicta per ewangelistas sancta. Et intel-
ligere in hiis possumus quod illi prius
a propheta visi sunt qui multo tran-
scendunt. Nam quanto sanctum ewan-
gelium testamentum vetus precellit
tanto et predicatores eius in descrip-
cione prophetica prius debuerunt. Qui-
us sit adhuc aliud quod in hac de-
scriptione considerari decet quia pro-
phetie spiritus sic mentem scripturae anti-
qua et posteriora simul colligit ut hoc
simul prophetie lingwa proferre non pos-
sit. Sed ampla que videt dispensatione
sermonibus emanat et nunc ulti-
ma post prima loquitur. Unde Ezechi-
el propheta sub figura sancte universa-
lis ecclesie et ewangelistarum gloriam
per quatuor animalium similitudinem
vidit et tamen repente illa sub-
iungit que antiquis temporibus
gesta sunt ut pateat mi-
ter simul se vidisse quod tamen lin-
gwa non sufficeret simul dicere.
Quia vero per quatuor animalia cer-
tum perfectos omnes significari dix-
imus. Considerandum quoque est
quosdam sanctos et ante legem fuisse
qui in naturali lege districte
vixerunt et omnipotenti domino
placuerunt. Post animalia ergo
rota describitur quia elucet multa
apud omnipotentem dominum perfecti
et ante legem fuerunt. Sin vero
animalia solos ut diximus ewan-
gelistas debemus accipere. Est ad-
huc aliud quod considerare debeamus.
Videbat enim spiritu propheta quia hec
ipsa verba que obscuritatibus ob-
voluta proferebat non iudaico po-
pulo sed gentibus panderentur. Nobis
igitur loquens prius animalia et post
rotam describere debuit. Quia nos largi-
ente deo ad fidem venientes non
per legem ewangelium sed per sanctum ewangeli-
um legem didicimus. Ubi vero vel qua-
lis rota apparuerit adiungit cum
dicat iuxta animalia habens quatuor
facies. Ubi adhuc subditur: Et aspec-
tus rotarum et opus earum quasi visi-
o maris et una similitudo ipsarum
quatuor et aspectus earum et opera
quasi si sit rota in medio rote. Quid
est hoc quod cum una rota diceretur
paulo post adiungitur quasi si sit ro-
ta in medio rote nisi quod in testamen-
ti veteris littera testamentum novum
latuit per allegoriam. Unde et rota e-
adem que iuxta animalia apparuit
quatuor facies habere describitur quia
scriptura sacra per utrumque testamentum
in quatuor partibus est distincta.
Vetus etenim testamentum in lege et
prophetis novum vero in ewangeliis at-
que apostolorum actibus et dictis. Sci-
tur autem quia ubi faciem inven-
dimus ibi quod notum est videmus. Ro-
ta ergo quatuor habet facies quia
se cuncta mala in prophetie indit per
legem postmodum per prophetas indit.
Subtilius vero per ewangelium ad ex-
tremum autem per apostolos ea que in cul-
pis hominum resecarentur aspexit. Po-
test intelligi quod quatuor facies rota
habeat propter hoc quod sacra scriptura
per gratiam predicationis extensa in qua-
tuor mundi partes innotuit. Unde et
bene eadem rota una prius iuxta a-
nimalia apparuisse et postmodum qua-
tuor facies habuisse describitur quia
nisi lex ewangelio concordaret in
quatuor mundi partibus non innotesce-
ret. Sequitur: Et aspectus rotarum et o-
pus earum quasi visio maris x

al' q' est designavit testamentum vetus

Hec sacra eloquia visioni maris
simillima narrantur. quia in eis mag
na sunt volumina sententiarum et
nimii sensuum. nec immerito mari simi
lis scriptura sacra dicitur quia firmatur
in ea sancta locucionis sacramento ba
ptismatis. vel certe considerandum
quia navibus in mare navigamus
cum ad desideratas terras tendimus.
Nobis autem quid est in desiderio ni
si illa terra de qua scriptum est portio
mea in terra viventium. lignum autem
ut dixi vehitur qui mare transit
et scimus quia scriptura sacra ligni
crucis per legem nobis pronunciat cum
dicit maledictus omnis qui pendet
in ligno quod redemptori nostro paulus
attestatur dicens factus pro no
bis maledictum. per prophetas quoque
lignum annunciat cum dicit dominus
regnavit a ligno. Et rursum mit
tamus lignum in panem eius. Per
ewangelium lignum crucis aperte osten
ditur ubi ipsa passio domini que
prophetata est declaratur. per apostolos at
eadem crux etiam in verbis
et operibus tenetur cum paulus dicit
michi mundus crucifixus est et
ego mundo. Et rursus michi au
tem absit gloriari nisi in cruce do
mini nostri ihesu xristi. Nobis ergo qui ad eter
nam patriam tendimus scriptura sa
cra per quatuor suas facies mare
est que crucem annunciat quia nos
ad terram viventium ligno portat.
Nisi autem mari scripture sacre plene
cerneret propheta minime dixisset. Re
pleta est terra sciencia domini sicut aque
maris operientis. Sequitur. Et una
similitudo ipsarum quatuor et a
spectus earum et opera quasi sit ro
ta in medio rote. Una similitu
do ipsarum est quatuor quia quod

predicat lex hoc etiam prophete quod de
nunciavit prophetia hoc exhibet ewan
gelium quod exhibuit ewangelium hoc
predicaverunt apostoli per mundum. Una
est ergo similitudo ipsarum quat
tuor quia divina eloquia etsi tem
poribus distincta sunt tamen sensi
bus uniti. et aspectus earum
et opera quasi sit rota in medio
rote. Rota intra rotam est testamen
tum novum sicut diximus intra testa
B mentum vetus. hoc testamentum
novum exhibuit. Ut enim pauca de
multis loquar quid est quod Adam dor
miente Eva producitur nisi quod mori
ente xpo ecclesia formatur. Quid est
quod Isaac ad ymolandum ducitur et li
gna portat super impositus et vivit
nisi quod redemptor noster ad passionem
ductus lignum sibi crucis ipse por
tavit et sic in sacrificio pro nobis
ex humanitate est mortuus et ta
men immortalis mansit ex divini
tate. Quid est quod homicida post
mortem summi pontificis absolutus
ad terram propriam redit nisi quod huma
num genus quod peccando sibimet
ipsi mortem intulit. Post mortem
veri sacerdotis videlicet redempto
ris nostri peccatorum suorum vinculis sol
vitur et in paradisi possessione re
paratur. Quid est quod in tabernacu
lo propiciatorium fieri iubetur super quod
duo cherubyn unum a summitate
una et alterum a summitate ali
a ex auro mundissimo ponuntur
expandentes alas et operientes ora
culum qui se mutuo respiciant
versis vultibus in propiciatorium.
Nisi quod utrumque testamentum ita sibi
in mediatore dei et hominum congru
unt ut quod unum signat hoc alte
re exhibeat. Quid enim per propiciatorium

tonum nisi ipse redemptor humani generis designatur de quo per paulum dicitur Quem proposuit deus propiciacionem per fidem in sanguine ipsius. Quid vero per duo cherubyn que plenitudo sciencie dicitur nisi utraque testamenta signata sunt. Ex quibus unum a summitate una propiciatorii aliud vero a summitate altera stat. Quia quod testamentum vetus de incarnacione nostri redemptoris cepit prophetando promittere hoc testamentum novum perfecte narrat expletum. Duo autem cherubyn ex auro mundissimo facta sunt quia utraque testamenta pura ac simplici veritate describuntur. Expandunt vero alas et oraculum operiunt quia nos qui omnipotentis dei oraculum sumus a culpis imminentibus spiritualis sacre edificacionis protegunt. Quorum dum sensus sollicite aspicimus ab errore ignorancie eius alis velamur. Duo vero cherubyn se mutuo respiciunt versis vultibus in propiciatorium quia utraque testamenta in nullo a se discrepant et quasi ad semetipsa vicissim faciem tenent quia quod unum promittit hoc aliud exhibet. Dum inter se posita mediatorem dei et hominum vident. Facies quippe a semetipsis cherubyn averterent si quod unum testamentum promitteret aliud negaret. Sed dum concorditer de mediatore dei et hominum loquuntur ut vicissim se respiciant in propiciatorium vultum tendunt. Rota ergo in medio rote est quia inest testamento veteri testamentum novum et sicut sepe iam diximus quod testamentum vetus promisit hoc novum exhibuit et quod illud occulte annunciat hoc istud exhibitum aperte clamat. Prophecia ergo testamenti novi testamentum vetus est et exposicio testamenti veteris testamentum novum. Sequitur Per quatuor partes earum ibant et non revertebantur. Quo alibi divina eloquia non ad corda hominum vadunt. Et per quatuor partes euntes ibant quia scriptura sacra per legem ad corda hominum vadit signando misterium per prophetas vadit paulo apertius prophetando dominum per ewangelium vadit exhibendo quem prophetavit per apostolos vadit predicando eum quem pater in nostra redempcione exhibuit. Hinc ergo rote faciles et vias quia ostendit sacra eloquia nonnunquam preceptorum ad exhibicionem operum. Et per quatuor partes vadunt quia distinctis ut diximus temporibus loquuntur vel certe quia in cunctis mundi regionibus incarnatum dominum predicant. De quibus apte mox subditur Et non revertebantur cum ambularent. Hec superius de animalibus dicta sunt. Sed non eadem intelligi de rotis que de animalibus possunt. Rotas quippe signare testamenta diximus et testamentum vetus ambulavit quando per predicacionem ad mentes hominum venit. Et post semetipsum reversum est quia iuxta litteram in preceptis suis et sacrificiis usque ad finem stare non potuit. Non enim sine immutacione permansit cum in eo spiritualis intelligencia defuit. Et cum redemptor noster in mundum venit hoc spiritualiter debet intelligi quod carnaliter invenitur teneri. Itaque dum spiritualiter litteram eius intelligit omnis in eo illa carnalis exhibicio immutatur. Testamentum vero novum etiam per testamenti veteris paginas testamentum eternum appellatum est quia intellectus illius numquam mutatur. Bene

go dr q rote euntes ibant et no reu
tebantur cum ambularent Quia
dum noua testamentum mestimabile
dum uetus iam spiritualiter p intellec
tum tenetur po se no redeunt que
usqz ad fine mudi inmutabilia
psistunt Ambulant go et no reu
tunt quia sic spiritualiter ad cor
nim ueniunt ut eorum pcepta
vel studia ultius no mutentur
Sequitur Statura quoqz eat rotis
et altitudo et horribilis aspec
tus Quid est q scriptum sacre do
quibus ta hec messe narrantur
ut staturam altitudinem et horri
bilem aspectu i terribilem hre
memorentur Querendu nob
magnope est que diuine scripture
statura que altitudo qui hor
ribilis aspectus dicatur Sciendu
go est statura stare ad iustu con
gruit bene operantis vn p pau
lu dicitur Qui stat uideat ne ca
dat Qui eciam disciplulis dicit
Sic state karmi in dno Et pphta
qui se iusti ac moribus ante do
minu videbat ait Viuit dns
in cuius conspectu sto Altitu do
vo est celestis regni pmissio ad
quam tunc pungitur qn iaz mo
talis uite omnibus corruptos sub
iugatur Horribilis vo aspectus
est terror Jehenne que sine fi
ne repbos cruciat et semp in
cruciatu consumat Statura go
rectitudine pcepcionibus est altitu
do in celsitudine superne pmiss
onis Horribilis vo aspectus i
minus atqz terroribus supplicy
sequentis Scriptura igitur sacra sta
turam habet quia moribus ad sta
dum dirigit ut auditorum mentes
ad terrena concupiscencia non
auertantur Altitudinem habet
quia in celesti patria eterne iocundi
dia pmittitur Horribilem quoqz a
spectum habet quia homibus
pbis gehenne supplicia minatur
Ostendit igitur staturam suam in
edificacione morum ostendit alt
itudine in pmissione pmiorum
ostendit horribilem aspectu in t
roribus supplicacionum Recta e
enim in pceptis alta in pmissio
nibus horribilis in minis Habet
staturam cum p pphetam dicit Qui
escite agere puerse discite bene fa
cere querite iudicium subuenien
te oppsso iudicate pupillo defen
dite uiduam Et rursum Fran
ge esurienti panem tuum et ege
nos vagosqz induc in domu
tua Cu uideris nudu opi eum
et domesticos seminis tui ne
despexeris Habet altitudinem
cum p eundem pphetam dicit
Non erit tibi amplius sol ad luce
dum p diem nec splendor lune
illuminabit te sed erit tibi domi
nus in lucem sempiternaz et d
us tuus in gloriam tuaz habz hor
ribilem aspectum cum inferni
descrebens dicit Dies ulcionis do
mini annus retribucionis iudicy
syon et cum uertentur torren
tes eius in picem et humus
eius sulphur et erit terra eius
in picem ardentem die et noc
te non extinguetur in sempiternu
cuius beatus quoqz Job descripcio d
cens Terram tenebrosaz et opta
mortis caligine terram miserie et
tenebrarum ubi vmbra mortis
et nullus ordo sed sempiternus
horror inhabitans Habet sta
turam cum p eam dns pollicetur

dicens Sunt celi novi et terram
nova que ego stare facio coram
me dicit dominus sic stabit semen
vestrum et nomen vestrum Illi enim ve
raciter coram domino stant qui vi
tam suam in perpetuitate non dissi
pant Habet altitudinem cum sta
tim subdit Et erit mensis ex men
se et sabbatum ex sabbato et veni
et omnis caro ut adoret coram fa
cie mea dicit dominus quia est men
sis nisi perfectio dierum Et quid est sab
batum nisi quies in qua sicut opus
servile non liceat Mensis ergo
ex mense est quia qui hic perfecte
vivunt illic ad perfectionem glorie per
ducuntur Sabbatum vero ex sabbato
est quia qui hic cessant a pravo o
pere illic quiescunt in celesti re
tribucione Habet eciam horribi
lem aspectum cum protinus ad
iungit Et egredientur et videbunt
cadavera virorum qui prevaricati
sunt in me Vermis eorum non mo
rietur et ignis eorum non extin
guetur Quid enim horribilius di
ci quid cogitari potest quam dampn
acionis vulnera suscipere et do
lores vulnerum nunquam finire De
hoc horribili aspectu rotarum
bene per Sophoniam dicitur Sic sup
nemire divinis mentibus dies
iudicii denunciatur Iuxta est dies
domini magnus iuxta et velox
nimis vox diei domini amara
tribulabitur ibi fortis Dies ire di
es illa dies tribulacionis et an
gustie dies calamitatis et mise
rie dies tenebrarum et caliginis
dies nebule et turbinis dies tu
be et clangoris Et quia in exte
rioris rote dicta posuimus restat
nunc ut interioris quoque staturam
altitudinem et horribilem aspectum

perfecte decamus Habet quippe rota
interior staturam suam cum per sanctum
evangelium ad terrena desideria in
curvari nos prohibet redemptoris
nostri vocibus dicens Attendite ut
non graventur corda vestra in crapu
la et ebrietate aut in curis hu
ius vite Habet altitudinem cum de
eodem redemptore promittitur dicens
Quotquot autem crediderunt in e
um dedit eis potestatem filios dei fi
eri Quibus enim hac potestate celsius
quid hac altitudine dici sublimi
us potest in qua creatus quisque effi
citur filius creatoris Habet hor
ribilem aspectum cum de reprobis lo
quitur dicens Ibunt in supplicium
eternum Habet staturam cum ipsius
discipulos ammonet dicens Ven
dite que possidetis et date elemosinam
facite vobis sacculos non veterascentes
Habet promissionis altitu
dinem cum dicitur Venient ab oriente
et occidente et recumbent cum Abra
ham Isaac et Iacob in regno ce
lorum Habet horribilem aspect
um cum subdit Filii autem regni ei
cientur in tenebras exteriores ibi
erit fletus et stridor dencium Qui
bus rursum voce irritatus dicit
Vos in peccatis vestris moriemini Habet
staturam cum primi pastoris voci
bus dicit Ministrate in fide vestra
virtutem in virtute autem scienciam
In sciencia autem abstinenciam In absti
nencia autem pacienciam In pacien
cia autem pietatem In pietate autem
amorem fraternitatis In amore
autem fraternitatis caritatem Habet
altitudinem cum paulo post dicit
Sic enim habundanter ministrabitur
vobis introitus in eternum regnum
domini et salvatoris nostri Ihesu Christi
Cum rursus bonis pastoribus

pollicetur dicens Cum apparuerit
princeps pastorum percipietis immar-
cessibilem glorie coronam / Habet hor-
ribilem aspectum cum dicitur Adveniet
autem dies domini ut fur in qua
celi magno impetu transibunt
elementa vero calore solventur Cum
hec igitur omnia solvenda sint quales
oportet nos esse in sanctis con-
versacionibus et pietatibus expec-
tantes et properantes in adventum
diei dei per quam celi ardentes sol-
ventur et elementa vero ignis calore
tabescent / Habet staturam cum per
paulum nos a terrenis desideriis
nos erigit dicens Mortificate mem-
bra vestra que sunt super terram forni-
cacionem immundiciam libidinem
concupiscenciam malam et avari-
ciam que est idolorum servitus / Habet
altitudinem cum promittit dicens
Vita vestra abscondita est cum Christo
in deo Cum Christus apparuerit vita
vestra tunc et vos apparebitis cum
illo in gloria / Habet horribilem aspe-
ctum cum minatur dicens In re-
velacione domini nostri Ihesu Christi de
celo cum angelis virtutis eius in
flamma ignis dantis vindictam
hiis qui non noverunt deum et qui
non obediunt ewangelio domini nostri
Ihesu Christi qui penas dabunt in inte-
ritu eternas a facie domini et a gloria
virtutis eius / Habet staturam cum
nos amonet dicens Videte ne quis
alicui malum pro malo reddat sed
semper quod bonum est sectamini invi-
cem et in omnes / Habet altitu-
dinem cum promittit dicens Si commori-
mur et convivemus si sustinemus
et conregnabimus Et rursum
Non sunt condigne passiones huius
temporis ad futuram gloriam que

revelabitur in nobis Habet hor-
ribilem aspectum cum minatur
dicens Terribilis quedam expecta-
cio iudicii et emulacio ignis que con-
sumptura est adversarios Cum incipit
aut Horrendum est incidere in ma-
nus dei viventis Que omnia
quoque breviter simul stringit dicens
Ut possitis comprehendere cum omni-
bus sanctis que sit longitudo la-
titudo sublimitas et profundum
Lata quippe est caritas quia et
inimicorum dilectionem capit et per
eam caritatem qua nos omnipo-
tens deus late diligit eam longa-
nimiter portat Hec ergo nos debemus
exhibere proximis quod indignis nos
a creatore nostro conspiciamus exhibe-
ri Latitudo itaque et longitudo ad
staturam pertinet quia per amorem mo-
res dilatat ut sciatis mala ceteris
longanimiter portet Sublimi-
tas autem est eternorum illa remu-
neracio premiorum de qua summa veri-
tate dicitur Que nec oculus vidit
nec auris audivit nec in cor homi-
nis ascendit que preparavit deus dili-
gentibus se Habet ergo in subli-
mitate altitudinem quia eciam
scire gaudia nulla nunc prevalet
cogitacione penetrari Profundum quoque
est illa inestimabilis dampna-
cio suppliciorum que eos quos sus-
cepit in imis demergit In quibus
sacra eloquia horribilem aspectum
habent quia inestimabilem terrorem
audientibus conciunt cum sup-
plicia inferni loquuntur Bene ergo
dicitur Statura eius erat recta et altitu-
do et horribilis aspectus quia
scriptura sacra in utroque testamento
et ammonendo recta ergo et promittit

do alta et minando terribilis.
Hec nos fratres karissimi hodierna die
largiente domino dixisse sufficiat
ut ad deserenda ea que subiuncta
sunt ocio reparati redeamus in
auctore omnium deo domino nostro ihesu christo con-
fidentes. Qui vivit et regnat cum
patre in unitate spiritus sancti deus per
omnia secula seculorum Amen.

Explicit omelia vi. Incipit septima

Sicut nostis fratres karissimi con-
suetudo prophetie est nunc
ista nunc illa aspicere et ab
aliis in aliud subito verba derivare.
Sicut psalmista cum de domino loquere-
tur dicens Deus iudex iustus for-
tis et longanimis numquid irascitur
per singulos dies nisi conversi fueritis gla-
dium suum vibrabit et paravit illud
et in ipso paravit vasa mortis sagit-
tas suas ardentibus effecit repen-
te subiunxit. Concepit dolorem et
peperit iniquitatem. Lacum aperu-
it et effodit eum et incidit in
foveam quam fecit. Ecce cum domi-
naretur et iusticiam quam non
mutari voce repente peccatoris in-
tulit culpam. Quod unum nunc exempli
causa dixisse sufficiat. Quia quis-
quis in prophetis usum lectionis habet
quam crebro ista faciant non igno-
rat. Unde nunc ezechiel propheta cum
de rotis loqueretur adiunxit. et totum
corpus plenum oculis in circuitu
ipsorum quatuor. Qui enim non ipsa-
rum sed ipsorum dixit profecto indicat
quia repente sermo eius a rotis
ad animalia rediit. per que nimirum
perfecti quique ut predictum est designan-
tur. Corpora itaque animalium ideo
plena oculis describuntur quia sanctorum
actio ab omni parte circumspecta et bona
desiderabiliter providens mala solli-
citer cavens. et hoc est laboriosius

ubi sanctorum mens vehementer invigi-
lat. ne se ante eorum oculos mala pro
bonorum specie abscondant. Circumspec-
ti ergo est iusti sanctorum ne sic sit libera
ut superba sit. Quia sepe superba ex-
cedit in verbis et videri appetit liber-
tas puritatis. ne sic sit humilis ut sit
subdola. Quia aliquando timor restrin-
git animum ut loqui que recta sunt
non presumat. sed tamen in ipsa timida
cogitacione humilitatem esse simu-
lat. Ne sic sit parca ut tenax sit.
Quia plerumque tenaciam parcimoni-
am appetunt estimari ut iuste ac iusta-
ne indicatur tenere. qui quod egenti proximo
misericorditer non vult pendere. ne sic
sit minoris ut effusa sit. Quia non-
numquam effusio esse misericordiam putatur.
Aliud est enim pietatis studio neccessa-
ria proximis dare atque aliud ea que
possidentur sine mercedis intenci-
one dispergere. Quodque ergo agitur
in mercedem intencionis pensan-
dum est quo nutu apud iudicium
creatoris habeatur. Unde et ipsemet
creator dicit Si oculus tuus sim-
plex fuerit totum corpus intencionem
lucidum erit. Oculum videlicet cor-
pus vero actionem nominans. Quia
si recta intencio apud deum simplex
fuit in eius iudicio nostra operacio
tenebrosa non erit. Igitur quia sancti
viri solliciter invigilant ut se un-
dique aspiciant ubique custodiant ne
aut mala propter ea ipsa appetant aut
hec eadem sub specie bonorum agant.
ne se eis vicia virtutes esse men-
tiantur totum corpus plenum in circui-
tu oculis habent. Quia omnis eorum
actio prudencia sollicitudinis circum-
plectitur et circumdatur. Hinc est quod
Paulus apostolus dum audax penitenti
de perpetrato facinore chorinthios
prospiceret voluisse misereri ait. Si

[illegible]

cui aliquid donastis et ego. Nam et
ego quod donavi propter vos in persona
Christi ut non circumveniamur a sathana.
Non enim ignoramus cogitaciones eius.
Si enim pensandum est qui se humi-
litate tanta voluntate discipulorum
magister egregius sociat ut ne-
que ipse a discipulis neque ab eo disci-
puli in compassionis causa divi-
si viderentur. nisi quia solicitate per-
videntie oculo attendit quod plerum-
que cum alter donat alter irascitur et
quale est iam ante sacrificium quod cum
discordia proximi offertur. Unde rec-
te ait Ut non circumveniamur a
sathana. Non enim ignoramus co-
gitaciones eius. Quia videlicet
inde in alterius corde ipse malum
solet immittere unde alterum con-
spicit pietatis negocium fecisse. Imper-
fectum enim boni quod sic agitur ut
nequit eis ex alio latere mali sub-
reperat non attendat. Nisi forte
hoc quod sine cuiuspiam scandalo
fieri non potest culpa sit non fecisse
hoc non ideo dicimus ut nostri vice
dilectionem faciamus. quia in nostro
bono opere aliquando cavendum est scan-
dalum proximi aliquando vero pro ni-
chilo contempnendum. Quod in ipso
nostro auctore didicimus qui dum
tributum petro inquisitoribus peteretur
prius paradigma posuit per quod se
minime debere respondit dicens.
Reges terre a quibus accipiunt tribu-
tum vel censum a filiis an ab ali-
enis. Cui cum diceretur ab alienis.
Illico respondit. Ergo liberi sunt
filii. Sed postquam se liberum esse mon-
stravit ne fortasse scandalum
cui quod facit subdidit. Ut autem non
scandalizemus eos vade ad ma-
re et mitte hamum. et eum piscem
qui prius ascendit tolle et aperto ore
eius invenies staterem. Illum su-
mens da eis pro me et te. Cui rur-
sum cum diceret. Quia omne
quod in os intrat non coinquinat
hominem. ei tunc accedentes disci-
puli dixerunt. Scis quia pharisei
audito verbo scandalizati sunt.
At ille respondens ait. Omnis plan-
tacio quam non plantavit pater
meus celestis eradicabitur. Sini-
te illos ceci sunt duces cecorum.
Ecce magister veritas ne in quorum-
cumque cordibus scandalum gigneret
et quod non debuit tributum dedit.
Et rursum quia generari scanda-
lum in quorundam cordibus contra
veritatem vidit in suo eos scan-
dalo remanere permisit. Ex qua re
nobis considerandum est. Quia
in quantum possumus sine peccato pro-
ximorum scandalum debemus.
Si autem de veritate scandalum su-
mitur utilius permittitur nasci
scandalum quam veritas relinqua-
tur. Corpora ergo animalium plena sunt
oculis cum sic hinc inde caute
circumspiciant. Sed sciendum nobis
est quia sepe dum alios repro-
bos intendimus sit ut alia ne-
gligamus et ubi negligamus
ibi paulo ante oculum non habemus.
Nam phariseus ille qui ascende-
rat in templum orare. testante
evangelio qui dixit agnovimus
quod erit dominus gratias agens sibi. Fecit
autem gratias deo agebat a quo acce-
perat bona que fecerat. Cui ce-
am subiungit. Quia non sum sicut
ceteri homines. raptores iniusti adul-
teri velud etiam hic publicanus.
Ieiuno bis in sabbato decimas do omni-
um que possideo. Ecce ad exhibe

dam abstinenciam et ad impen-
dendam uitam ad referendas deo
gracias oculos phariseus habuerat
sed ad humilitatis custodiam ocu-
lum non habet. Et quid prodest quod con-
tra hostium insidias pene tota ciui-
tas caute custoditur si unum foramen
apertum relinquitur unde ab hostibus
intratur. Quid ergo prodest custodia
que pene ubique circumponitur
quando minimas tota ciuitas per neglec-
tum loci unius aperitur. Phariseus autem
qui ieiunium exhibuit decimas de-
dit deo gracias retulit quasi pene per
circuitum in sue ciuitatis custodia
uigilauit sed quia unum in se foramen
superbie non attendit ibi hos-
tem pertulit ubi per negligenciam ocu-
lum clausit. Quia ergo sanctorum
mentes undique se circumspicientes
inuigilant. dum in omni suo opere
pauoribus et sollicitudinibus oculum circum-
ducant ne aut praua agant aut rec-
ta que precepta sunt non agant aut
bonis actibus expletis in suis co-
gitacionibus intumescant et tan-
to grauius offendant quanto
iusti uidentur foris oculatis pro-
cint recte dicitur Totum corpus
eorum plenum oculis in circuitu. Sci-
endum quoque quod in translacione ue-
teri non habetur totum corpus eorum
plenum oculis in circuitu sed dicitur
dorsa eorum plena oculis. quod ui-
detur sentenciam ab edificacione intel-
lectum non discrepat. Ea enim que
sunt in facie sepe etiam peruersi
homines custodire solent. Iusti
autem uiri quia se et in eis custo-
diunt que in promptu et in facie
non uidentur. In dorsis oculos
habere referuntur. Quia ergo et ea
que in occultis sunt discuciunt
atque ab ipsis se custodiunt que

latent profecto oculos in dorsis habent.
Tamen intelligi et aliter potest.
Quia ea que sunt ante faciem nostram
uidemus. Dorsa autem nostra alius in
nobis uidet et nos uidere non possu-
mus. Quia ergo sancti uiri solliciti se as-
piciunt in quibus ab aliis uideri
possunt et discrete se uident. Dicitur
sepe discrete ab aliis uidentur qui isti
nec ea que se latere poterant ignorant
lumen in dorso portant. Sequitur.
Cum ambularent animalia ambu-
labant pariter et rote iuxta ea. Et cum
eleuarentur animalia de terra eleuaban-
tur simul et rote. Ambulabant anima-
lia cum sancti uiri in scriptura sacra intel-
ligunt quemadmodum moraliter
uiuant. Eleuantur uero a terra animalia
cum sancti uiri se in contemplaci-
one suspendunt. Et quia unusquisque
sanctorum quanto ipse in scriptura sacra pro-
fecerit tanto hec eadem scriptura sacra
proficit apud ipsum recte dicitur Cum am-
bularent animalia ambulabant pariter
et rote et cum eleuarentur animalia de
terra eleuabantur simul et rote. Quia
diuina eloquia cum legente cres-
cunt. Nam tanto quisque illa alci-
us intelligit quanto in eis altius
intendit. Rote nec eleuantur rote
si non eleuantur animalia quia nisi
legencium mentes ad alta profecerint
diuina dicta uelut in yma non in-
tellecta iacent. Cum enim legentis
cuiuslibet sermo scripture sacre tepidus
uidetur sensus diuini eloquii eius
mentem non excitat et incogitacio-
ne sua nullo intellectus lumine
emicat. Rota et ociosa et in ter-
ra est quia animal non eleuatur a
terra. Si uero si animal ambulet
et bene uiuendi ordinem querat
et per gressum cordis inueniat quem-
admodum gressum boni operis

ponat. Ambulant pariter et rote quia tantum in sacro eloquio proficere invenies quantum apud illud ipse profeceris. Si vero pennatum animal sese in contemplacione tenderit, rote pariter sublevantur, quia terrena non esse intelligis que prius in sacro eloquio iuxta terrenum morem dicta credidisti. Sicque fit ut scripture sacre verba esse celestia sencias, si accensus per contemplacionis graciam temetipsum ad celestia suspendas. Et mira atque ineffabilis sacri eloquii virtus agnoscitur cum superno amore legentis animus penetratur. Quia ergo ad alta se sublevat, rota non vacat. Sequitur: Quocumque ibat spiritus illuc eunte spiritu et rote levabantur pariter sequentes eum. Quo enim spiritus legentis tendit, illuc et divina eloquia levantur, quia si in eis altum quid videndo et senciendo quesieris, hec eadem sacra eloquia tecum crescunt, tecum in altioribus ascendunt. Bene autem de eisdem rotis dicitur: sequentes eum, legentis scilicet spiritus. Si quis in eis sentire morale aut historicam querit, sensus hunc moralis hystorie sequitur. Si quis typicam, mox figuratam locucionem agnoscit. Si quis contemplativum, statim rote quasi pennas accipiunt et in aere suspenduntur, quia in verbis sacri eloquii intelligencia celestis aperitur. Quocumque ergo ibat spiritus illuc eunte spiritu et rote pariter levabantur sequentes eum. Rote enim spiritum sequuntur, quia verba sacri eloquii ut sepe iam dictum est iuxta sensum legencium per intellectum crescunt. In una enim eademque scripture sentencia alius sola hystoria pascitur, alius typicam, alius vero intelligenciam per typum contemplativam querit. Et fit plerumque sicut dictum est in una eademque sentencia cuncta simul tria valeant inveniri. Moyses enim cum de ardente rubo vocatus fuisset, accessit prius ut videret visum. Et ecce rubus ardebat et non consumebatur. Magnum est hoc miraculum si per solam in eo historiam requiratur. Est vero legentis excitatur animus ut videat quomodo lignum ignis ardeat et non consumitur. Si vero per typicam intelligenciam queratis, quid flamma nisi legem, de qua scriptum est: In dextera eius ignea lex. Et quid rubus ille nisi iudaicum populum designavit, peccatorum suorum spinis obsitum? Sed rubus ardens consumi non potuit, quia iudaicus populus et ignem quidem legis accepit et tamen peccatorum suorum spinas non deseruit, nec eius vita sermonis flamma concremata est. Fortasse in hoc facto alius mirabiliter per typum contemplativum desiderat. Hinc sensus excrescit, elevetur pariter et rota. Inter homines enim perfectus homo factus est redemptor, qui sua peccata non habuit, sed spinas nostre nequicie suscepit atque usque ad passionem pro nobis humiliari dignatus est, et in semetipso ignem tribulacionis nostre suscepit. Sed arsit et non arsit, quia ex humanitate sua ex humilitate est mortuus et tamen immortalis ex divinitate permansit. Suscepit a nobis unde sacrificium pro nobis fieret et tunc impassibilis atque incommutabilis permansit in suis ut nos com

mutaret a mis. Alius fortasse hystoriam moralitatem atque per allegoriae intelligenciam contemplacionem requirit. Patet cunctis iuxta hystoriam hoc quod in lege scriptum est ut turturis que pro peccato offertur retorqueatur caput eius ad pennulas ita ut collo inhereat et non penitus obtruncatur. In quibus verbis dubium legentibus sensus hystoricus non est. Sed si hec intelligere moraliter requiras, rota dum ad moralem intelligenciam ducatur sacri verbi sententia.
Nos enim ipsi in omnipotentis dei sacrificio esse dicitur debemus ita ut caput nostrum retorqueatur ad pennulas id est animus ad virtutes. Non enim immerito per caput mentem intelligimus, quia sicut caput corporis ita mens actiones regit. Sed caput ad pennulas retorquere precipitur ut ea que dicas facies et os ad opera coniugas. Nec ita caput abscidendum est ut a corpore dividatur, sed ex parte decisum corpori suo videbitur inhereat, quia videlicet mens nostra a carnali delectacione incidenda est. Sed a curis quas necessaria incidenda non est. Hinc enim scriptum est: Carnis curam ne feceritis in desideriis. Que ergo in desideriis fieri prohibetur procul dubio in necessitate conceditur. Caput ergo turturis ex parte abscisum sit et ex parte inhereat ut sit dictum est et a voluntate carnis mens nostra magna sit et tamen a necessitate non est abscisa. Quod si hoc sacrificium genus sub typica redempcione nostri intelligencia aliud ad contemplacionem requirat, ascendat ergo ad sacraciora animus, elevemur animalia ut elevantur

pariter et rote. Quibus enim caput nostrum est nisi redemptor generis humani? De quo scriptum est: Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam que est corpus ipsius. Quem cum persequerentur nomen eius delere de terra conati sunt. Cumque eum crucifixum et sepultum viderunt, hunc se ab ecclesie omnino divisisse crediderunt. Sed caput turturis et incisum est et tamen a suo corpore divisum non est, quia ex eo quod pro nobis mortem pertulit omnes nos sibi viventes in ipso se a morte quesivit. Et per hoc quod se nostris oculis visibiliter subtraxit nostris se mentibus visibiliter radicavit. Caput ergo turturis incisum inherest corpori, quia nobis quidem redemptor noster passus est, sed a nobis separatus per passionem non est. Cum igitur dicta sacri eloquii cum legenciam spiritu exercescunt. Recte nunc dicitur: Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu et rote pariter levabantur sequentes eum. Et subditur: Spiritus enim vite erat in rotis. In rotis enim spiritus vite est quia in sacra eloquia donis spiritus vivificamur ut mortifera a nobis opera repellamus. Post enim intelligi potest spiritus vadit cum legentis animum diversis modis et ordinibus tangit deus. Cum hunc per verba sacri eloquii modo in zelo excitans ad ulcionem erigit, modo ad pacienciam mitigat, modo in predicacione instruit, modo ad penitencie lamenta compungit. Sed audiamus breviter per hec eadem verba que diximus et videamus quod sequitur: rote spiritum qui vite spiritus dicitur et ..... messe prohibetur. Certe si legentis animum spiritus vite in zeli fervore tetigerit, protinus in sacris

eloquiis videt quod moyses ad castra rediens et populum pro idola peccasse cognoscens hunc per fervorem spiritus gladiis stravit quod phinees persequendo luxuriam iram domini gladio placavit quod petrus mentientes sub uno verbo perculit et occidit quod paulus negligentibus discipulis virga minatur. Si spiritus vitae legentis animum ad servandam patientiam tangit statim rota sequitur et rotae quidem in sacris eloquiis inveniunt cum moyses et aaron ad loquantes ira persecutione populi prostrati sunt ad tabernaculum clamaverunt pro ipso populo exorantes quem fugiebant. Samuel autem contumeliis et timorem superbientium pertulit et tamen contra eos ad odium non exarsit (?). Patientia enim vera est que et ipsum amat quem portat. Nam tolerare sed odisse non est virtus mansuetudinis sed velamentum furoris. In eisdem quoque eloquiis inveniunt quod samuel de principatus culmine deiectus orasse se etiam pro deicientibus confitetur. Quod nemo sanctorum ad celestem gloriam nisi patientiam servando pervenit. Quod ipse auctor ac redemptor generis humani sputa colaphos spineam coronam crucem lanceam pertulit et tamen pro persecutoribus oravit. Si vitae spiritus legentis animum ad studium praedicationis accendit statim sequitur et rota quia in sacris eloquiis inveniunt moyses iubente domino contra egipti regem in quibus se praedicationis libere verbis erexit. Quod steffanus persequentibus

dicere vos semper spiritui sancto restitistis nec inter lapides tacuit. Quod petrus fustibus cesus ne in nomine ihesu loquatur magna libertate respondit obedire oportet deo magis quam hominibus. Quod paulus cathenarum vinculis stringitur sed tamen verbum dei non est alligatum. Si vitae spiritus ad penitentiae lamenta compungit sequitur protinus rota cum scripturae sacrae verba david penitentiam proferunt cum rex reprehensus a propheta qui subiectus celesti regi non fuit subito mea culpa non erubuit confiteri quod fecit. Quod publicanus qui iram sue nequitiae cognovit et plus iustus ad templum venit iustificatus a templo redit. Quod petrus negationis maculas lacrimis lavit. Quod latro qui in cruce cognovit culpam in ipsa iam morte invenit veniam. De quibus adhuc rotis eadem propheta replicat atque subiungit. Cum euntibus ibant et cum stantibus stabant et cum elevatis a terra pariter elevabantur et rotae sequentes ea quia spiritus vitae erat in rotis. Haec sicut nostis fratres karissimi ex magna parte iam dicta sunt sed iterata descriptione narrantur. Nec nos itaque pigeat eadem breviter exponendo repetere que spiritus per prophetam dignus est replicando narrare. Hoc enim solum in his verbis novum dicitur quod dictum est. Cum stantibus stabant. Sunt autem quidam qui usque ad hoc proficiunt ut eterna que acceperunt bene dispensatione nove

riunt cum se dic opibus intendant
oppressis subveniant. Hii videlicet
vadunt in eo quod a se ad proximi u-
tilitatem tendunt. Cum hiis ergo
rote gradiuntur quia sacra elo-
quia dictorum suorum passus
in eius vite disponunt. Et sunt
alii qui in fide quam acceperunt
ita ad tendendum fortes sunt
ut adversis quibuscumque resistere va-
leant. Et non solum minime ad per-
versitatem trahuntur per fidem, sed
etiam perversa loquentes impug-
nent, eosque ad rectitudinem pertrahant.
Cum istis stantibus stant etiam
rote quia eis rectitudinem suam
sacri eloquii verba confirmant,
cum in eis audiunt: State et te-
nete tradiciones quas didicis-
tis. Et rursum: Adversarius vester
dyabolus tamquam leo rugiens
circuit querens quem devoret,
cui resistite fortes in fide. Et sunt
alii qui omnia terrena despiciunt
qui omnia terrena despiciunt il-
la que preveniunt possidere dignantur
in dei se ut predictum est contem-
placione suspendunt. Cum hiis
elevatis et rote pariter levantur
quia in quantum quisque ad al-
ta profecerit in tantum ei et sacra
eloquia de altioribus loquuntur.
Vadunt ergo animalia ad utilita-
tem proximi, stant ad custodiam
sui, elevantur ad contemplacio-
nem dei. Et rote pariter vadunt
stant elevantur. Quia quesita
sacra lectio talis invenitur qua-
lis et sit ipse a quo queritur. Ad
activam enim vitam profecisti, ambu-
lat tecum; ad immobilitatem atque
constanciam spiritus profecisti, stat te-
cum; ad contemplativam vitam
per dei graciam pervenisti, volat tecum.

Et rursum subditur: quia spiritus vi-
te erat in rotis. Cum idcirco sic dicitur
vite spiritus in rotis esse, cum idcirco se-
cundo dicitur vite spiritus esse in rotis,
quia scripture sacre duo sunt te-
stamenta que utraque dei spiritus
sancti voluit ut nos ab anime mor-
te liberaret. Vel certe quia duo sunt
precepta caritatis, dilectio videlicet
dei et dilectio proximi, per que utraque
nos sacre scripture dicta vivificant.
Secundo ergo dicitur quod spiritus vite erat in
rotis quia dilectionem dei et proxi-
mi capimus in eloquiis divinis.
Per precepta enim sacre scripture revivis-
cimus qui mortui in culpa iaceba-
mus. Unde omnipotenti domino per
psalmistam dicitur: In eternum non
obliviscar iustificaciones tuas qui-
a in ipsis vivificasti me. Iustifica-
ciones enim precepta domini dicuntur
in quibus nos corrigendo iustifica-
tur. De quibus psalmista apertius
dicit: In tuis iustificacionibus tuis
meditabor non obliviscar sermones
tuos. In eis utique nos vivificat,
quia per hec nobis spiritualem vitam
demonstrat, eam quam per afflatum spiritus
nostris mentibus infundit. Et quia
cotidie per donum gracie in electorum
mentibus agitur, spiritus vite erat
in rotis. Hec nobis scriptura in tene-
bris vite presentis facta est lumen in te-
nebris. Unde etiam Petrus ait: Cui
bene facitis intendentes quasi lu-
cerne lucenti in caliginoso loco.
Hinc psalmista dicit: Lucerna pe-
dibus meis verbum tuum et lumen
semitis meis. Scimus tamen quia
et ipsa nobis nisi lucerna obscura
est, nisi hanc nostris mentibus veri-
tas illustrat. Unde idem psalmista a-
it: Quoniam tu illuminas lucernam me-
am domine, deus meus illumina te-

tenebras meas. Quid enim lucerna
ardens nisi lumen est sed lumine creatum
nobis non lucet nisi illuminetur
a lumine non creato. Quia ergo omni
potens deus ad salutem nostram sacro
rum testamentorum dicta et ipse
aperit spiritus vite erat in rotis. Sequi
tur. Et similitudo super capita anima
lium firmamenti quasi aspectus
cristalli horribilis extenti super
capita eorum desuper. Hec largien
te domino duobus modis exponi
mus ut lectoris animi iudicio quod
eligendum censeat relinquamus.
Possunt enim firmamenti nomine
celestes potestates intelligi quod firma
mentum recte quasi aspectus cris
talli dicitur. Quia videlicet cristal
lum forte quibus minus est. Sed ex
aqua solidatur et natura angeli
ca quando creata liberum arbitrium
accepit ut utrum vellet in humili
tate persistere et in omnipotentis dei con
spectu permanere an ad superbiam labe
tur et a beatitudine caderet per simi
litudinem aqua fuit. Sed quia caden
tibus aliis sancti angeli in sua be
atitudine perstiterunt atque hoc ac
ceperunt in munere ut iam cadere
omnino non possint in eis natura sua
qua iam dudum mutabilis non potest
quasi in magnitudine cristalli
durata est. Cum cristallum horribile
extensum super capita animalium dicitur.
Quia ille potestates angelice que omni
potentis dei conspectui assistunt
nobis adhuc in hac corruptione
positis terribiles atque pavende sunt.
Quarum nunc gaudia quia sem-
nostrarum mentium excedunt super capi
ta animalium esse memorantur. Quis

in carne corruptibili positus con
prehendere valeat que sit illa ange
lorum ineffabilis et sine fine
leticia. Que beatitudo sine defectu
vultum videre creatoris atque in eius
delectatione sine mutatione per
sistere. Potest autem firmamenti nomi
ne ipse per figuram noster redemp
tor intelligi verus deus super omnia
et factus inter omnia homo perfectus in
quo natura nostra aput patrem con
firmata est. De quo etiam per psal
mistam prophetando dicitur: Fiat
manus tua super virum dextere tue
et super filium hominis quem confir
masti tibi. Humana etenim natura
priusquam a creatore omnium susceptus
ta erat firmamentum
non erat. Peccanti quippe homini
dictum est: Terra es et in terram i
bis. Sed postquam assumpta est
ab auctore omnium atque in celis sub
levata et super angelos ducta fir
mamentum facta est. Que terra
fuit deo firmamentum quod aspi
ciatur cuius habeat similitudinem
subinfertur cum dicitur: Quasi aspec
tus cristalli horribilis. Cristallum
sicut dictum est ex aqua conglaci
at et robustum fit. Scimus vero
quanta sit aque mobilitas. Cor
pus autem redemptoris nostri quia
usque ad mortem passionibus subiacu
it aque simile iuxta aliquid fu
it. Quia nascendo crescendo
lassescendo esuriendo sitiendo mo
riendo usque ad passionem suam per
momenta temporum mobiliter
decucurrit. Cuius cursum propheta in
tuens ait: Exultavit ut gigas
ad currendam viam. Sed quia per

resurrectionis sue gloriam ex ipsa
sua corruptione in incorruptio
nis virtute convaluit quasi cris
talli more ex aqua duruit ut
in illo et hec eadem natura esset
et ipsa iam que fuerat corrupti
onis mutabilitas non esset. Aqua
ergo in cristallum versa est quan
do corruptionis eius infirmitas
per resurrectionem suam ad incorrup
tionis est firmitatem mutata. Sed
notandum quod hoc cristallum horri
bile et pavendum dicitur. Quis autem
nesciat quia pulchritudinis sit cris
tallum et mirum quomodo in hoc cristal
lo conveniat pulchritudo cum pa
vore. Sed omnibus vera sencien
tibus constat. Quia redemptor hu
mani generis cum iudex apparu
erit et speciosus iustis et terri
bilis erit iniustis. Quem enim
mansuetum aspicient electi hunc
eundem pavendum atque terri
bilem conspicient reprobi. Sed hec
ideo tunc electi terribilem non vide
bunt quia terrorem illius consi
derare non cessant. Studiose enim
considerant quam terribilis ad
iudicium veniat. Culpas cum ac
tas deflent imminentes declinant.
Pavorem illius cottidie ante oculos
mentis ponunt et quam tremendus
appareat sine cessatione suspec
ti sunt. Atque cottidie timendo agunt
ne quando venerint pertimescant.
Similitudo ergo super capita anima
lium firmamenti quasi aspectus
cristalli horribilis et quia ipse pa
vor eius quem in suis cogitatio
nibus suis tenent eorum mentes
protegit recte subiungitur extentum
super capita eorum desuper. Super firma
mentum hoc quod in similitudine cris

talli super capita animalium apparet
et horribile et extentum est quia
bonorum mentes unde terret et
inde protegit. Si enim pavendus in
eorum cordibus non esset protector
et modo a peccatis et post a suppliciis
non fuisset. Quia autem semper con
siderant qui pavor ex iudicio im
mineat virtutum pennas in recti
tudine conservant. Unde et apte
mox subditur. Sub firmamento
autem penne eorum recte alterius ad
alterum. Nunc penne virtutum
sub firmamento recte sunt quan
do bonum quod alter habet hoc alteri im
pendit ut qui eternam substantiam ac
cepit indigentis proximi inopiam
sublevet. Qui doctrine gratia plenus
est ignorantis proximi tenebras
verbo sancte predicationis illustret.
Qui temporali potestate sublimi
us est oppressos a violentis relevet.
Qui prophetie spiritu plenus est a vici
no proximi mala imminencia bona sua
denuo declinat. Qui gratiam curatio
nis accepit intercessione sua sa
luti infirmancium pie et humiliter
impendat. Quia terrenis actibus
liber soli deo vacare meruit pro de
linquentibus proximis exoret. Fit
autem sepe ut qui terrena substan
cia nimis occupatur orationi non quan
tum debet invigilet. Et fit plerumque
et fit plerumque ut is qui ad ora
randum deum cunctis mundi oneri
bus exutus vacat sustentacione
vivendi non habeat. Sed cum dives
porrigit alimentum atque vestimen
tum pauperi et dum pauper orationem
suam anime divitis impendit pen
ne animalium recte alterius ad alterum
tendunt. Nam dum ille michi ver
bum predicationis exhibet et hunc

Nota

veritatis ex corde meo ignorancie
tenebras depellit de quo illi ego qui
fortasse a mundi huius potentia op
primitur solacium mee defensionis
impertior atque hunc de violenti ma
nibus euello magis in nobis pen
nas nostras tendimus ut nos affec
tu et ope nostra ex bono quod acce
pimus tangamus Unde bene
primus pastor admonet dicens
Omnium finis appropinquauit estote
itaque prudentes et vigilate in
orationibus ante omnia mutuam in
vobismetipsis caritatem continuam
habentes quia caritas operit
multitudinem peccatorum hospitales
invicem sine murmuracione unus
quisque sicut accepit
graciam in alterutrum illam administran
tes Quod ergo apud ezechielem pen
na hoc apud petrum apostolum accep
ta gratia dicitur et quod ille ait recte
penne alterius ad alterum hoc ec
clesie pastor dicit Unusquisque
sicut accepit graciam in alterutrum
illam administrantes penne enim
nostre recte iam non sunt si ad uti
litatem nostram solummodo reflectuntur
Sed tunc recte fiunt cum in utilita
te proximi diriguntur quas habemus
Quia enim bona nostra non a nobis
sunt sed ab eo hec accepimus a
quo factum est ut essemus tan
to ea nobis non debemus retinere
privata quanto ea nobis conspici
mus ab auctore nostro ad communem
utilitatem data Unde recte petrus apos
tolus in exhortacione huius rei
subdit dicit Sicut boni dispen
satores multiformis gracie dei
atque adhuc addidit Si quis loquitur
quasi sermones dei si quis mini
strat tamquam ex virtute quam
administrat deus Ac si aperte dicat
humiliter impendite bonum proxi
mis quia satis nobis non a no
bis esse quod habetis Quelibet enim
penna virtutis cum ad proximum
impendendo tenditur recta non est
si humilitate caruerit Sequitur
Unumquodque duabus alis velabat
corpus suum et alterum simili
ter velabatur Quia per corpus ac
cio per alas vero virtutes signantur
sicut iam diximus et cum iam
dicat Sub firmamento autem
penne eorum recte alterius ad
alterum querendum est qua
liter subdit Unumquodque duabus
alis velabat corpus suum Quia
in re hoc patenter indicatur quia
et pennas alterius ad alterum tende
bant et tamen duabus alis cor
pus velabant Quid est hoc nisi
quia sic debemus virtutes quas
accepimus aliis impendere ut et
ea in quibus peccauimus non de
sinamus caute cogitare et recordando
nostra cottidie per timorem et peni
tenciam plangere duas enim alas
diximus quibus corpus velatur
timorem et penitenciam diximus Er
go in caritate conetamus ut pe
nas tendamus in proximos ut nun
quam desinamus cogitare et plan
gere nosmetipsos penne tendantur
iuxta penne cooperiant corpora
ut et de bonis actibus habeamus
exempla et mala que egimus
abscondant a iudicio timor et
penitencia In translacione autem veteri

de hys alis dicitur Singulis due coniuncte et tegentes corpora eorum In quibus verbis intelligitur quia et ipse erant penne que erigebantur alterius ad alterum et ipse que eorum corpora cooperiebant Cum per figuram bene accipitur Quia ille nos virtutes aput omnipotentem deum protegunt que ex caritate proximis impartimur atque coniungimur cum quibus dum concorditer vivimus mala que fecimus velamus/ Possunt ergo etiam per has alas duo precepta caritatis intelligi amor scilicet dei et proximi Amando enim deum mala in nobis mala persequimur i. corpus velamus diligendo autem proximum et in quo prodesse possimus festinamus i. alas ad alterum tendimus hoc autem quod subditur Et alterum similiter velabatur In translatione veteri non habetur Et querit potest cur propheta dictum est Unumquodque duabus velabat corpus suum subiungitur Et alterum similiter velabatur translatione autem septuaginta interpretum aquile theodotionis et symmachi sollicite perscrutantes nichil et ex hys verbis invenimus Sed beati Ieronimi scripta relegentes agnovimus quia hanc sententiam in hebrea veritate ita positam non quidem iuxta verbum sed iuxta sensum invenit Quia etenim postquam propheta dixit unumquodque velabat corpus suum statim subditur et alterum similiter velabatur Si enim diceret unum et alterum loquendi iudicio staret Postquam vero dictum est unumquodque cur adiciatur alterum cum in uno etiam omnes comprehenduntur Sed si et perfectorum vitam et proficientium vitam distinguimus Et unumquodque et alterum non irrationabiliter positum videmus Quia enim et sua deflent et virtutum pennas ad proximos in exemplum tendunt proculdubio perfecti sunt Sunt autem plerique parvulorum qui eorum lacrimas conspiciunt et imitantur et quia minus dum in suis pravitatibus esse potuissent se vigilanciores quos vivos conspiciunt morque suis pravitatibus ita attendunt ut plangant inflammantur ad penitenciam atque ut velare sanctos corpora sua conspiciunt ita ipsi quoque lacrimarum suarum alis velantur Deipsos enim magnis increpationibus feriunt Et hii qui virtutes non habent peccata sua minime deplorant Sed et illi plangere non desistunt Quia iam virtutum pennas per exempla ad proximos tendunt In quibus verbis notandum est ut nos qui parvuli adhuc sumus perfectorum semper et virtutes et lacrimas ante mentis nostre oculos ponamus Imitemur quod in illis aspicimus ut cum ceperimus per incrementa crescere possimus ab illo districto examine mala que fecimus velare In assiduis enim fletibus in cotidiana vita prima habemus sacerdotem in celis qui interpellat pro nobis De quo etiam per Iohannem dicitur Si quis peccaverit advocatum habemus apud patrem Ihesum Christum iustum et ipse est propiciacio pro peccatis nostris Ecce exultat animus cum advocatum tante potencie audimus Sed exultacionem nostram iam remordet timor quia ipse qui nobis advocatus est dicitur iustus Nos enim causas iniustas habemus Iusti vero advocatus iniustas causas nullo modo suscipit Nec verba dat pro iniusticia cum sentit Quid ergo agimus karissimi fratres mei Nos

ecce occurrit animo quid agimus mala que fecimus defleamus. Scriptum est: Iustus in principio accusator est sui. Quilibet ergo peccator conversus in fletibus iam iustus esse inchoat cum ceperit accusare quod fecit. Cui enim iustus non est qui contra suam iniusticiam iam per lacrimas sevit? Iustus igitur advocatus noster iustos nos defendat in iudicio quia nosmet ipsos et cognoscamus et accusamus iniustos. Non ergo in fletibus non in actibus nostris sed in advocati nostri allegacione confidamus. Qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen.

viii Explicit omelia vii. Incipit octaua

Quos per exempla iustorum multa proficiant superiores locutionis sive tractatum est. Restat hoc ipsum propheta nobis ex cuius aperit cum hoc quod dicitur adiungit: Et audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum. Solent in sacro eloquio per aquas populi designari sicut per Iohannem dicitur: Aque vero sunt populi. Recte autem aquis populus designatur quia et in vita sonum habet ex tumultu carnis et cotidie defluit ex decursu mortalitatis. Ut autem sepe iam diximus ale sunt animalium virtutes sanctorum. Quid est ergo quod propheta alarum sonum audit quasi sonum aquarum multarum nisi quod ex omnipotentis dei pietate ille ale virtutum in paucis primus sanctis sonabant ecce nunc predicatione diffusa in multorum populorum conversacione resonant. Incarnato enim passo ac resurgente domino pauci perfecta spiritualia fuerunt quia rari valde extiterunt qui celestia desiderarent et virtutum pennis se in alta suspenderent. Sed postquam trinitatis eius predicatio in mundo diffusa est quanti iam parvuli quanti clariores quanti fortes iuvenes quanti imbecilles quanti conversi peccatores quanti animas virgines per fidem per spem per amorem ad celestia evolant quis dicere quis estimare sufficiat. Ecce alarum sonitus qui prius in paucis animalibus fuit iam magnis in populis resonat iam nunc mundi multitudinem ad celeste desiderio penne virtutum levant. Bene ergo dicitur: Et audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum. Quia sicut prefati sumus ille virtutum sonus qui in ore prius dei ex paucis sanctis factus est permodum ex aquis multis id est ex innumerabilibus est populis multiplicatus. De quo adhuc sono bene additur: quasi sonus sublimis dei. Quid est quod alarum sonus in sanctis animalibus quasi sonus sublimis dei dicitur nisi quod omnipotens deus et ipse implet mentes sanctorum celesti desiderio et ipse exaudit impletas. Ipse etenim agit in sanctorum cordibus amorem et ipse ex amantibus cordibus suscipit precem. Rogacionem suam pecatus flec-

int amare Sed tamen illic premi
titur quia ihesus respexit petrum
venit maria magdalena premit
tus maculas culpe ad pedes re
demptoris nostri cum lacrimis sed
quis illam infudit intus nisi qui
benigne suscepit foris. Cuius il
lam ad lacrimas urgebat pro com
punctionis spiritum nisi qui hanc ex
tius coram simul recumbentibus
reciperat adventiam Redemp
tor igitur noster penitentis mulie
ris mentem et trahebat et susci
piebat Trahebat cum de culpa
compungeret. Suscipiebat ut a
culpa liberaret Bene ergo iste
alarum sonus quasi sonus sub
limis dei dicitur Quia quicquid in
sanctorum virtutibus agitur eius est
gracie qui vitam largitur Cui
ita perfectum sublimis deus esse
se memoratur In scriptura etenim
sacra aliquando deus nuncupative
aliquando vero essencialiter dicitur
Nuncupative enim dicitur sicut
scriptum est Ecce constitui te deum
pharaonis. Et sicut moyses ait
Siquis hoc vel illud fecerit appli
cat illum ad deos videlicet ad sac
erdotes Cum rursum dicitur Diis non
detrahes id est sacerdotibus Et sic
psalmista ait Deus stetit in syna
goga deorum in medio autem deus
discernit Et essencialiter autem deus
dicitur sicut ad moysen dicitur Ego
sum deus patris tui deus abraham
deus ysaac deus Jacob Unde Pau
lus apostolus volens nuncupativum
dei nomen ad essencialiter discer
nere de redemptore nostro locutus
est dicens Quorum patres ex quibus
xpistus secundum carnem qui est super
omnia deus est ut ergo ostenderet
xpistum naturaliter deum non nuncu

deum tantummodo Sed deum super omnia
esse memoratur Quia et electus
quisque sicut sanctissimus vir in exem
plo iusticie perorando positus di
ci deus potest Sed non omnia quidem nun
cupative deus. xpistus autem deus est
super omnia quia naturaliter deus cunctorum
ergo paulus deum super omnia. Hec
ezechiel propheta deum sublime nomi
nat ypsa quam vero dictum est
Audiebam sonum earum alarum quasi
sonum aquarum multarum Quia
adhuc additur quasi sonus sublimis
dei Ecce iam hoc intelligere possumus
quod futurus electis omnibus sanctis
Clarum enim sonitus sicut dixi ma
fuit in predicatoribus sanctis aquarum
sonitus in conversis et passibus presul
Sed ysdem ipse sonitus erit quasi so
nitus sublimis dei quia multitu
do que nunc ad fidem per sanctos doc
tores trahitur quasi in celestem
patriam congregatur Cum ibi omnes
electi sine fine laudent quem
cum viderint sine fine que lau
dent. Et quia tunc perfecte corpus
redemptoris efficitur omnis multi
tudo sanctorum iuxta pauli vocem dicen
tis Et ipsa creatura liberabitur
a servitute corrupcionis in liberta
tem glorie filiorum dei Eique tunc
inherent ut eius de corrupcione
que per resurrectionem consumatur ia
m nichil in suo sancto amore contra di
cat sed unita glorie sue redemptoris
fiat. Recte dicitur quasi sonus sublimis
dei Prenotandus est ordo describen
Quia prius sonus ex alis animali
um qui paulomodum quasi sonus
aquarum multarum Cum extremum
vero quasi sonus sublimis dicitur
Cum enim prius predicaverunt sancti si
paulomodum crediderunt atque tunc
cerunt conversi ad fidem populi qui

ad extremum quoque liberatorum omnium reddent laudem in celestia sublevati. Sonus itaque alarum fit sonus aquarum et sonus aquarum fit quasi sonus sublimis Dei, quia laudem omnipotentis Dei qui prius in vita prava hanc postmodum multa clamaverunt et qui nunc multi clamant cum adhuc eis in semetipsis sua corruptio repugnat, hanc in celesti patria clare omnes sub uno iam capite uniti resonabunt. Notandum autem quomodo sanctorum animalium operationes describuntur cum subditur: Cum ambularent quasi sonus erat multitudinis ut sonus castrorum. Si per sonum sublimis Dei laus nostri creatoris in celesti patria designatur, mirandum non est quod nunc ad sanctorum opera in hac adhuc vita viventium prophetalis sermo convertitur. Quia sacer spiritus in corde prophetarum quod simul ostendit intus vel simul erat per linguam foras. Aqua quippe sancte quia prophetantis animus repletur in contemplatione vehementer exuberat. Sed quia angustum est spiritui omne os hominis in foramen carnis ad expellendam illam immensitatem que conspicitur, modo hoc modo illud quod aspicit profundo lingua narrat. Post quam ergo sonum alarum quasi sonum sublimis Dei esse conspicit in celis, rursum ad terras redit et penniata animalia quid hic agunt loquitur, ut illic summa intueantur dicens: Cum ambularent quasi sonus erat multitudinis ut sonus castrorum. Predicatores sancti mundum predicando et nascendo circueunt,

animalia ambularent. Et quia animas quos colligunt statim ut accenderint in laudem nostri creatoris exsurgunt, fit sonus quasi sonus multitudinis. Et quia in predicatione eadem bellum contra aereas potestates sumunt, recte subiungitur: ut sonus castrorum. Quia enim sub predicatoribus fideles populi accinguntur contra malignos spiritus in prelium fidei, multitudines castrorum fiunt. Et nunc cotidie fideles quique celestibus desideriis replentur, terrena despiciunt, dura pro amore superne patrie pati se sibi proponunt, contra potestates aereas castra fiunt, quia armati fide et bonis operibus muniti gradiuntur. Quasi enim quibusdam castris spiritalis exercitus per Paulum dicitur: Induite vos armaturam Dei ut possitis stare adversus insidias diaboli, quia non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequicie in celestibus. Sancte ergo multitudines castra sunt, que bella contra aereas potestates suscipiunt. Unde sancta et universalis ecclesia ita sub specie describitur ut dicatur: Pulchra es amica mea, suavis et decora sicut Ierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Quia enim Ierusalem pacis visio interpretatur, quia nomine patria celestis exprimitur. Sancta ecclesia suavis et decora ut Ierusalem dicitur, quia eius vita et desiderium visioni iam pacis interne comparatur ut in eo quod auctorem

sua diligit quod eius speciem videre concupiscat de quo scriptum est In quam desiderant angeli prospicere per ipsa iam amoris sui desideria angelis similis dicitur Que quanto deo amabilis efficitur tanto agit ut malignis spiritibus terribilis fiat Qualiter autem terribilis sit subiuncta comparacione ostenditur i. ut castrorum acies ordinata Quid est quod sancta ecclesia hostibus suis ut castrorum acies sit timenda Sed eam a magno intellectu vacat ista comparacio Et ideo est subtiliter intuenda Scimus et constat quod a castrorum acies tunc hostibus terribilis ostenditur quando ita fuit constipata atque densata ut in nullo loco interrupta videatur Nam si ita disponitur ut locus vacuus per quam hostis possit ingredi dimittatur profecto iam suis hostibus terribilis non est Et nos ergo cum contra malignos spiritus spiritualis certaminis aciem ponimus summopere necesse est ut per caritatem semper uniti atque constricti et nunquam interrupti per discordiam inveniamur Quia quelibet bona in nobis opera fuerint si caritas desit per malum discordie locus aperitur in acie unde ad feriendos nos valeat hostis intrare Antiquus enim inimicus castitatem in nobis si sine caritate fuit non timet quia nec ipse carne premitur ut in eius luxuria dissolvatur abstinenciam non timet quia ipse cibo non vacat qui necessitate corporis non urgetur Distribucionem terrenarum rerum non timet si eidem operi caritas desit quia divitiarum subsidio nec ipse eget Valde autem in nobis caritatem vetat i. amorem humilem

quam nobis vicissim impendimus timet et munus concordie invidet quia hanc nos tenemus in terra quam ipse tenere nolens eam sic in celo Bene ergo dicitur terribilis ut castrorum acies ordinata quia electorum multitudine eo malignus spiritus pertimescit quo eos per caritatis concordiam unitos contra se et conglobatos aspicit Quanta autem sit concordie virtus ostenditur cum sine illa virtutes relique non esse monstrantur Magna enim est virtus abstinencie Sed si quis ita ab alimentis abstineat ut ceteros in cibo diiudicet et alimenta eadem que deus creavit ad percipiendum cum graciarum actione fidelibus eciam dampnet Quid huic virtus abstinencie facta est nisi laqueus culpe Unde psalmista quoque nullam esse abstinenciam sine concordia designans ait Laudate eum in tympano et choro In tympano enim corium siccum resonat In choro autem voces concorditer cantant Quid ergo per tympanum nisi abstinenciam et quid per chorum nisi caritatis concordia designatur Qui itaque sic abstinenciam tenet ut concordiam deserat laudat quidem in tympano sed non laudat in choro Et sunt nonnulli qui dum plus sapere quam necesse est student a proximorum pace resiliunt dum eos velud habentes stultosque contempnunt Unde per semetipsam veritas ammonet dicens Habete in vobis sal et pacem habete inter vos ut quisquis habet sal sapiencie studet autem necesse est quatenus a pace concordie nunquam recedat Et ne de hiis duabus virtutibus diximus hoc est de ceteris omnibus sciendum Quis terribilis paulo ante

monet dicens Pacem sequimini
cum omnibus et sanctimoniam sine qua
nemo videbit deum. Quia autem
nichil sine concordia deo placeat
ipsa per se magis demonstrat dicens
Si offers munus tuum ad altare
et ibi recordatus fueris quia frater
tuus deliquit adversum te relin-
que ibi munus tuum ante altare et
vade prius reconciliari fratri tuo et tunc
veniens offeres munus tuum. Ecce
et a discordantibus accipere non vult
sacrificium holocaustum refugere recu-
sat. Hinc ergo pendite quantum
sit malum discordie propter quod et il-
lud abiatur per quod culpa laxatur.
Quia vero electi semper in civitate
quieti sunt et hec eadem concor-
ditatis sonum laudis reddat auc-
tori malignis vero spiritibus id est an-
tiquis suis hostibus penam secu-
nt timoris. Recte nunc de pennatis
animalibus dicitur cum ambu-
larent quasi sonus erat multi-
tudinis ut sonitus castrorum.
liber autem ab exortu sancte ecclesie fi-
dei oculos usque ad finem mundi te-
dere et hec eadem castra quod am-
bulant videre. Castra enim mul-
titudinis appellantur exercitus qui
in procinctu pergunt aut in certo
quolibet loco in itinere demorantur.
Castris ergo una est vita prius se-
culi omnibus concorditer viventi-
bus sanctis. Alia autem sunt ca-
stra predicatorum qui huc illucque
pro colligendis animabus in sanc-
ti operis procinctu laborant. Alia ca-
stra continentium atque ab hoc mun-
do recedentium qui contra maligno-
rum spirituum bella cottidie in corde
se preparant. Alia castra bonorum
coniugatorum qui viventes in
amore omnipotentis dei concor-
diter sic vicissim sibi carnis de-
bitum solvunt ut eum quid dant
de bonis operibus debeant nullate-
nus obliviscantur. Sed et si qua
ut homines delinquunt hec miseri-
cordie piis actibus redimunt. Quia
ergo distincti fidelium ordines ab
exordio sancte ecclesie usque ad fi-
nem mundi concorditer viventes
contra potestates aereas dimicant
castra ambulant. Et sic quasi
quidem castrorum et sonitus qui
ad laudem omnipotentis dei et
virtutum gladii et arma inimica
rum sonant. De sanctis vero
animalibus adhuc subditur cum-
que starent dimittebantur penne
eorum. Stant sancta animalia quan-
do ea que dei sunt intenta con-
templatione considerant sed
et penne deponuntur quia dum
alta dei iudicia aspiciunt suc-
cis virtutes velesunt. Quod apte
exponitur cum statim subditur
Nam cum fieret vox super firma-
mentum quod erat super caput eorum
stabant et submittebant alas
suas. Firmamenti super sub
intellectu duplici indicamina
exponendum possunt enim sic
dictum est firmamenti nomine
celestes potestates intelligi. Et per
firmamenti nomine incarnatio
unigeniti per hoc quod incarnata
mea ad eternitatem firmata est
designari. Primo ergo quod sentimus
de angelis et post modum de domino
angelorum loquamur. Ecce enim

Nam cum fieret vox super firmamen-
tum stabant et submittebant
alas suas. Quo in loco hoc primum
sciendum est quia non submittere
ab inferiori ad superiora tendere sed
a superiori ad inferiora alas deponere
debet intelligi. Propter hoc quod premissum
est cum starent dimittebantur
penne eorum. Querendum itaque nobis
est que sit vox super firmamentum
sed eandem vocem melius intelli-
gimus si ab imis ad superiora gra-
dientes quasi quibusdam passi-
bus ascendamus. Sicut audi-
tus corporis excitatur voce ita
sensus mentis excitatur intellec-
tu qui de interioribus agitur. Vox
ergo est in mente quasi quidam so-
nus intelligentie. Sed sciendum
est quia interius sensibus aliquando
vox carnis loquitur aliquando vox
anime aliquando vox firmamen-
ti aliquando vox que super firmamen-
tum est. Ponamus enim ante ocu-
los quod quispiam sit lesus a pro-
ximo qui ex humana ratione
cogitat ut vicem lesioni reddat
malum pro malo retribuat. Hinc
vox carnis loquitur in mente. Cum
autem divina mandata percipiant be-
ne nos facere hys qui nos oderint
Quisquis male facit se odienti-
bus cogitat in eius animo carnis
vox sonat. Multa etenim cottidi-
e agimus post hec ad ordinem redi-
mus attenditur ad compunctionem
animus sed earum rerum quas egimus
ymagines versantur in mente et in-
tentionem compunctionis precedunt
in ordine et quod volentes foris egi-
mus hoc inviti patimur intus
ut quedam cogitationum fantas-
mata mentem per ymagines cor-
poreas dissipant ne sincere totum

in ordine se colligat. Hec ergo vox car-
nis est. Cum vero ex ista subiungimur
atque ab oculis mentis cunctas cor-
poreas ymagines effugamus ip-
sam in nobismetipsis naturam a-
nime querentes qualis sit que car-
nem vivificare potest. Sed semet-
ipsam stringere in bonis cogitatio-
nibus sicut desiderit non potest
invenimus quendam intellectua-
lem spiritum per creatoris potentiam
viventem corpus quod sustinet vivifi-
cantem sed cum oblivionem subditum
mutabilitati subiectum quem sepe ti-
mor afficiat letitia extollit. Ipse ita
quod intellectus anime vox eius est
Que sonat quod est. Que tamen ad-
huc vox sub firmamento est. Sed
transcendentes etiam vocem de fir-
mamento querimus cum illa san-
torum angelorum innumera multitudo
in omnipotentis domini conspectu qua-
lis sit investigamus que sit in eis
sine fine festivitatis visionis dei que
letitia sine defectu qui amoris ar-
dor non cruciatus sed delectans qua-
tum in eis sit desiderium visionis
dei cum sacietate et quanta sacie-
tas cum desiderio in quibus nec de-
siderium penam generat nec sacietas
fastidium parit. Quo inherendo be-
atitudini sunt beati quo contem-
plando semper eternitati sunt eterni
Quo quidem vero lumini facti sunt
lux quo aspicientes semper incom-
mutabilem mutati sunt in incom-
mutabilitate. Sed cum ista de ange-
lis cogitamus adhuc vox de firma-
mento est non super firmamentum
Transcendat ergo animus et ab ipsis
transcendat omne quod creatum est
in solo creatoris sui lumine fidei
oculos figat cum invisibiliter cun-
cta creavit deus quod ubique est et

ubique totus est qui incircumscriptus et incomprehensibilis semper potest et uideri non potest Quia nusquam deest et tamen ab iniquorum cogitationibus longe est quia nec ibi deest ubi longe est quia ubi non est per gratiam adest per uindictam Quod omnia tangit nec tamen equaliter omnia tangit Quedam enim tangit ut sint nec tamen ut uiuant et senciant sicut sunt cuncta insensibilia Quedam tangit ut sint uiuant et senciant nec tamen ut discernant sicut sunt bruta animalia Quedam tangit ut sint uiuant senciant et discernant sicut est humana et angelica natura Et cum ipse nunquam sibimetipsi sit dissimilis dissimiliter tamen tangit dissimilia Quia ubique presens est et inueniri uix potest quia stantem sequimur et apprehendere non ualemus Ponamus ergo ante oculos mentis que illa natura sit que tenet omnia implet omnia circumplectitur omnia superexcedit omnia sustinet omnia Nec alia ex parte sustinet atque alia superexcedit neque alia ex parte implet atque alia circumplectitur Sed sustinendo superexcedit superexcedendo sustinet Huius naturae potenciam cum strictus in ea cogitat animus uox super firmamentum fit stant animalia et submittunt alas suas Quia sanctorum mentes cum creatoris sui potenciam intenta contemplacione considerent uilescunt eorum animo uirtutes quas habent et tanto sunt aput se uiliores quanto eis illud alterum est quod super angelos sonat Fortissimi enim doctores sunt cum ceperint tacita mente cogitare que sit ineffabilis dei sapientia que mentes hominum sine strepitu uerborum docet Et quos hec eadem sapiencia si auditorium mentes non doceat uox docencium uacue laborat Sua eis primus doctrina uilescat Quia neque qui plantat est aliquid neque qui rigat sed qui incrementum dat deus Forte prophete sunt sed cum tacita mente considerant quia prophecie sue oculo simul omnia diuinitatis misteria penetrare non possunt Quoniam sicut ait apostolus Ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus nulla secretorum inmensitate uident quia paruum est omne quod uident Atque ex ipsa amplitudine luminis considerant quam nunc sit illud quod intento oculo quasi per rimas uiderunt Deponant ergo alas suas cum uox super firmamentum fit i. humilientur in eo quod apprehendunt cum superna conspiciant que ab eis comprehendi non possunt Sepe eciam sanctorum cogitacionibus ipsa que habent bona blandiuntur ut corruptas mentes mali qua sui fiducia eleuet Sed primus ad occulta dei iudicia recurrunt quo alii ex uirtutibus ad infernum per elacionem corruunt alii ex uiciis correcti ad celum per humilitatem leuantur Unde nos ad humilitatem reuocans propheta terret et ammonet dicens Venite et uidete opera domini quam terribilis in consiliis super filios hominum Quis enim digne considerare ualeat quantus super nos terror sit consilio

num dei quando et alter ex contuti
bus in finem tendit ad iudicia
et alter ex viciis in virtutibus
concludit finem. Unde iuxta Sa
lomonis vocem sunt iusti atque
sapientes et opera eorum in manu
dei et tamen nescit homo utrum
amore an odio dignus sit. Sed omnia
in futurum servantur incerta. Et e contra
que videtur hominibus recta et no
vissima eius ducat ad mortem.
Hec itaque occulti iudicii profunda
cogitatione quid est aliud quam
alas cogitare deponere id est de nul
la iam virtute confidere sed sub
magno timore trepidare. Qui
enim omnipotentis dei naturam
considerent sive eius iudicia per
pendant trepidant prius in se stant
eas ergo quasi alas deponere est vir
tutes quas habent humiliare.
Sic Abraham alas deposuit qui
cum loqui cum deo cepit pulverem
et cinerem se esse cognovit di
cens. Loquar ad dominum meum
cum sim pulvis et cinis. Sic
Moyses alas deposuit qui erudi
tus omni scientia egiptiorum mox ut
verba domini audivit verba se non
habere deprehendit dicens. Obse
cro domine non sum eloquens ab heri
et nudius tercius ex quo locutus
es ad servum tuum impediciorisque et tar
dioris lingwe sum. Ac si aperte dice
ret. Postquam a te verba vite audi
o confusum me in verbis potius
agnosco. Sic Ysaias cuius vita
dudum ad predicandum placuerat
cum eundem dominum contemplatus
carbone de altari in ore tactus est
ait. Ve michi quia tacui quia vir pol
lutus labiis ego sum. Ecce ad
superiora sublevatus sibimet ipsi
de labiorum pollucione displicuit.
Qui si enim celestis iudicia alta
esse conspiceret esse se iudicabilem
non inuenisset. Sic loquente domino
Jeremias clamabat a a a domine
deus ecce nescio loqui quia puer
ego sum. Iuxta enim ea verba que au
diebat verba se non habere cognovit.
Sic Daniel sublimem visionem
videns per plurimos dies elanguit
et egrotavit. Unde et hii qui vir
tutibus fortes sunt cum altitudinem
dei conspiciunt in sua sibimet esti
macione infirmi atque imbecilles
fiunt. Sic beatus Job de quo dominus
ad antiquum illum dixit. Non est ei similis
aut coram me rectus sicut servus
meus Job cum verba dei colloquen
tis audiret respondit dicens.
Insipienter locutus sum et que
ultra modum excederent scientiam me
am et paulo post. Idcirco ipse me re
prehendo et ago penitenciam in favilla
et cinere. Cum enim quamvis ad homi
nes sapienter locutus fuerit lo
quentem sibi deum audiens insa
pienter se locutum fuisse reprehendit.
Unde in contemplacione vere sa
piencie sua ei sapiencia insipuit. Vo
cem ergo desuper venientem animalia
alas deponunt quia virtutem
alias deponunt quia virtutem
dei sive naturam sua contemplacione
requirimus sive in occultis iu
diciis investigare cogitamus per eo
quod nobis eius alta impenetrabi
lia sunt. Ira nobis si qua in esse
bona credebant viluerunt et qui
in quantum latiusque sciencia volare
credebamus invisibilem super nos
naturam et impenetrabilia eius
iudicia prendentes submissi at
humiliter stetimus. Sequitur. Et
super firmamentum quod erat inmi
nens capiti eorum quasi aspec
tus lapidis zaphiri similitudo

tronum et super similitudinem throni
similitudo quasi aspectus homi
nis desuper. Quid per thronum nisi ille
virtutes angelice designantur
que ipsos etiam angelos dignitate loci
sive potestatis excedunt. Nam cum
angeli nuncii dicantur et sepe an
geli ad annunciandum hominibus
venerunt thronum missi ad ministe
rium nunquam in scriptura leguntur quia
eis longinquum sublimius creator omni
um possidet presidet. Unde Paulus
apostolus ordines celestium agminum
quos ad tercium celum raptus vide
rat describens ait. Sive throni sive
dominaciones sive principatus sive
potestates omnia per ipsum et in ipso creata
sunt. Thronos igitur angelorum
cum eos ordines dixit quibus il
los prelatos esse cognovit. Bene
autem thronos lapidi zaphiro com
paratur quia zaphirus aerium habet
colorem. Virtutes ergo celestium la
pidi zaphiro designantur quia hii
spiritus quibus deus omnipotens
altius presidet superioris loci in ce
lestibus dignitatem tenent. Super
thronum vero similitudo hominis
quia et super illas virtutes que et
ipsos angelos antecedunt inest
gloria redemptoris. Notandum
ergo qui ordo servatur. super anima
lia enim firmamentum. super firma
mentum thronos. super thronum homo
esse describitur. Quia et super sanctos
homines adhuc in hac corrupci
one corporis viventes et super
angelos superiores et de primis
angelice potestates super potestates vero
ad primas elevatus est media
tor dei et hominum homo Christus Ihesus

Sum vero ut plerumque firmamen
tum nomine mediator dei et hom
inum per assumpta humanitate de
intelligi. quia sub unius no
minis appellacione solent prophe
ce spiritu multa signari. Vox s
per firmamentum facta est que super
baptizatum dominum de celo sonuit
dicens Tu es filius meus di
lectus in te complacui. Vel si
cut per evangelistam alium dicitur
Hic est filius meus dilectus
in quo michi complacui. Cer
nimus igitur hac quod vocem
animalia audiunt et alas de
ponunt. Tibi autem propheta territus
dicat. Domine audivi auditum
tuum et timui. consideravi opera
tua et expavi. Quid est autem
quod pater de filio loquitur dicens
In quo michi complacui. Omnis
enim qui penitendo corrigit ali
quid que fecit eo ipso penitere
se sibi displicuisse indicat. Qui
emendat quod fecerat. Et quia om
nipotens pater sicut intelligi ab
hominibus poterit humano mo
do locutus est de peccatoribus dicens
Penitet me fecisse super terram
quasi semetipsum displicuit in
peccatoribus quos creavit. In so
lo autem unigenito domino Ihesu
Christo sibi complacuit quia sicut
ceteros homines hominem creasse
eum non penituit. In quo peccati
nullum omnimodo invenit. Unde
de illo per psalmistam dicitur Jura
vit dominus et non penitebit eum
tu es sacerdos in eternum secundum or
dinem melchisedech. In solo
ergo sibi redemptore nostro que

placet patri quia in solo non in-
venit culpam in qua se reprehen-
dat quasi per iram Sed itaque
animalia vocem super firmamen-
tum audiant et pertimescant quia
si solus sine peccato est in cuius inno-
centia aspiciunt in quantis ipsi
cottidie delinquant cum necesse
est ut incessanter defleant consi-
derent quoque quia et ipse auctor
vite sine passionis dolore ex hac
vita non exiit Et hec ergo vox super
firmamentum facta est quia omni-
potentis patris sententia et de mor-
te ac resurrectione unigeniti pro-
cessit Sed cum vox super firmamen-
tum fit stant animalia et submit-
tunt alas suas quia sancti quique
cum ipsum quoque unigenitum
flagellatum in hoc mundo conspici-
unt deponunt Sed quid de suis
meritis presumunt Nam si ipse hinc
sine flagello non exiit qui venit
sine peccato quid flagellis digni
erunt qui hic cum peccato veni-
unt Ipsum ergo firmamentum
quod est super caput animalium quod tran-
scendit mentes electorum habet
super se vocem quia redemptor
noster eam quam cum patre dispo-
suit ex divinitate sententiam protulit
in carne quam audientes iusti ter-
rentur et omnem de suis viribus
presumptionem deponunt quibus
liber enim virtutibus polleat quid
digna vita peccatorum si et eius vi-
ta pro nobis flagello subiacuit qui
sub divina nullo peccato fuit Sed
ecce gignitur nobis questio oritur
cum dicitur Quia super firmamen-
tum quod erat imminens capiti eorum
quasi aspectus lapidis zaphiri
similitudo throni Si enim per firma-
mentum dominus et per lapidem zaphiri

et similitudinem throni sublimes ille
potestates angelice figurantur quo-
modo super firmamentum id est super dominum
esse credende sunt cum et mox sub-
ditur super similitudinem throni similitu-
do quasi aspectus hominis desuper Sta-
si ita ut dictum est firmamento
exprimitur dominus et rursus homo accipitur
dominus qua ratione potest intelligi et ip-
se super thronum et ipse sub throno Sed
ascensionis humanitatis nostre[?] ipse
solvit de quo loquimur quod afflictus
pressius ea que clausa sunt aperit
Incarnatus enim unigenitus patris
per hoc quod homo factus est minor ange-
lis fuit sicut de eo scriptum est
Minuisti eum paulo minus ab an-
gelis Resurgens autem et ascen-
dens in celum omnibus angelicis
potestatibus presidet Sicut illic de eo
scriptum est rursum Omnia subiecisti
sub pedibus eius Et sicut ipse ait
Data est mihi omnis potestas in
celo et in terra Firmamentum ergo
sub throno et homo super thronum est
quia per humane assumptionem
nature et ipse est sub angelis na-
tus et ipse super angelos exaltatus
Cui et priusquam resurrectionis
exaltaretur gloria divinitate super
angelos fuit Sed tamen angelis
ut dictum est humanitate minora-
tus est ex qua et morte subiacuit
At post mortem resurgendo ele-
vavit humanitatem suam etiam
maiestatibus archangelorum
supposuit Prius itaque thronus super
firmamentum et post homo super
thronum visus esse describitur quia hu-
mani generis redemptor humani-
tatem quam descendendo sub ange-
lis assumpsit ascendendo super
angelos exaltavit Sic non factum
eum sub angelis dicimus sicut

factum sub lege predicante apostolo audivimus
Assumpta ergo humanitate sub
angelis suscepimus per eam minora-
tionem in qua dignatus est appa-
rere. Sed iam mox ut verbum caro factum
est, mox deus homo potestate super
angelos fuit. De ipso quippe ante
passionem scriptum est: Ecce angeli
accesserunt et ministrabant ei. Sed
tamen ut humanitatis eius in-
firmitatem monstraret, rursum de
eo scriptum est: Apparuit illi ange-
lus de celo confortans eum. Quid
autem ergo nisi utriusque nature hunc
hunc et angeli ministrare, hunc
etiam angelus confortare descri-
bitur? Unus quippe in utraque natura
qui deus ante secula erat
homo factus est in fine seculorum.
Cui tamen ante passionem suam
et angeli ministrant, et hunc an-
gelus confortat. Post passionem
vero atque resurrectionem eius hu-
ic angeli ministrare possunt, sed iam
hunc confortare non possunt.
Quia sicut predictum est, etsi prius fir-
mamentum sub throno apparuit,
iam tamen homo super thronum est. In
cuius persona, ut propheta saltem adu-
nationem utriusque nature se vidis-
se ostenderet, protinus adiungit:
Et vidi quasi speciem electri. Quid
est quod aspectus hominis videtur
in throno, que species electri, nisi quod
electrum, sicut longe superius dixi-
mus, auro argentoque conficitur,
ut res una ex metallis duobus
fiat, in qua et per argentum auri
claritas temperatur, et per auri cla-
ritatem species clarescat argenti.
In redemptore autem nostro natura
divinitatis et humanitatis ita in-
confuse unita simul atque con-
iuncta est, ut per humanitatem divi-
nitatis eius claritas nostris potuisset
oculis temperari, et per divinita-
tem humana in eo natura clare-
sceret atque exaltata fulgore ul-
tra hoc quod creata fuerat haberet.
Ipse vero aspectus hominis super thro-
num et species electri quam vidit, qua-
lis ei apparuit adhuc describendo
subiungit: velut aspectus ignis
intrinsecus eius per circuitum, a lum-
bis eius et desuper, et a lumbis
eius usque deorsum vidi quasi
speciem ignis splendentis in circu-
itu. Quid est quod mediator dei et
hominum Christus Iesus a lumbis et de-
super aspectus ignis intrinsecus
per circuitum habere describitur, et a lum-
bis et deorsum speciem ignis sple-
ndentis in circuitu? Investigandum
namque est quare a lumbis et desu-
per ignem intrinsecus, nec tamen sple-
ndentem ignem habere narratur; a lum-
bis vero et deorsum habere ignis
speciem dicitur, non hunc habere intrin-
secus memoratur, quia et sple-
ndentem et in circuitu hunc habere de-
scribitur. Quid enim lumborum no-
mine nisi propago mortalitatis
exprimitur? Ipse quoque causa et Levi decimatur,
quia adhuc in lumbis patris erat
cum Melchisedech occurrit Abra-
he. De lumbis vero Abrahe virgo
Maria exiit, in qua incarnari Unigeni-
tus patris per sanctum spiritum incarnari
dignatus est. Ex qua incarnati-
one universo innotuit mundo deus.
Sicut et per psalmistam dicitur: Accin-
gere gladium tuum circa femur tuum

potentissime. Gladius etenim accingitur potentissime sumpsit quasi femore praedicationis illius ex incarnatione convaluit. Qui vero iste ignis designat nisi ardorem sancti spiritus qui corda quae replevit incendit. De quo ipsa veritas dicit Ignem veni mittere in terram. Quid est ergo quod in hoc aspectu hominis quem propheta apparuit a lumbis supra intrinsecus per circuitum ignis ardet.

A lumbis vero infra non ignis intrinsecus sed in circuitu resplendet nisi quia ante incarnationem dominicam et redemptoris nostri plena mentes iudea ardorem amoris eius habuit, post incarnationem vero illius in circuitu eius resplenduit quia in universo mundo gentibus caritatem sancti spiritus effudit. Prius ergo intrinsecus ignis fuit. Erat sed splendor non erat quia sanctus spiritus in multis quidem patribus iudeam replebat. Sed ad notitiam gentium nec dum eius lumen emicuerat. A lumbis vero eius et deorsum ignis in circuitu splendet. Quia postquam de virgine carnem sumpsit in humano genere longe lateque sancti spiritus dona dilatavit. Et notandum quod ignis iste a lumbis sursum per circuitum esse describitur non extrinsecus sed intrinsecus quia amoris flamma quae patri dicata est in electorum spiritualibus viris ubique in suis finibus iudeam replevit nec tamen exibat extrinsecus quia in multitudine gentium sese non dilatabat. Quae ardoris flamma visa est postmodum in circuitu splendere quia per mundi cardines in universis gentibus omnipotentis dei cepit amor exardescere. Erat ergo prius ignis intrinsecus cum iacob diceret Salutare tuum expectabo domine. Quod enim salutare dicimus latine hoc hebraice ihesus dicitur. In quo verbo beati iacob mens ostenditur quod ille ardebat desiderio qui se moriens expectare perhibebat. Ardebat ignis cum moyses diceret Si inveni gratiam in conspectu tuo ostende michi temetipsum ut videam te. Ardebat ignis in mente cum david diceret Sitivit anima mea ad deum vivum quando veniam et apparebo ante faciem dei. Quam incarnationem ubi desiderans ait Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis.

Ardebat ignis cum simeon de corruptione vitae praesentis exire desiderans audivit Non prius se visurum mortem nisi videret christum domini. Sed ecce iam ignis iste quasi sub labiis circuitus resplendet quia universa gentilitas incarnati dei est amore succensa. Quod nimirum intelligi et aliter potest quia redemptor noster dominus deus ihesus christus per humanitatem suam hominibus innotuit qui per divinitatem notus angelis et ante incarnationem fuit. Nobis ergo a lumbis inferius resplendet in circuitu quia ignem intrinsecus a lumbis superius ardet in celo quia illi celestes spiritus eum in divinitate sua conspiciunt et amoris eius ignibus accenduntur.

Nos vero qui hunc ex assumpta humanitate diligimus adhuc in hac corruptibili vita positi splendorem ignis illius foris habemus. Dominus itaque super terrenum est qui et super lumbos ignem intrinsecus habet in angelis et sub lumbis ignem in circuitu habet in hominibus quia in omne quod ab angelis amatur et omne quod ab hominibus desideratur ipse est qui in cordibus ardet amancium

Hinc est enim q magne ille ptates
angelice seraphyn i incendium no
minant hinc de ipso omni sptum e
Deus noster ignis consumens est
Ignis enim deus dr quia flammis a
moris sui incendit mentes qs r
plet Et ideo seraphyn incendium
dicunt Quia ptates ex proxime i
celis in estimabilis amoris eius ig
ne succense sunt Ex hoc igne suc
cense ardent in tra corda instorum
hoc igne calefacta redeunt ad pri
um corda peccatorum que inflama
ta vehement timorem in amorem
vertunt Nam pus tabescere meta
ceperunt postmodum igne amo
ris flagrant Et quia eius mem
bra sunt electi angeli in celo eius
membra sunt electi homines in
tra Unus homo est qui et sup
lumbos ardet menstrois et sub
lumbis insius Ignis sui splen
dorem in circuitu emittit quia
et angelos ad amorem suum per
diuinitatem tenuit et homines
ad sci ardoris sui desiderium ex
humanitate reuocauit Sequitur
Velut aspectus arcus cum fuit i nu
be in die pluuie Nimirum inter se
et homines omnipotens deus in
signo posuit ut ultra mundum
diluuio no deleret dicens Arcu
meum ponam in nubibus et erit
signum federis inter me et inter tram
Cumque obduxero nubibus celum
apparebit arcus meus in nubibus
et recordabor federis mei uobiscum
Sed et in arcu eodem color aque
et ignis simul ostendit Quia et ex
pte est ceruleus et ex pte rubicun
dus ut utriusque iudicij testis sit u
nus videlicet faciendi et alterius fa

Sed no ulterius faciendi quia mundus
quidem iudicij igne cremabitur Sed
aqua iam diluuio no delebitur
Quid est autem q splendentem
ignem a lumbis homis deorsum
psidentis sicut aspectum arcus cum
fuit in nube in die pluuie pphetia
aspexit Quia enim p ignem sicut
dictum est ardor sci spus designatur.
que plenitudo est arcus et spus
ut ignis qui apparuit quasi asp
tus arcus apparuisse diceretur
Sed si ipsi qui pdiximus visionem
arcus incendimus quo arcus
significet vide spem videamus Arc
cu quippe sicut prefatus sum aqua
et ignis apparet Et post incar
nacionis aduentum eo virtus sancti
spus in humano genere apparuit cla
ruit quo electos dei et aqua bap
tismatis lauit et igne diuini a
moris incendit quasi enim ad
mixto colore aque simul et
ignis quidem arcus in nube ad
predicacione ponitur cum veritas
dicat Nisi quis renatus fue
rit ex aqua et spu sco no pot
introire in regnum dei Quia ar
cus in nube est in die pluuie q
in dominica incarnacione in effu
sione in predicacione ostenditur
ut aduenientis corda arentium
ad penitenciam reuocentur Nubem
enim redemptoris carnem no ing
uenient accipimus de qua per
psalmistam dicitur Qui ponit
nubem ascensum tuum Nubem
quippe ascensum suum posuit q
a ib qui diuinitate ubique est car
ne ad celestia ascendit Expleta
uero omni mystica visione subiungit

Hic erat aspectus splendoris per
gyrum et hec visio similitudinis
glorie domini Quid enim in omni
hoc mundo sanctus spiritus gratia agit
aspiciens ait hic erat aspectus
splendoris per gyrum Que cum in
nobis eiusdem sancti spiritus gloria
maneat considerare volens Sed
sicut erat non valens subiungit
Et hec visio similitudinis glorie
domini Non enim ait visio glorie
sed similitudinis glorie ut videlicet
ostenderet Quia quantumlibet
se intencione mens humana
tetenderit — etiam si iam fanta
sias ymaginum corporalium a cogi
tacione compescat si iam omnes
circumscriptos spiritus ab oculis cordis
amoveat adhuc tamen in car
ne carne mortali posita videre
gloriam dei non valet sicut est Sed
quicquid de illa est quod in mente resplen
det similitudo et non ipsa est Un
de et ille predicator qui usque ad ter
cium celum fuerat dicebat Videmus
nunc per speculum in enigmate Quod
mire non despicienda nobis quo
oritur quod Iohannes ewangelista
cum circa miracula redemptoris
nostri iudeorum perfidiam tacat ex ver
bis prophetas de se prescripsisse adiungit
dicens hec dixit Ysaias cum vidit
gloriam eius et locutus est de eo
Et si ezechiel non gloriam sed glori
e similitudinem vidit Quid est quod
iste similitudinem glorie et ille eius gloriam
vidisse describitur Sed cum Iohannes
ewangelista plus miracula redemp
toris nostri narraret atque infidelita
tem per nos iudeorum subdidit hanc
eiusdem redemptoris nostri gloriam
que in mundo apparuit Ysayam vi
disse manifestavit Quia enim quod
in terra inter homines agit per gloriam
omnipotentis dei est et eius gloria
in omnibus sanctis facta videtur
Ysaias ergo eius gloriam in terra vidit
Ezechiel vero eius gloriam in celo sicut
est videre non potuit Quia aliter
est gloria eius in rebus factis atque a
liter in semetipso Hec ergo eius gloriam
que in rebus est videri non potest
Illa vero que in ipso est videri modo
nisi per similitudinem non potest Sed
an eandem similitudinem glorie
vel sublevatus portare propheta po
tuit agnoscamus Sequitur Et vi
di et cecidi in faciem meam Quid
ergo de hoc miro fieri potest ita ut est
eius gloriam vidisset qui similitu
dinem glorie illius videns sed
ferre non valens cecidit Quia in
re cum magno merore pensamus
et considerare cum lacrimis debe
mus in quanta miseria et infirmi
tate cecidimus quia et ipsius bo
num ferre non possumus ad quod vi
dendum creati sumus Est tamen
et aliud quod de prophete facto conside
remus in nobis Propheta enim mox
ut glorie domini similitudinem vidit in
faciem suam cecidit Quia similitudi
nem glorie quam nos per spiritum prophetic
e videre non possumus hanc as
sidue cognoscere et sollicite consi
derare in sacro eloquio in celestibus
monitis in preceptis spiritualibus
debemus qui cum aliquid domini
conspicimus in faciem nostram ca
dimus quia ex malis erubescimus
que nos meminimus perpetrasse I
bi enim cadit homo ubi confundi
tur Unde et paulus quibus
dam in facie iacentibus dicebat
Quem ergo fructum habuistis tunc
in illis in quibus nunc erubesci
tis Ecce celestis gratie dono lar
giente obvoluta misteriis libri

mitiū in ezechiel pphetā discussi
mus et dicta mistica moraliter
disserentes uolantem pphetie his-
toriam ad tēas naxim9 ut que
pminorum adhuc michi q3 sicut
uolabāt · s3 nō leuabant ia uīc
ab eis legatur et cognoscatur
euolet et leuet · Agamus ergo
gracias redemptori nrō · q' spi'
tali semp alimento nos refic
quia panis viuus descendit
de celo et dat uitam mūdo Qui
viuit et regnat cum pře i vni
tate spūs scī deus p omia secu
la seculorꝫ Amen Explicat ome
lia octaua Incipit Nona

Iniciū libri in Ezechiel pphta
magnis obscuritatibus clau
sum et quibusdā misterioꝝ
nodis ligatū Qui omnipo
ten deo dnō nrō ihu xpo lar
giente discussimus · Iā mīc
planiora sunt et minus dif
ficilia que sequū̄ Cantari ita
q3 uīc colloquimus eidem omnipo
tenti deo grās referentes Quia ·
post tot opaca silvaꝝ tandem le
ti ad campos exiuim9 in qbus
liberis gressibus locucōnis nr̄e
intrepide pedē ponam9 Ecce eīz
pꝰquā ppheta similitudinē glor
e dnī contemplatus in faciē
suam cecidit adiūgit Et audiui
uocem loquentis · et dixit ad me ·
fili hoīs · sta sup pedes tuos et
loquar tecū Ubi adhuc subdit
Et ingressus est in me spūs pꝰ
quā locutus est michi et statuit
me sup pedes meos Ecce diuina
vox iacentem iussit ut surgeret
s3 surgē omino non poss3 · nisi i hc

omnipotentis dei spūs intrasset ·
Quia ex omnipotentis dei grā
bona opa conari quidē possum9
s3 hec implē nō possumus si ip
se nō adiuuat qui iubet · Sic
paulus cum discipulos admone
ret dicens Cum metu et tremo
re uram ipsoꝝ salutem opami ·
Illico quis in eis hec ipa bona
oparetur adiūxit dicens Deus
est enī qui opat̄ in nobis ꝛ vel
le et pficē p bona voluntate
Hinc est qꝰ ipa ueritas discipul
dicat Sine me nichil potestis
facē Sz in hijs considerandū
est quia si bona nrā sic omni
potentis dei dona sunt ut ī ea
aliquid nr̄m nō sit · cur nobis q̄
si p mitis ad etnā retribucōeꝫ
querimus Si aut ita nrā sūt
ut dona dei omnipotentis non
sint · ex eis omnipotenti dō grā
cias agam9 Sed sciendū est
Quia mala nrā solūmodo nrā sūt
bona aut nrā et omnipotentis
dei sunt et nrā · Quia ipe aspi
rando nos puenit ut uelim9
qui adiuuando subsequitur ne
inanit' uelimus · s3 nō possim9
implē que uolum9 · Preueniente
ergo gracia et bona uoluntate
te subsequente · hoc qꝰ omnipo
tentis dei donū est fit meritū
nr̄m · qꝰ bene paulus breui se
tencia explicat dicens Plus
illis omnibus laboraui Qui ne
videretur sue virtuti tribuisse
qꝰ fecerat adiūxit · Non autē
ego s3 gracia dei mecū · Quia
enī celesti dono preuentus e'

quasi alienum se a bono suo opere
agnovit dicens. Non autem ego
Sed quia preveniens gratia liberum
in eo arbitrium fecerat in bono
quod libero arbitrio eandem gratiam est
subsecutus in opere adiunxit Sed
gratia dei mecum. Ac si diceret
In bono opere laboravi non ego
sed ego. in eo enim quod solo dono dei
preventus sum non ego In eo autem
quod dona voluntate subsecutus sum
et ego. hec ergo breviter contra pela
gium et celestinum diximus exposi(tio)ne
de ordine redeamus. Fili ho(min)is
sta super pedes tuos et loquar
tecum Notandus est nobis ordo
locutionis et operis divini. p(ri)
us similitudo glorie domini apparuit
ut deiciat postmodum alloquitur
ut elevet deinde super humiliatum
gratie spiritum mittit et levat ac
super pedes statuit Nisi enim aliquid
de crimi(ni)bus in mente videmus
nequaquam in facie mentis penitendo ca
deremus Sed iam iacentes vox
divina consolatur ut in opere surga
mus quia timere nos facit in a(ct)i u(ir)
tute non possumus. Ipsius ergo
nos spiritus implet et levat et
super pedes nostros statuit ut qui pri(us)
in pena pro culpa iacuimus
recti postmodum in bono opere
stemus. Sed stans propheta quid
audierat adhuc sequitur dicens et au
divi loquentem ad me et dicen
tem. fili hominis mitto ego te ad
filios israhel ad gentes aposta
trices que recesserunt a me Sed
propheta describit sua ut significet
nostra. Nam quid est hoc quod ei ia
centi dicitur Sta supra pedes tuos
et loquar tecum. Cui enim iacen
ti loquebatur. an non se ipse stan
ti promittit esse locuturum. Sed

sciendum quia alia sunt que iacen
tes alia que stantes audire deb
eamus Iacenti enim dicitur ut sur
gat. stanti autem precipitur ut ad predi
cationem perfectam debeat. Adhuc
enim nobis in infirmitatibus confusi
one iacentibus preciti non debet
auctoritas predicationis Sed cum iam
in bono opere surgimus. cum iam
recti stare cepimus dignum est
ut ad lucrandos alios in predica
tionem mitti debeamus Stans
ergo propheta et visionem spiritalem
vidit et cecidit cadens vero iam ad
monitionis verbum suscepit ut
surgeret Surgens autem precep
tum audivit ut predicaret Nam
qui adhuc ex superbie vertice sta
mus cum iam de extremitatis ti
more aliquid sentire cepimus
dignum est ut ad primam cadamus
et nostram infirmitatem humi
liter cognoscentes humiliter iacentes
per divinum verbi consolationem surgere
ad fortia opera iubemur et cum iam in
bonorum operum soliditate persis
timus necesse est ut nos surrexisse
cognoscimus inde iam predicantes
et alios levemus Iacenti ergo non
precipitur ut ad predicationem pergat
ne infirmus quisque hoc quod verbo
edificare potest opere destruat Sed hinc
quoque per psalmistam dicitur
Eduxit me de lacu miserie et
de luto fecis et statuit supra pe
tram pedes meos et direxit gres
sus meos. et inmisit in os meum
canticum novum ymnum deo nostro
Prius enim de luto pravitatis educa
tur ut eius pedes per fidem in pe
tra solidentur Sed quia rectam fi
dem recta subsequi debet opera
gressus eius directi sunt ut
post directionem gressuum i. per

perfectionem boni operis in se accipe-
ret, cum bonum inchoat predicationis. Et
Saulus dum superbus Damascum
pergeret, redemptoris voce prostratus
iacuit, et qui predicator futurus
erat, non tamen mox predicaret quod vi-
derit audivit. Sed ei iacenti dicitur:
Ingredere in civitatem et dicetur tibi
quid te oporteat facere. Iacens ergo
hoc solum audire potuit, ut surgens
disceret quod audiret. Surgens
vero hoc didicit ut que cognoverat
predicaret. Sed querendum nobis
est cur Ezechiel et Paulus in fa-
ciem cadunt, et de ascensore
equi, id est de eo qui in huius mundi
gloria elatus est, dicitur: ut cadat
ascensor eius retro. Rursumque de
persecutoribus domini scriptum est:
Abierunt retrorsum et ceciderunt
in terram. Quid est hoc quod electi
in faciem et reprobi retrorsum ca-
dunt, nisi quod omnis qui post se
cadit, ubi procul dubio cadit ubi
non videt. Qui vero ante se ceci-
nit, ibi cecidit ubi videtur. Iniqui er-
go quia in invisibilibus cadunt
post se cadere dicuntur, quia ibi cor-
ruunt ubi quid eos tunc sequitur
modo videre non possunt. Iusti vero
quia in istis visibilibus semetipsos
sponte deiciunt ut invisibilibus
erigantur, quasi in faciem cadunt,
quia timore compuncti videntes
humiliantur. Notandum vero quod dicitur:
Mitto ego te ad filios Israhel,
ad gentes apostatrices que recesse-
runt a me. Sicut enim duobus mo-
dis a deo receditur, ita duobus modis
a deo apostate homines fiunt. Nam
unusquisque a conditore suo aut
fide recedit aut opere. Sicut ergo
qui fide recedit apostata est, ita
qui ad perversum opus quod deseruerat
redit, ab omnipotente deo aposta-
ta absque ulla dubietate deputa-
bitur, etiam si fidem tenere videatur.
Unum enim sine altero prodesse nichil
valet, quia nec fides sine operibus
mortua est, nec opera adiuvant
sine fide, nisi fortasse pro fide per-
cipienda fiant. Sicut Cornelius
ante pro bonis operibus meruit
audiri quam fidelis existeret.
Qua ex re colligitur quia bona
opera eius pro fide percipienda facie-
bat. Nam ei ab angelo dicitur:
Orationes tue et elemosine tue as-
cenderunt in memoriam in con-
spectu dei. Et mox pro eadem ascen-
sione precipitur ut ad Symonem mit-
tat, qui ei conveniens predicare de-
beat. Constat enim quia hoc percep-
turus meruit exaudiri. Sequitur: Pa-
tres eorum prevaricati sunt pactum
meum usque ad diem hanc, et fi-
lii dura facie et indomabili cor-
de sunt ad quos ego mitto te.
Ecce est una culpa superbie, quia
prevaricati sunt pactum. Ecce al-
tera obstinationis, quia usque ad
diem hanc. Ecce in iniquitate
filiorum culpa gravius imprimitur,
quia dura facie. Quo mala
que faciunt iam nec erubescunt,
et nunquam vel post culpas ad peni-
tentiam redeunt, quia indoma-
bili corde sunt. Cum non tante pra-
vitatis tanteque obstinationis fi-
lii ad quos propheta mittitur quibus
iam non videat quia persona prophe-
te ad tam perversos homines despi-
ci valeat. Vos ecce auctoritas

psone tribuitur cum subditur et dices
ad eos hec dicit dominus deus Ac si a
pte diceretur Quia ex te despicaris
ex mea voce. inde est ut loquaris
Ne contempnaris ipse qui mitte
ris v'ba mea presens ostende q'm
sit Sequitur Si forte vel ipsi au di
ant et si forte quiescant quia do
mus exasperans est Dum constat
quod omnipotens omnia sciat. mirandum val
de est cur dicat si forte audiant
et si forte quiescant Quapropter sci
endum nobis est. quia ista dubi
tacio locucionis dei non ex igno
rancia. sed ex aliqua significacione
descendit Nam quis nesciat quod
qui fecit et videt omnia. sciat omnia
et per semetipsam in ewangelio de aü
xpi predicatoribus dicat dabunt sig
na magna et prodigia ita ut in erro
rem inducantur si fieri potest eciam
electi Cur hoc sub dubitacione di
cum quis futurum sit a deo prescitur
unum non ex duobus est. quia si elec
ti sunt fieri non potest Si autem fieri
potest electi non sunt et tamen dicitur
in errorem inducantur si fieri potest eciam
electi Ista ergo dominica simonis du
bitacio ex electorum cordibus designa
cio temptacionis sunt Quia qui
electi sunt ad persistendum per sign
predicatorum antixpi temptabuntur
ad cadendum per hoc ergo quod dicitur si fieri
potest hoc exprimitur quod electi in cor
de temptabuntur Nutant enim in cor
de sed non cadunt Dicitur ergo si fieri
potest quia trepidabunt et tamen
dicuntur electi quia non cadunt
Dubitacio itaque simonis a domino
in electis exprimitur trepidacionem
mentis quos et electos nominat
quia cernit quod in fide et in bono
opere persistunt Unde hic quoque dicitur
Si forte audiant et si forte quies

cant Per hoc enim quod dicitur si forte
quia ex magna multitudine pau
ci audituri sunt demonstratur Per
dubitacionem ergo simonis dei quis
significatur aliud nisi paucitas au
ditorum Notandum vero quod per quam ma
la primo defunctorum dixerat in
tens prophetam ad filios dicat Si for
te vel ipsi audiant et si forte quies
cant Quid est dicere vel ipsi nisi
quia eorum patres qui in culpa de
functi sunt audire noluerunt Pense
mus ergo que virtus sit in hoc domi
ca simonis defectu ut dicat si forte
vel ipsi audiant Nobis hec nobis apte
dicitur qui afflicti obsessi conclusi o
mia que in hoc habuimus bona per
didimus vacabit civitas. eversa castra
depopulatos agros suffossas eccle
sias videmus et tamen adhuc pare
tes nostros ad iniquitatem sequimur
ab eorum elacione quam vidimus non
mutamur et illi quidem inter gaudia
nos vero quod est gravius et inter flagel
la peccamus Sed ecce omnipotens deus
iniquitates iudicans iam priores
nostros abstulit iam ad iudicium vocavit
ut nos ad huc ad penitenciam expectat
nos ad revertendum sustinet et
qui in illis iam iudicium exercuit
sue paciencie nobis longanimita
tem prorogat ne cum malis penitus per
dat dicens Si forte vel ipsi audiant
et si forte quiescant quia domus ex
asperans est Omnis anima etiam que
acceptam fidem in perversitate pla
cavit permanens aut revertens do
mus exasperans vocatur quia cum
quem per fidem superpat repellit a se
pravis moribus habitatorem domini
Nam domus inhabitatur a deo. si ergo
domus que exasperans. Si vero exas
perans quare domus que unquam iam
non habitat Sed domus quia in eu

deus per fidem habitare ceperat Ex
asperitas non est quia ab ea prauis
moribus repulsus exit ut vacua
remaneat quam pravis celestis inhabi
tator repleuit Unde etiam sicut co
ram uoce cognouimus nequissimus
spiritus cum septem aliis rediens do
mum scopis mundatam inuenit quia
mentem a uirtutibus alienam implet
Sequitur Et sciant quia propheta fu
erit in medio eorum Malis sacerdos bonorum
aut ad adiutorium salutis proficere
aut ad testimonium dampnacionis
solet Sciant ergo quia in medio eo
rum propheta fuit ut audita predicaci
one aut adiuuentur ut surgant aut
sic dampnentur ut excusacione ca
reant Sequitur Tu ergo fili hominis
ne timeas eos neque sermones eorum
metuas quoniam increduli et subuer
sores sunt tecum et cum scorpioni
bus habitas Patet ad quem predica
tor in predicacione mittitur qui ne
timeat admonetur Et quia praui quorum
bona sibi loquentibus alia iniqua
faciunt et adhuc alia minantur propter
illa que faciunt dicitur ne timeas eos
et propter hoc quod minantur adiungitur
neque sermones eorum metuas Vel
certe quia reprobi et mala bonis in
gerunt et eorum super actibus derogant
propheta missus admonetur ne eorum
vel crudelitatem metuat vel verba
pertimescat In hoc itaque quod dicitur
ne timeas prophete datur auctoritas
predicacionis Et quia omnes qui in deo
viuimus organa ueritatis sumus
ut sepe per alium me sepe vero alii loqun
tur per me sic nobis bonum sibi mixta
auctoritas debet ut et is qui preest
est dicat recta libere et is qui subest

inferre bona humilitas non recuset
Bonum enim quod maiori a minore dicitur
Tunc vero bonum est si humiliter dicitur
Nam si rectitudo senciendi humi
litatem loquendi perdiderit radi
cem sensus in ramo lingue uaca
uit Cum viror in ramo non ex
ramo sed ex radice est quia in pectore
intumesceret lingua inmite sup
biret Inesse ergo ad loquendum
maiori humilis auctoritas Inesse
autem minori libera humilitas debet
Sed sepe in hominibus iste loquendi
ordo confunditur sicut et longe
superius diximus Nam aliquando
quis per timorem elacionis loquitur
et loqui se per auctoritatem liber
tatis existimet Et aliquis alius
per stultum timorem tacet et tacere
se per humilitatem putat Ille lo
cum sue regiminis attendens non
metitur sensum timoris Iste lo
cum sue subieccionis considerans
timet dicere bona que sentit et
ignorat quantum caritati reus
efficiatur tacendo Sic vero sub aucto
ritate superbia et timiditas
sub humilitate se palliat ut se
penitus nec ille ualeat considerare quod
deo nec iste quid debeat primo
Nam ille eos qui sibi subiecti sunt
conspicit et ei cui omnes subiacent
non intendit in elacione attolli
tur et de elacione sua velut de
auctoritate gloriatur Iste vero non
numquam dum timet ne amoris
gratiam amittat atque per hoc ali
quid temporalis dampni susti
neat recta que intelligit occul
tat atque apud se tacitus ipsum ti
morem quo constringitur humilitatem

nominat. Sed cum aliquid male velit
dicere tacendo in cogitacione dimi-
dicat. Fit quoque ut unde se humilem
existimat inde gravius sit super-
bus. Discernendo ergo sunt liber-
tas et superbia, humilitas et timo-
re, ne aut timor humilitatem aut se
superbia libertatem fingat. Hiezechiel itaque quia non solum populo
sed senioribus loqui mittebatur
ne incautum timorem humilitatem
crederet ut timere non debeat ammo-
netur cum dicitur Ipse timeas eos ac
ne forte derogacionis sermonibus verbe-
ri pertimescat adiungitur Neque simo-
nes eorum metuas. Cur autem lingu-
as derogancium timere non debe-
at eadem causa subiungitur cum protinus
subinfertur. Quia increduli et sub-
versores sunt tecum et cum scorpi-
onibus habitas. Timendi enim es-
sent hii quibus loqui mittebatur
si in fide et opere deo omnipotenti
placuissent. Cum autem increduli
subversores sunt in suis sermoni-
bus derogantes timendi non sunt
quia stultum valde est si illis place-
quaerimus quos non placere domi-
no scimus. Debent autem boni sine metu
et reverencia iudicia iustorum quia
omnipotentis dei sunt et si ipsi
in terra reprehendunt quod deus redar-
guit e celo. Unde iam perversorum dero-
gacio vite nostre approbacio est quia
iam ostenditur nos aliquid iusticie ha-
bere si illis displicemus maxime qui non
placent deo. Nemo etenim potest in una
eadem re omnipotenti domino ac
eius hostibus gratus existere. Sed a
deo se amiciciam denegat qui eius
placet inimicis. Inimicas iniquitatis ad-
versabitur qui eidem veritati in men-
te subiugatur. Unde sanctus vir in hoc
libere increpacione sustinens eos

ad sua odia excitare non nos metu-
imus quos deum non diligere cognoscit
quod expleta ardenter exhibens crea-
tori omnium quasi in munere obtulit di-
cens Nonne qui oderant te deus
oderam illos et super inimicos tuos
tabescebam. Et perfecto odio oderam il-
los inimici facti sunt michi. Ac si
aperte dicat Pensa quantum te dili-
go qui tuorum hostium excitare contra
me inimicicias non pertimesco. Hic
iterum dicit Cum retribuebat mala
pro bonis detrahebat michi quoniam se-
quebar bonitatem. Subsequitur sed
iusticiam. Bonum valde est quod iusti
tribuit qui male agentibus libera
voce contradicit. Sed perversi mala
pro bonis retribuunt cum iusti derogant
quia contra eos iusticie defensio-
nem sumant. Non enim iusti homi-
num de iudicia sed etiam iudicis examine
aspiciunt. Atque ideo derogancium verba
contempnunt. Hinc etenim derogan-
tibus chorinthiis paulus dicebat
Michi autem pro minimo est ut a vobis
iudicer aut ab humano die. Sed
nec in corde suo unde se reprehen-
dere potuisset inveniens adiungit
Sed neque meipsum iudico. Videbat autem
quia ei ad perfectionem sanctitatis ut si-
bi in iudicium sufficiat subdidit Sed
non in hoc iustificatus sum. Cur
vero nec sibimetipsi de seipso crede-
ret causa redditur cum subiungitur
Qui autem iudicat me dominus est. Ac si
aperte iudicat nec me de meo iudi-
cio credendum existimo quia ille me
iudicat cuius ego iudicium non compre-
hendo. Hinc beatus Iob cum per amico-
rum derogancium linguas me dolo-
res volveret patitur tacita secum
cogitacione protinus ad conscien-
ciam rediit atque ubi mentem soli-
dam haberet aspexit dicens Ecce

eni in celo testis meus et conscius
meus in excelsis. qui etiam subdidit
verbosi amici mei ad deum stillat
oculus meus In omne enim quod de no
bis dicitur semper tacita intentione ad inte
rem debemus iudicem testem et
iudicem querere. Cui etenim prodest si omnes
laudent cum conscientia actu accu
sat. aut quid poterit obesse si omnes
vobis detrahant et sola nos consci
entia defendat. Unde bene Job inter
linguas detrahencium inflexa mente
persistens. quia in terra se impugna
ri falsis sermonibus videt excelso
testem que sunt. Hinc Ysaias
ait Populus meus qui beatificant
te ipsi te decipiunt et viam gressuum
tuorum dissipant. Cum itaque po
pulus ne verbum sue laudis atten
deret et in auspiciis alicuius prueri.
statim ei dicitur que aspiciat cuius
iudicium pertimescat cum subditur
Stat ad iudicandum dominus. stat ad
iudicandos populos. Nec si apte di
citur Judicia humana cum seq
uis qui stare super te celestem iudi
cem scis. Hinc est quod Johannem bap
tistam via tuus esse arundinem
vento agitatam negat dicens. Quid
existis videre in deserto. arundi
nem vento agitatam. Quod quia ne
gando dixerat non affirmando
subiuncta verba testantur. Ait enim
Sed quid existis videre in deserto
hominem mollibus vestitum. ec
ce qui mollibus vestiuntur in do
mibus regum sunt. Arundo autem
vento agitata. modo flatibus erigi
tur. modo flatibus inclinatur. omnis
autem infirmus animus qui vel de
tractione deicitur vel laudibus

exaltatur. Arundo vento agitata
ta est. quod Johannes non erat. quia in
flexibilem mentem rectitudinis nec
laudes hominum nec detractiones
tenebant. Sed magna iniquitatis
res indiget. cum ea operis nostri
tenemus utique semper respicere
detrahencium verba debemus ac
te aliquam compescere. De qua re
sciendum est. quia linguas de
trahencium sicut nostro studio non
debemus excitare ne ipsi pereant
ita per suam maliciam excitatas de
bemus equanimiter tollerare ut no
bis meritum crescat. aliquando autem etiam
compescere ne dum de nobis mala
disseminat eorum qui audire nos
ad bona poterant corda innocen
cium corrumpant. Hinc est etenim quod
Johannes obtrectatoris sui linguam
redarguit dicens Ideo qui amat
primatum gerere in eis diotrepes
non recipit nos. Propter hoc si venero
commoneam eius opera que facit
verbis malignis garriens in nos
Hinc paulus contra detrahentibus
loquitur Chorinthiis dicens Epis
tole inquiunt graves sunt et
fortes. presencia autem corporis infirma
et sermo contemptibilis hoc co
gitet qui eius modi est. quia
quales sumus verbo per epistolas
absentes tales et presentes in opere
Ecce etenim quorum vita in exemplo
imitacionis est posita. debent si pos
sunt detrahencium sibi verba com
pescere ne eorum predicacionem non audi
ant qui audire poterant et in
pravis moribus remanentes be
ne vivere contempnant. Sed in hac
re subtili inquisicione intuendum est.

ut semetipsum animus investiget
ne fortasse sue laudis gloriam querat
et amicorum lucra se querere intra cogi
tacionis simulet. Sepe enim sub no
mine laude animus pascitur et qui
sub obtentu lucrorum spiritualium aurem
de se bona dicentibus cognovit letatur
et sepe sue glorie defensione contra
detrahentes irascitur et fingit et
sibimet quod hoc ex eorum zelo faciat
quorum corda bono itinere detra
hentis sermo perturbat. Illi ergo de
bent magnopere timere ne contra
eorum opinionem detrahencium verba
prevaleant qui suam amplectantur
subtiliter discucientes se in ea in
veniunt de amore private glorie
nil habere. Hinc est enim quod nul
li atque perfecti aliquando virtutes suas
predicant bona que divinitus acce
perunt narrant non ut ipsi apud
homines sua ostensione proficiant
sed ne eos quibus predicant exem
plo suo ad vitam trahant. Unde
Paulus apostolus quociens fusti
bus cesus quociens lapidatus
quociens naufragium pertulit quan
ta pro veritate sustinuit quod ad tercium
celum raptus quod in paradisum duc
tus sit Chorinthiis narrat ut
eorum sensum a falsis predica
toribus avertat et dum se in
notesceret qualis esset illi eorum in
lesterent quos ab eis cognoverat
inique veneretur quod perfecti cum faci
unt et cum virtutes proprias loquuntur.
In hoc quoque omnipotentis dei
imitatores sunt qui laudes su
as hominibus loquitur ut ab homi
nibus cognoscatur. Nam cum per scrip
turam suam preparat dicens Lau
det te alienus et non os tuum
quod faciat ipse facit quod prohibet.
Sed si virtutes suas omnipotens deus

taceret cum nullus agnosceret. Si eum
nullus agnosceret nullus amaret
si nullus amaret nullus ad vitam
rediret. Unde et per psalmistam de eo
dicitur. Virtutem operum suorum an
nunciabit populo suo ut det illis
hereditatem gencium. Virtutes ergo
suas annunciat non ut laudibus
suis ipse proficiat sed ut hii qui hunc
ex sua laude cognoverint ad ipse
ius hereditatem veniant. Justi ita
que atque perfecti non solum cum in turpi
acciones sue verba reprehendunt sed
eciam cum virtutes quas habent
instinctum loquuntur reprehensibiles non
sunt quia per sua vita quam refe
runt aliorum animas ad vitam convertunt.
De quibus tamen pensandum est quia nun
quam bona sua detegunt nisi eos
ut dixi aut proximorum utilitas aut
certe nimia necessitas cogat. Unde
Paulus apostolus cum virtutes su
as Corinthiis enumerasset adiunxit
Factus sum insipiens vos me
coegistis. Sit non aliquando ut necessitate
compulsi in bonis que de se refe
runt non aliorum utilitatem sed sua
requirant. Sicut beatus Job facta
sua enumerat dicens Oculus fui ce
co et pes claudo pater eram paupe
rum et causam quam nesciebam
diligentissime investigabam et mul
ta alia que se pie egisse comme
morat. Sed quia in vulnere doloris
positus ab amicis increpantibus
impie egisse et violentus predo
atque oppressor pauperum fuisse dicebatur
vir sanctus inter flagella dei et
humane increpacionis verba depre
hendens mentem suam graviter con
tra deum ad desperacionis foveam
conspexit impelli. Cum iam languens
ardere poterat nisi ad memoriam
sua bene acta revocasset ut ad spe

anima reducatur ne oppressus ubique
et vulneribus in desperacione pereat
Cum ergo bona sua enumerat non suo
tenore aliis quasi ex laude deside
rat Sed ad spem animum reformat
Isti itaque sicut sine arrogancia
loquuntur aliquando bona que agunt
ita sine zelo private glorie detrahe
ncium sibi linguas redarguunt quia
a noxia loquuntur Cum vero lingue
detrahencium corrigi nequeunt equa
nimiter sunt omnia tolleranda
nec obtrectacionis sermo timen
dus est ne dum perversorum vi
tuperacio metuitur recti operis ui
a deseratur Unde nunc Ezechieli
prophete dicitur Sermones eorum
ne metuas quia increduli et
subversores sunt tecum Anima
autem mali esset si hii qui sunt
increduli subversionis innixi
fuissent Anima enim ipsi vel celes
tis regni premia vel gehenne ee
supplicia non credunt in suis pra
vitatibus dimissi a fide et opere
eciam alios subvertunt ut regnum
quod ipsi apparere non volunt nec alii
assequantur Hii namque cum tene
ros quosque bona incipere mali
ciam devitare cognoverint modo
irridendo quod in celis promittitur modo
despiciendo quod deus omnipotens
de inferni suppliciis minatur modo
illiciendo bona temporalia et de
lectaciones presentis seculi callida
persuasione pollicendo deflectunt
mentes innocencium eosque iniqua
pervertunt Gaudent si quos po
tuerint a vita revocare ad mor
tem trahere letantur in pravitati
bus suis exultant in alienis

Hys itaque pena sua non suffi
cit qui agunt ne soli moriantur
At si fortasse iustum quempiam
tamen iam virtutis invenerint in
ei loqui contraria non presumunt
quia subversores esse non possunt
statim scorpiones fiunt Scorpio
enim palpando incedit sed cauda fe
rit nec mordet a facie sed a poste
rioribus nocet Scorpiones ergo sunt
homines blandi et maliciosi qui
bonis quidem in facie non resistunt
sed mox ut recesserint derogant
alios quos voluerint inflammare
quecumque possunt noxia simu
lant mortifera inferre occulte
non desinunt Scorpiones ergo sunt
qui blandi et mites in faciem
videntur sed post dorsum portant
venenum suum dant Cum enim in
occulto feriunt quasi morte la
tenter trahunt Unde eciam per psal
mistam dicitur Circumdederunt
me sicut apes exarserunt sicut
ignis in spinis Apes enim in ore
mel habent in aculeo caude vulnus
et omnes qui lingua blandiuntur sed
latenter ex malicia feriunt apes
sunt quia loquendo dulcedinem
mellis proponunt sed occulte ferien
do vulnus inferunt Ista non facie
ntes exardescunt sicut ignis
in spinis Anima per flammas detra
hencium non iustorum vita combui
tur sed si que eius inesse poterant
parva spine consumuntur Dicitur
ergo Increduli et subversores sunt
tecum et cum scorpionibus habi
tas Increduli pociores dico subver
sores vero infirmancia proximis

Scorpiones autem eciam forti-
bus ac robustis quibus et sim
faciem contradicere non presumunt
ex occulto tamen vulnus decepci-
onis infligunt. Increduli quip-
pe simul subversores et scorpi-
ones sunt quia et audita ea
que dei sunt non credunt et eos
quos prevalent a bonis moribus
moribus subvertunt et quos
inflectere non valent occultis
machinacionibus feriunt. Sed
inter hoc quoque notandum est
quia ad prophetam dicitur Incredu-
li et subversores sunt tecum
et cum scorpionibus habitas.
Nobis consolacionis medicamen-
tum profertur quos sepe dolet vi-
vere dum nolumus cum malis
sicut querimur etenim velle non
omnes boni sunt qui nobiscum
vivunt mala proximorum ferre no-
lumus omnes sanctos iam debere
esse discernimus dum ex nolumus
quod ex proximis portemus. Sed hac
in re luce clarius patet dum ma-
los portare renuimus quantum mul-
tum adhuc ipsi de bono minus
habeamus. Neque enim perfecte bonus est
nisi qui fuerit et cum malis bo-
nus. Hinc beatus Job de semet
ipso asserit dicens Frater fui dra-
conum et socius struthionum. Hinc
Paulus apostolus discipulis dicit
In medio nacionis prave et per-
verse inter quos lucetis sicut
luminaria in medio. Hinc petrus
gregis dominici pastor dicit Ius-
tum loth oppressum a nefando-
rum iniuria et conversacione eri-
puit. aspectu enim et auditu ius-
tus erat habitans apud eos
qui de die in diem animam iusti in-
iquis operibus cruciabant. Sepe

enim cum de vita proximorum queritur
mutare locum conatur secretum vite
remocioris eligere videlicet ignorat
quod cum si desit spiritus non adiuvat
locus. Idem enim loth de quo loqui-
mur in sodomis sanctus extitit
in monte peccavit. Quia autem
loca mentem non muniunt ipse huma-
ni generis primus testatur parens
qui et in paradiso cecidit. Si minus
sunt omnia que loquimur ex tunc
Nam si locus salvare potuisset
sathan de celo non caderet. Unde
psalmista ubique in hoc mundo
temptaciones esse conspiciens
que sunt locum quo fugeret deus
sine deo invenire non potuit mu-
nitum ex qua re et ipsum sibi locum
fieri petiit xpistum quem locum consuit
dicens Esto michi in deum protecto-
rem et in locum munitum ut salvum
me facias. Tollerandi ergo ubique
sunt proximi quia abel fieri non
valet quem caym malicia non ex-
ercet. Comune vero est per quo inciti
paccus debeat. Nec si fortasse ta-
ngi non valet ad mutacionem tra-
hitur et cum ipsi a sua malicia non
mutantur eos que sibi coniuncti fu-
erint pervertunt. Unde paulus ait
Corrumpunt mores bonos col-
loquia mala. Et sicut per Salomonem
dicitur Noli amicus esse homini
iracundo nec ambules cum viro fu-
rioso ne forte discas semitas eius
et sumas scandalum anime tue.
Sicut enim perfecti omni perversos pro-
ximos non debent fugere quia
eos sepe ad rectitudinem trahunt
et ipsi ad perversitatem nequaquam tra-
huntur ita infirmi quique societa-
tem debent declinare pravorum
ne mala que frequenter aspiciunt
et corrigere non valent delectentur

Nota

ad loquendum

irritari. Sic enim verba pravorum
audiendo cottidie sumimus in men
te sicut flendo atque respirando
aerem trahimus corpore. Et sicut
malus aer assiduo flatu tractus
inficit corpus ita perversa locutio
assidue audita infirmantium infi
cit animum ut tabescat delectati
one prave operis assidui iniquita
te sermonis. Sequitur verba eorum
ne timeas et vultus eorum ne for
mides quia domus exasperans est.
Ideo boni timendi sunt ne offen
dantur ne forte per eos ille provoce
tur ad iram qui eorum corda sem
per inhabitat. Nam sicut supius
dictum est. Si malos offendimus
timere minime debemus quia illis
nostra actio displicet quibus nec
iusticia creatoris placet. Unde
ergo timendum est si nobis ingra
ti sunt qui deo amabiles non
sunt. Cum iterum non dicit verba eorum
ne timeas et vultus eorum ne for
mides quia domus exasperans
est. Ac si aperte dicatur. Timendi
essent nisi me in suis actibus
exasperarent. De quibus adhuc
subditur. Loqueris ergo verba mea
ad eos si forte audiant et quies
cant quia irritatores sunt. Omnis
qui peccat quid aliud quam
conditoris sui iram iracundiam
irritat. Et scimus quia quocien
eius actu quociens verbo quoci
eus cogitatione delinquimus de
um contra nos totiens irrita
mus. Sed tamen sustinet et cle
menter expectat per pacienciam
predicatores ante suos nobis no
bis exhortationis porrigat quibus
aut qui iram predicat si auditur

iram irritati creatoris super pec
catorum populum placat. Unde necesse
est ut ipse non debeat agere malum
quod solet in populo furore conditoris
irritare. Propter quod etiam subditur. Tu autem
fili hominis audi quecumque loquor
ad te et noli esse exasperans sicut
ait domus exasperans est. id est mala
que fieri conspicias ipse non facias
ne hoc quod prohibere mitteris ipse
committas. Omnis etenim predica
tor intenta semper debet mente
pensare ne qui missus est lapsos
erigere ipse in pravitate operis in
lapsis cadat et pauli huius a
postoli sentenciam feriat dicentis in
quo alterum iudicas te ipsum conde
mnas. Unde balaam dei spiritu reple
tus sed tamen intencionem iniqua suo
spiritu repletus de semetipso loquitur
dicens: dixit auditor sermonum
dei qui novit doctrinam altissimi
et visiones omnipotentis dei vidit
qui cadens apertos habet oculos.
Cadens apertos oculos habuit
qui rectum quod diceret vidit sed recte
vivere contempsit. Cadens videli
cet de perverso opere et apertos habens
oculos in sancta predicatione. Est tamen
aliud quod possit intelligi. An vero
ezechiel qui ad predicationem mitti
tur esse exasperans prohibetur. Missus
enim ad loquenda verba cum mitteba
tur obedire omnipotentem deum
sicut populus de perverso opere sic prophe
ta de suo silencio exasperasset. Sicut
sicut mali deum exasperant quod
loquuntur vel faciunt mala ita non
nunquam boni exasperant quia cum
verbi non increpant eos per suum si
lencium retinent bona. Illis itaque
culpa est perversa agere istis te

ta retineret. In hoc ergo ac malis et
ac bonis simul Adam exasperavit et
cum perversa non increpat eis per suum
silentium perficiendi licentiam praestavit.
Aperi os tuum et comede quaeque do ti
bi. Aperimus os mentis cum verba loqui
mur et comedimus quod a Deo accipi
mus, quia et tribuitur et augetur
in nostris sensibus cibus vitae cum praedi
care aperimus. Unde propheta alius di
citur: Os meum aperui et attraxi spi
ritum. Non enim spiritum attraheret nisi
os aperiret, quia nisi ad praedicandum
parimus se impenderet spiritalis
doctrinae in eo gratia non crevisset. Sequitur:
Et vidi et ecce manus missa ad
me in qua erat involutus liber
et expandit illum coram me, qui
erat scriptus intus et foris. Sicut
per prophetam praedicatorum ordo, sic per
librum quem accepit scriptura sacrae
paginae designatur. Liber autem invo
lutus est scripturae sacrae eloquium
obscurum, quod profunditate sententia
rum involvitur ut non facile sen
su omnium penetretur. Sed coram prophe
ta liber expanditur, quia coram
praedicatoribus sacri eloquii obscuri
tas aperitur. Involutum librum manus
Dei porrexerat cum apostolis diceret:
Simile factum est regnum caelorum
homini qui seminavit bonum semen
in agro suo. Cum autem dormirent
homines venit inimicus eius et
superseminavit zizania in medio
tritici et abiit. Cum autem crevisset
herba et fructum fecisset, tunc ap
paruerunt et zizania, et reliqua
quae cunctis nota eadem me renoven
re reminiscar. Sed librum quem invo
lutum ostenderat expandit, cum haec
quae per aenigmata loquebatur expo
suit dicens: Qui seminat bonum
semen est filius hominis, ager est

mundus. Bonum semen hi sunt
filii regni, zizania autem filii sunt ne
quam. Inimicus qui seminavit ea
diabolus est. Messis vero consummatio
saeculi est. Messores autem angeli sunt.
Sicut ergo colliguntur zizania et igni
comburuntur, sic erit in consummatio
ne saeculi. Involutus itaque liber expan
ditur cum hoc quod obscure platum fuerat
per latitudinem intellectus aperitur. Hunc
involutum librum Veritas expandit quan
do in discipulis egit quod scriptum est:
Tunc aperuit illis sensum ut intel
ligerent scripturas. De quo adhuc
libro subditur: Qui erat scriptus intus
et foris. Liber enim sacri eloquii intus
scriptus est per allegoriam, foris per histo
riam. Intus per spiritalem intellec
tum, foris autem per sensum litterae
simplicem adhuc infirmantibus
congruentem. Intus quia invisibi
lia promittit, foris quia visibilia prae
ceptorum suorum rectitudine disposuit.
Intus quia caelestia pollicetur, foris
autem quia terrena contemptibilia quae
vel in usu habenda sint vel ex desiderio
fugienda praecipit. Alia namque de se
cretis caelestibus loquitur, alia vero de ex
terioribus actionibus liber iste. Et qui
dam quae foris praecipit faciunt, sed illa quae
de intus narrat plene apprehendere
nequeunt. Unde scriptum est: Extendens
caelum sicut pellem, qui tegis in aquis
superiora eius. Quid enim caeli nomine nisi sa
cra scriptura signatur? De qua nobis
et sol sapientiae et luna scientiae ex antiquis
patribus stellae exemplorum atque virtutum
lucent. Quod sicut pellis extenditur, cum
per scriptores suos carnis lingua fora
rum ante oculos nostros per verba doc
torum exponendo explicatur. Quid
vero aquarum nomine nisi sanctissimi
angelorum signantur chori? De quibus
scriptum est: Et aquae quae super caelos

sunt laudent nomen domini. Huius
g° celi superiora dns in aquis tegit
quia alta sacri eloquii i. ea que de
natura diuinitatis vel etiam gaudi
is narrat nobis adhuc nescien
tibus solis angelis in secreto sunt
cognita. Celum g° hoc et cunctis no
bis ostenditur et tamen in aquis
superiora eius conteguntur quia et
quedam sacri eloquii iam nobis per
apertionem spiritus patent et quedam
que solis angelis possunt esse ma
nifesta nobis adhuc seruantur oc
culta de quibus tamen occultis iam
per rem spiritualem per intelligenciam sen
timus. Tamquam hec et plene necdum
cognouimus et tamen medullitus ca
nimus et in musis spiritualibus semper
bus quos iam cognouimus intus
pabulo pascimur. Dicat g° qui e
rat spiritus meus et fortis quia in
sacris eloquiis et dictis occultioris
bus atque sublimioribus saciantur
fortes et perfectis apertioribus nos
paruuli nutrimur. Unde scriptum est cacu
mina excelsa ceruis petra refugium
herinaciis. Habebant enim mores
intelligencie qui iam contempla
tionis saltus dare nouerunt. sed pe
tra sit refugium erinaciis quia nos
paruuli et peccatorum nostrorum spinis coop
erti et si intelligere alta non possumus
in petre nostro refugio i. in fide xpi
saluamur. Unde et quibusdam dicitur.
Nichil me iudicaui scire nos in
ter xpm ihm et hunc crucifixum.
Ac si diceret. Tamquam nos capere diuini
tatis eius misteria non posse pensaui.
Sola nobis humanitatis eius in
firma locutus sum. Sequitur. Et conuer
sum in eo lamentacionis carmine
etc. Carmen aliquando in bono
aliquando vero in malo dici dubi
um non est. Tamquam et leticie carmine
et lugubre carmen dicere possumus.
Sed nos scripture sacre usum sequen
tes que pene semper carmen ponere
in prosperis solet hoc in loco pro bo
na parte dictum carmen accipimus
secundum tamen omnipotens deus popu
lum suum de manibus liberas
set scriptum est Tunc moyses et fi
lii israhel cecinit carmen domi
no. Et cum dauid victoria de ho
stibus fecisset. scriptum est locutus est
dauid domino carminis huius Salomon
quoque aut acetum in nitro et qui
cantat carmina cordi pessimo ac
etum quippe si mittatur in nitro
feruescit mox permimus et ebullit
et peruersa mens que per increpaci
onem corripitur aut per predicatio
nis dulcedinem bona suadetur.
de correpcione sit deterior et unde
in murmuracionis iniquitate
succenditur. Unde debuit ab in
iquitate compesci per helui quoque
de ingratis ac se se desperantes dicit
et non dixit ubi est deus qui fec
it me qui dedit carmina in nocte.
Carmen quippe in nocte est leticia
a in tribulacione. Carmen in noc
te accipimus quando in pressuris
presentibus de futuris gaudiis con
dicebat solamur. Carmen nobis in
nocte ostendebat apostolus cum dice
bat Spe gaudentes in tribula
cione pacientes. Carmen in noc
te se dauid habere indicat dicens.
Tu michi es refugium a pressura que
circumdedit me exultacio mea re
dime me a circumdantibus me.
Qui enim circumdari se pressuris
narrat et tamen deum sibi esse

exultacione nominatur procul dubio.
carmen in nocte cantatur. Carmen igitur
pene semper in bono carmen poni
scriptura sacra consuevit. Vea a no-
bis etiam in hoc loco debet intel-
ligi. Ve autem in scriptura sacra se-
pius de eterno luctu quod prius pro-
ter intelligi ... scriptum est. Sic im-
pio in malo refugio erit manuum
eius fiet ei. Et beatus Job loquitur
dicens Si impius fuero ve michi est
si autem iustus non levabo caput sa-
turatus afflictione et miseria. Ius-
torum enim afflicto temporalis est.
Ve ergo quod dicit a temporali afflic-
tione distinxit qui et iustum affec-
tionem et impium ve habere perhibu-
it. Per semetipsam quoque Veritas
dicit Ve mundo a scandalis. Et
ve vobis qui ridetis quoniam flebitis
et ve pregnantibus et nutrientibus
in illis diebus. Pensandum nobis
ergo est quod hec tria in sacro volu-
mine scripta sint lamentaciones
carmen et ve. Lamentaciones
videlicet quia in eo scripta est penitencia
peccatorum. Carmen vero quia ibi pronun-
ciantur gaudia iustorum. Ve autem
quia illic expressa est dampnacio
reproborum. Ut ergo peccati penitencias
legere que in hoc volumine scripta
sint lamenta. Scindite corda ve-
stra et non vestimenta vestra
Et rursus Miseri estote et luge-
te risus vester in luctum conver-
tatur et gaudium in merorem. Ut
autem de promissione gaudii sequen-
tis hylaritatis cognoscere que in
hoc volumine scripta sunt carmina
laudis etc. Beati qui habitant
in domo tua in secula seculi lau-
dabunt te. Et sicut per quendam
sapientem de celesti urbe dicitur

ex lapide precioso et mundo omnes pla-
tee eius sternentur et per omnes vicos
eius alleluia cantabitur. Hoc nobis
carmen celestis patrie nunciare cives
eius venerant qui concorditer cla-
mabant Gloria in excelsis deo et in
terra pax hominibus bone volunta-
tis. Sed si adhuc prava seculo men-
te inheres si adhuc terrenis vo-
luptatibus delectaris amare non po-
tes gaudia celestia que audis. Cogis-
te ergo in hoc volumine ve quod in eo
scriptum est atque ab animo per timorem
expelle quod diligis ut possis ex in-
tegro carmen amare quod legis. I-
bi quippe sub uno dampnatorum specie
multitudo omnes exprimitur reproborum
cum voce veritatis dicitur. Ligatis pedibus
eius ac manibus mittite eum in te-
nebras exteriores illic erit fletus et
stridor dencium. Tunc etenim reprobi in
exteriores tenebras cadunt quia
nunc in interioribus sua se sponte
deiecerunt ut veritatis lumen
nec credendo nec bene operando
sequerentur. In quibus ligatis pe-
dibus ac manibus mitti perhiben-
tur quia ne dum tempus operan-
di atque currendi est habere manus
et pedes liberos in bona actio-
ne noluerunt. Ibi ve reproborum
scriptum est. Vermis eorum non extin-
guetur. Ibi dampnatis ac repul-
sis dicitur. Discedite a me maledic-
ti in ignem eternum qui paratus est
dyabolo et angelis eius. In hoc
itaque volumine cuncta que edis-
seruit omnia que audiant scripta con-
tinentur. Operatus enim et iam repe-
ritur illi qui perpetrasse ut ad agen-
dam penitenciam provocaris ibi invenis
lamenta. Spe celestis gaudiorum
mentem relevare desideras. Ibi

ad consolacionem tuam inueniens
carmen. Sin vero et mala perpetrasti
et hec te perpetrasse non penitet
sed ceruicem mentis erigis ad nul
las lamentaciones premeris inclina
ris nulla celestium gaudiorum expec
tacione compungeris velis nolis
tibi scriptum audiuimus est ve. ut lo
quens nec timor ad preuium humili
at. nec spes ad superna premia ex
altat dampnacionis sue iam
initium penam conspiciat et sine excu
sacione meritum supplicium cadat
Quid igitur fratres quid agendum est
in his nobis. nisi ut euigilemus
ad nimis verba uoluimus et ma
la que nos egisse meminimus fle
tibus puniamus. ut per lamenta
penitencie perueniamus ad carmen in
tempore si affligi modo penitendo
nolimus ne postmodum sine fine
senciamus. ve. nec nos iniquitatum vel
nerum multitudo in desperacionem
deprimat. quia maior est pietas
medici quam magnitudo langwo
ris nostri. Quid est enim quod reparare
ad salutem non possit qui potu
it omnia ex nichilo creare. Re
gemitus quippe est omnipoten
ti patri coeternus cum quo viuit
et regnat in unitate spiritus sancti
deus per omnia secula seculorum
Amen. Explicit omelia nona

Incipit decima

Solent quidam
scripta sacri eloquii legen
tes cum sublimiores eius
sensus penetrauerint minora manda
ta que in sermonibus data sunt
tamquam semper despicere et ea velle
in alio intellectu permutare. Quod
si recte in eo alta intelligerent
mandata quoque minima despice
rent non haberent. Cuncta diuina percep
ta sic in quibusdam loquitur mag
nis ut tamen in quibusdam congruat
paruulis qui per incrementa intelli
gencie quasi quibusdam passibus
mentis crescant atque ad maiora
intelligenda perueniant. Vnde nunc
sancto prophete dicitur. fili hominis
quodcumque inueneris comede. Quic
quid enim in sacra scriptura inuenitur come
dum est quia eius paruula simpli
cem componunt uitam et eius mag
na subtilem construunt intellige
ciam. Sequitur. comede uolumen istud
et uadens loquere ad filios israhel
et aperui os meum et cibauit me vo
lumine illo. Scriptura sacra cibus et
potus est. Vnde etiam per prophetam ali
um dominus minatur. mittam famem
in terra non famem panis neque si
tim aque. sed audiendi verbum
domini. Cum ergo subtracto suo elo
quio famem ac sitim nos dicat at
teri quia eius verba et cibus nobis
et potus sunt demonstrat. Sed no
tandum quod aliquando cibus aliquando po
sunt. In rebus enim obscurioribus
que intelligi nequeunt nisi expon
antur scriptura sacra cibus est quia
quicquid exponitur ut intelligatur quasi
manditur ut masticetur ut glutia
tur. In rebus vero apercioribus po
tus est. Potum enim non mandendo
glutimus. Aperciora ergo mandata
bibimus quia et non exposita in
telligere ualeamus. Pro eo autem quod
multa ezechiel propheta obscura at
que perplexa auditurus erat nequa
quam et de sacro uolumine dicitur bibe
sed comede. Nec si dicatur perfectam

intelligere Ideo prius mande et tunc
deglutire Sic in verbis sacri eloquii
iste debet studii nostri ordo sinuari ut
hec primo cognoscamus quatenus
de iniquitate nostra compuncti cog
noscentes mala que fecimus vite
mus Ne alia faciamus et cum la
ex magno usu lacrimarum de peccatorum
remissione cepit esse fiducia per
verba dei que intelligimus ad vi
tam quoque et alios trahamus ad
hoc enim intelligenda sunt ut et
nobis prosint et intimacione spiritua
li aliis conferantur Unde bene hic dicitur
Comede volumen istud et vadens lo
quere ad filios israhel Hinc si de sacro
cibo dicitur Comede et paste et
satiare et eructa accipe et sparge
confortare et labora Et notandum
quod propheta subiungit dicens Et ape
rui os meum et cibavit me volumine
illo Os in corde esse aliud propheta
testatur dicens labia dolosa in cor
de et corde locuti sunt mala
Os ergo aperimus quando sensum ad intel
ligenciam sacri verbi preparamus Itaque
ad vocem domini propheta os aperu
it quia ad spiritualem domini
precepti cordis nostri desideria preparat
ut de cibo aliquid sumat Sed tamen
hoc ipsum sumere nostrum virium non
est nisi ipse cibaverit qui ut ede
batur iussit Ille etenim cibatur
qui per se edere non potest quia ad
capienda verba celestia idonea no
stra infirmitas non est ipse nos
cibat qui nobis in tempore men
suram tritici temperat Quatenus
in sacro verbo dum hodie intelli
gimus quod hesterno die nesciebamus
cras quoque comprehendimus quod
hodie nescimus per divine dispen
sacionis graciam cottidiano alimen
to nutriamur Dominus enim deus

quasi totiens ad os cordis nostri
manum porrigit quociens intel
lectum aperit et cibum sacri eloquii
in mentis sensibus immittit Cibat ergo
nos volumine cum sensum nobis
scripture sue dispensando aperuit
et eius dulcedine intus cogitacio
nes replet Unde et subditur et dixit
ad me fili hominis venter tuus come
det et viscera tua replebuntur
volumine isto quod ego do tibi In
translacione veteri non habetur
venter tuus comedet sed os tuum co
medet et viscera tua replebuntur
Os enim nostrum comedit dum verbum
dei legimus viscera vero nostra comple
tur cum intelligimus ac sentimus
ea in quibus legendo laboramus
In presenti autem translacione quam
et veraciorem credimus scriptum est ve
nter tuus comedet et viscera tua re
plebuntur In sacro vero eloquio no
mine ventris pro mente poni con
suevit Unde et per ieremiam dicitur ven
trem meum ventrem meum doleo
Qui quia de spirituali et non de cor
poreo ventre dixerat adiunxit
Sensus cordis mei conturbati
sunt Flebat enim ad salutem popu
li pertinebat Si propheta ventrem
corporeum se dolere predicaret Sed ven
trem docuit qui mentis afflic
cionem sensit Sed cum exemplum
prophete proferimus cum testimonium
domini apertius habeamus et verius
est cum per semetipsam veritas loquitur
propheta taceat quia lucerna clari
tatem non habet in sole Qui enim
credit in me sicut dicit scriptura
flumina de ventre eius fluent
aque vive Cum enim de mente
fidelium sancte predicaciones defluunt
quasi de ventre credencium aque
vive flumina decurrunt Venter autem

viscera quid sunt aliud nisi men
tis intima in quibus interna sanctum
desiderium bullis ad deum per ad pro
ximum voluntas. Unde nunc dicitur. Et
venter tuus comedet et viscera
tua replebuntur. Quia cum mens
nostra pabulum veritatis acceperit intima
nostra non iam vacua remanet
sed alimento vite saciata. Pense
mus fratres karissimi quam sit precisa ista
promissio quia dicitur. Venter tuus
comedet et viscera tua replebun
tur volumine isto quod ego do tibi.
Multi etenim legunt et ab ipsa
lectione ieiuni sunt. Multi vocem
predicacionis audiunt sed post vocem
vacui recedunt. Quorum et si ven
ter comedit viscera non replen
tur quia et si in ore intellectum
faciunt ubi perceperunt obliviscen
do et non servando que audie
runt hec in cordis visceribus non re
ponunt. Hinc est enim quod propheta
ad quosdam dominus increpat di
cens. Ponite corda vestra super
vias vestras. Seminastis multum
et intulistis parum. Comedistis
et non estis saciati. Bibistis et
non estis inebriati. Multum qui
de suo seminat sed parum infert
qui de mandatis celestibus vel
legendo vel etiam audiendo mul
ta cognoscit sed negligenter operan
do pauca fructificat. Comedit
et non saciatur qui verba dei au
diens lucra vel gloriam seculi con
cupiscit. Bene autem non saciari
non dicitur quia aliud manducat et
aliud esurit. Bibit et non inebri
atur qui ad vocem predicacionis
aurem inclinat sed mentem non mutat.

Solet enim per ebrietatem bibenci
um sensus mutari. Qui ergo ad
cognoscendum dei verbum devotus
est sed ea que sunt huius seculi
adipisci desiderat bibit et ebria
tus non est. Si enim debriatus esset
mentem procul dubio mutasset ut
iam terrena non quereret iam va
na et transitoria que amaverat
non amaret. De electis namque
per psalmistam dicitur. Inebriabuntur
ab ubertate domus tue quia
tanto omnipotentis dei amore
repleti sunt ut mutata men
te sibimetipsis extranei esse vide
antur implentes quod scriptum
est. Qui vult post me venire abne
get semetipsum. Semetipsum ab
negat qui mutatus ad meli
ora et incipit esse quod non erat
et desinit esse quod erat. Sepe au
tem quosdam vidimus ad vocem
predicacionis qui ex conversione com
punctos habitum non animum
mutasse ita ut religiosam ves
tem sumerent sed autem anti
quam non relinquerent. Ire samu
lis mali agitati in aliae do
lore in primi lesione fervesce
re ostensi quibusdam bonis
ad humanos oculos subire
prius mundi lucra inhiant que
rere et de solo exterius habitu quem
sumpserunt sanctitatis fiduci
am habere. Quibus quid aliud
dicendum est nisi hoc quod magister
egregius quibusdam legis exteri
ora servantibus loquitur dicens. Quia
in christo ihesu neque circumcisio aliquid
valet neque preputium sed nova cre

actua Non enim magnum est ut
ti si quid foris agatur in corpore
Sed magnopere pensandum est quid
agatur in mente Nam presentem
mundum despicere transitoria non
amare mentem medullitus in humi
litate deo et proximo subicere con
illatas contumelias pacienciam
servare et custodita paciencia dolo
rem malicie a corde repellere ege
nis propria tribuere vel largiri
aliena minime ambire amicum
in deo diligere propter deum et eos
qui inimici sunt amare de affli
ctione proximi lugere de morte eius
qui inimicus est non exultare
hec est nova creatura quam isdem
magister gencium apud alios dis
cipulos vigilanti oculo conspi
ciens dicens Si qua igitur in Christo
nova creatura vetera transierunt
ecce facta sunt nova Ad veterem
quippe hominem pertinet presentem
mundum querere transitoria
ex concupiscencia amare men
tem in superbia erigere pacienciam
non habere ex dolore malicie
de proximi lesione cogitare suam
diripientibus non dare atque ad mul
tiplicandum aliena querere nul
lum preter deum diligere inimi
cicias inimicis reddere de afflic
cione proximi gaudere Cuncta hec
vetusta sunt hominis que videli
cet de radice trahimus corrupti
onis Sed qui iam ita ex superna
et ad precepta dominica mentem
in benignitate commutat De hoc
recta dicitur omnia vetera transi
erunt ecce facta sunt nova Er
go in nostris mentibus nova fiunt
cum a nobis vetusta hominis vicia
transeunt Quasi sacri codicis precep
tum venter comedit et viscera
medullitus replentur Sepe enim
quosdam vidimus tota se mente
ad sacre lectionis studium contulisse
atque inter verba dominica recognoscen
tes in quibus deliquerunt semet
ipsos in lacrimis mactare merore
continuo affici in nullis huius
mundi prosperitatibus delectari ita
ut eis vita presens onerosa et lux ipsa
fastidio fieret vix ad colloquen
dum communia admittere atque a ri
gore discipline animum difficile
relaxare pro amore conditoris lu
cem solitudinis et silencia gaudere
Horum venter sacrum volumen
comedit et viscera repleta sunt
quia precepta vite que sensu ca
pere potuit memoria non amisit
Sed hec collectus in deo animus
lugendo semper et colluendo suavis
Et fit plerumque ut tales quique
ex dono celestis gracie eciam ver
bum doctrine percipiunt atque de vita
nis pabulo quod ipsi in visceribus dulciter
ruminant et proximos suaviter
pascunt De quorum profecto ore pre
dicacio tanto audientibus dulcis
est quanto eorum actio contraria suis
predicacionibus non est de sua vita
sumunt quod per linguam proximis con
ferunt Unde hic quoque propheta
subiungit Et comedi illud et
factum est in ore meo sicut mel dul
ce liber qui viscera replevit dul
cis in ore sicut mel factus quia
ipsi de omnipotente domino sciunt
suaviter loqui qui hunc dedice
runt in cordis sui visceribus vera
citer amare In eius quippe o
re scriptura dulcis est cuius vite
viscera mandatis illius replentur
quia ei suavis est ad loquen
dum cui intimus impressa ad vive
dum fuit Nam sermo dulcedinem

non habet quam intra se per verba intra
conscienciam remordet. Unde necesse
est ut qui verbum dei loquitur
prius studeat qualiter vivat ut
post ex vita colligat quid et qua
liter dicat ad predicandum namque
plus consciencia sancti amoris edi
ficat quam exercitacio sermonis quia
amando celestia intus semetipsum
predicator legit quod persuadeat
ut despici debeant terrena. Qui
enim vitam suam intus pensat et
exemplo suo foris ammonendo
alios edificat quasi in cordis lin
gue calamum intinguit in eo quod ma
nu ubi proximis exterius scribit. Un
de mirabilis predicator cum mul
ta discipulis exortando dixisset
quia nulla intra semetipsum
de consciencia contradicentem
persensit securus adiunxit Si qua
virtus, si qua laus discipline
hec cogitate que et didicistis
et accepistis et audistis et vidi
stis in me hec agite et deus
pacis erit vobiscum. Sequitur
Et dixit ad me fili hominis
vade ad domum israhel et loqueris
verba mea ad eos. In eo quod dominus
prophete dicit loqueris verba mea
ad eos, quid aliud quam eius
ori sermonis moderamina imposuit
ne qui prius intus non audierit
foris dicere presumat. Iam prophete
falsi sua et non dei verba loqueba
ntur de quibus scriptum est Noli
te audire verba prophetarum qui prophe
tant vobis et decipiunt vos
visionem cordis sui loquuntur
non de ore domini. Et rursum

Non loquebar ad eos et ipsi pro
phetabant. Sequitur ex re quoque colligen
dum est quia et qui sequens ex
positor in explanacione sacri
eloquii ut fortasse auditoribus
placeat aliquid mendaciter com
ponit sua et non dei verba loquitur.
Si tamen placendi vel sedu
cendi studio menciatur. Nam
si in verbis dominicis virtutem
requirens ipse aliter quam ibi
per quam prolata sunt causam sub
intellectu alio edificacione ca
ritatis requirat, domini sunt verba
que narrat quia ad hoc so
lum deus loquitur ut nos ad
se et proximi amorem trahat.
Sequitur Non enim ad populum pro
fundi sermonis et ignote lingue
tu mitteris ad domum israhel
neque ad populos multos pro
fundi sermonis et ignote lin
gue quorum non possis au
dire sermones et si ad illos mit
teris ipsi audirent te domus
autem israhel nolunt audire
te quia nolunt audire me.
In ipso visionis exordio quo
propheta ad predicandum mittitur
aperte et vocacio gencium et israhe
litarum repulsio designatur.
Nam cum dicat Non ad populos
multos profundi sermonis et igno
te lingue mitteris quorum non pos
sis audire sermones atque statim
subditur Et si ad illos mittere
ris ipsi audirent te aperte declaratur
obediencia gencium que cunque
predicatorum voces esset sin tar

dulcedine sequitur. Et autem subditur
Domus autem Israel nolunt audi-
re te, quia nolunt audire me. Iu-
dee duricia designatur que verbum
predicantem et cognovit et sequi
noluit. Iohanni autem lingua gen-
tium ad obediendum moram non
fecit quamvis extranea ab eloquio
fuit. Cum autem dicitur Noluit
audire te quia noluit audire
me, hoc est quod scriptum est Qui
vos spernit me spernit. Causa est
cur non audiant subinfertur
cum dicitur: Omnis quippe domus
Israhel attrita fronte et duro
corde. Cum domus Israel attrita
fronte esse perhibetur, quid a-
lius sentiendum quam ut cogi-
tandum est nisi quod fronte cor-
dis in impudencia apperit. Et
culpa frequens ut quod crebrius com-
mittitur eo de illa committentis a-
nimus minus verecundetur at-
que ideo tantam cordis duriciam
quisque per errorem pervenit ut iam in
correpcione sensibilis non sit.
Anima qui usum peccandi indu-
it nullo modo compunctionis ver-
bum, id est manum palpantis, sen-
tit. Sicut iudee est crebrius de-
linquenti dicitur: Frons mulie-
ris meretricis facta est tibi, no-
luisti erubescere. Vel certe at-
trita frons est in huius mun-
di actibus assueta. Anima per-
sunt nonnulli qui quietem cunc-
tis mundi primatibus atque honoribus
preponunt, ita nonnulli ut in hoc
mundo aliquid esse videantur
terrenis laboribus insudant, in-
sistunt causis, primis student negoci-
is et quamvis se corpore defectos
labores fugiant amore tamen
terrenarum rerum devicti delectabi-
liter fatigantur. Quibus per prophetam
dicitur: Effraym vitula docta diligere
trituram. Vitula etenim in tritu-
rare assueta etiam si relaxatur
a labore sponte redit. Sic quibus-
dam pravis mentibus nichil est
laboriosius quam si eis precipitur
ut in mundi huius actibus non labo-
rent. Nam sepe quidam repulsi ab
actione repulsi deprecantur ut redeant,
rogant ut permaneant. Grave se man-
sisse periculum quietem putant. At
contra quo fronte sunt qui non solum
labores non fugiunt sed neque in spor-
tu in videri in laboribus quos sibi
negant erubescunt. Sequitur:
Ecce dedi faciem tuam valencio-
rem faciebus eorum et frontem tuam
duriorem frontibus eorum. Sicut vere-
cundia laudabilis est in malo ita
reprehensibilis est in bono. Erubes-
cere enim malum sapientie est, bonum enim
erubescere fatuitatis. Unde scriptum est:
Confusio adducens peccatum et est con-
fusio adducens gloriam. Qui enim e-
rubescat penitendo mala que fecit
ad vite libertatem pervenit. Qui
vero erubescat bona facere a statu rec-
titudinis cadit, ad dampnacionem
tendit. Sicut per redemptorem dicitur:
Qui me erubuerit et sermones
meos, hunc filius hominis erube-
scet cum venerit in maiestate sua.
Et sunt quidam qui bona iam in
mente concipiunt sed nec dum mala
aperte contradicunt. Hii nimirum quia
boni sunt in mente sed auctorita-
tem non habent in locutione ap-
ti ad veritatis defensionem non
sunt. Ille enim esse veritatis defen-
sor debet qui quod recte sentit loqui
nec metuit nec erubescat. Unde
michi in magno munere propheta per-
mittitur: Ecce dedi faciem tuam va-

lenaciorem faciebus eorum et fron
tem tuam duriorem frontibus eo
rum. Quid est autem peccator nisi vul
neratus, et quid predicator nisi
medicus. Si ergo non erubescit
peccator qui iacet in vulnere, cur e
rubescat medicus qui per medica
menta providet salutem. Sepe vero
contingit ut predicator reverenter
audiatur. Non numquam enim a pluri
bus ita despicitur ac si eis nichil
utilitatis loquatur. Unde recte di
citur: ut adamantem et ut sili
cem dedi faciem tuam. Adamas
et silex utrumque durum, sed unum ho
norum preciosum est, alterum vile. Ada
mas ad ornamentum sumitur,
silex ab incedentibus calcatur.
Et sepe contingit ut nos quos
correptione sua conspicimus mi
nus humiliter audire, ut etiam
demus eis aliqua dicere. Non num
quam vero evenit ut eos quos incre
patione sua videmus preponere
et despectum habere, trepidemus
eis predicationis verbum inferre. Sed
si recte sapimus, et ad eos quibus
nos honorari conspicimus et
ad eos quibus nos despici vi
demus, auctoritatem exhortatio
nis vel increpationis sumimus,
ut nec illorum humilitatem deb
eamus erubescere nec horum
superbiam formidare. Dicitur
ergo: dedi faciem tuam ut adama
ntem, id est si ab auditoribus honora
ris; dedi faciem tuam ut silicem,
si ab auditoribus conculcaris
atque despiceris, ut nec per illorum
honorem refrenatur lingua

ex verecundia, nec per despectum ta
ceat ex infirmitate. Sequitur: Ne
timeas eos neque metuas a
facie eorum, quia domus exaspe
rans est. Hoc iam supra dictum
est. Sed notandum quod aspera do
mus habetur cuius asperitas tan
cius replicatur. Quaerendum
itaque peccator est et magis timen
dus quia domus exasperans est. Ti
meri enim homo debuerat si ip
se auctorem omnium ut non timuisset.
Nam qui communis sensum ad timo
rem dei non habuit tanto in il
lo timendus est quanto hoc quod
debuit non est. Sequitur: Et dixit
ad me: Fili hominis omnes ser
mones meos quos loquor ad
te assume in corde tuo et auri
bus tuis audi et vade ingredere
ad transmigrationem populi tui filiorum.
Vigilanter intuendum est quod vo
ce domini ad prophetam dicitur ut prius
sermones eius audiat et postmo
dum loquatur. Audimus enim ver
ba dei si facimus et tunc ea pro
ximis recte loquimur cum prius ip
si fecerimus. Quod bene Marcus
evangelista confirmat, cum fac
tum domini miraculum narrat di
cens: Adducunt ei surdum et mu
tum et deprecabantur eum ut impo
nat illi manum. Cuius ordinem
curationis insinuat dicens: Mi
sit digitos suos in auriculas
expuensque tetigit linguam eius
et suspiciens in celum ingemu
it et ait illi: Effeta, quod est adaperi
re, et statim aperte sunt eius au
res et solutum est vinculum lingue

eius

eius et loquebatur recte. Quid est enim quod creator omnium deus cum surdum et mutum sanare voluisset in aures illius suos digitos misit et exspuens linguam eius tetigit. Quid per digitos redemptoris nisi dona sancti spiritus designantur. Unde cum in loco alio demonium eiecisset dixit: Si in digito dei eicio demonia profecto pervenit in vos regnum dei. Ex quo utroque loco colligitur quia digitus dei spiritus vocatur. Digitos ergo in auriculas mittere est per dona spiritus sancti mentem surdum ad obediendum aperire. Quid est vero quod exspuens linguam eius tangit. Saliva nobis est ex ore redemptoris accepta sapientia in eloquio divino. Saliva quippe ex capite defluit in ore. Ea ergo sapientia que ipse est dum lingua nostra tangitur mox ad predicationis verba formatur. Qui suspiciens in celum ingemuit non quod ipse necessarium gemitum habebat qui dabat quod postulabat. Sed nos ad eum gemere qui celo presidet docuit ut et aures nostre per dona spiritus aperiri et lingua per salivam oris id est per scientiam divine locutionis solvi debeat ad verba predicationis. Cui mox et effeta id est adaperire dicitur et statim aperte sunt aures eius et solutum vinculum lingwe eius. Qua in re notandum est quia propter clausas aures dictum est adaperire. Sed cui aures cordis ad obediendum aperte fuerint ex subsequenti procul dubio etiam lingwe eius vincula solvitur ut bona que ipse fecit etiam facienda aliis loquatur. Ubi et bene additur: et loquebatur recte. Ille enim recte loquitur qui prius obediendo fecerit que loquendo admonet esse facienda. Cum vero transmigrationem ipsi admonenda propheta mittitur non solum ea transmigratio debet intelligi que eis perficitur in corpore sed etiam que facta fuerat in mente. Ab Ierusalem quippe ad Babiloniam venerant. Et quia Ierusalem nisi visio pacis. Quid Babilonia nisi confusio vocatur. Quisquis enim a rectis operibus in perversis actibus cadit quasi a bono studio ad mala defluit quasi ab Ierusalem ad Babilonie captivitatem venit. Culmen enim bone contemplationis deseruit atque in transmigratione confusionis iacet. Quod illis sepe solet evenire qui cum bona agunt in his de sua virtute gloriantur. Unde psalmista ne a visione pacis id est a bonis actibus captivus ad Babiloniam emigraret domino supplicans dicit: Adiutor meus non emigrabo. Si enim ipse confideret a iustitie operibus cadendo migrasset. Sed neque hi qui ob statum rectitudinis in pravitate actionis ceciderunt desperandi sunt quia ecce propheta ad transmigrationem Babilonie mittitur. Et per prophetam alium dominus dicit: Venies usque ad Babilonem ibi liberaberis. Sepe enim quis postquam in confusione viciorum ceciderit erubescens mala que perpetravit ad penitentiam redit seque a suis lapsibus bene vivendo erigit. Quid ergo iste nisi usque ad Babilonem venit et ibi liberatus est cum postquam confusus recente perversa perpetravit hec ipsa perpetravit erubescens mala que fecerat seque

se erigit et bene operando ad statum
rectitudinis redit in babilone itaque
liberatus est qui per doctrinam gratie
ostenditur ea de confusione salua
tur. propheta ergo ad transmigraci
onem loquitur cum illos increpat qui
a statu rectitudinis ad errores vi
a transmigrando ceciderunt. Seq
tur Et loqueris ad eos dicens hec
dicit dominus deus si forte audiant
et quiescant. Cum tociens diuinis
vocibus difficultas audiendi re
peritur ut dicatur Si forte audi
ant quid aliud quam transmi
grati populi duricia designatur In
quibus verbis magna est nostre
consolacio. Cum si omnipotens de
us prophetam mittens a peruersis
ipso verba sua denunciat difficile
audiri cur nos miseri contris
tamur cum sepe a fratribus in nostra
admonicione contempnimur. Sic
crebro delinquentes alloquimur
frequenter increpamus sepe cum
eis blandis sermonibus agimus
et tamen si alter audit alter
audire contempnit. Aliquis ex parte
verbum exortacionis suscipit et
ex parte recipere recusat. ita ut cot
tidie impleri videamus. Hoc quod
per prophetam alium dominus narrat
quia fecerit iratus et dicat
pluam super ciuitatem unam et super
alteram non pluam. pars una com
pluta est et pars que compluta
est non aruit. Cum enim sancte exor
tacionis verba alia mens suscipit
alia suscipere recusat. super vnam
ciuitatem deus pluit et super aliam
non pluit. Cum vero et ipse qui precepta
audit ab aliis se vicíis corrigit
atque ab aliis emendare contempnit.

vna eademque ciuitas ex parte com
pluitur et ex parte arida remanet
in qua a se per predicacionis pluuiam
repellit. Sunt etenim quidam qui ex
ortacionis verba omnino non audiunt
hii peruersius suscipere pluuiam nolunt.
Et sunt quidam qui audiunt sed
tamen hanc medullitus non se
quuntur quia alia a se vicia re
secant sed in aliis grauiter perdurant.
Sepe enim quosdam videmus qui a
per predicacionis verbum a semetip
sis auaricie estum repellunt et
non solum iam aliena non rapi
unt sed et propria indigentibus lar
giuntur nec tamen ire stimulos e
domant nec paciencie modera
mina per mentis tranquillitatem
seruant et sepe ad exhortacio
nis verbum in semetipsis iam
carnis immundiciam vincunt cor
pus in castitate custodiunt nec
tamen adhuc animum sicut de
bent primus inclinant sed per e
rorem superbie in cogitacione se
eleuant. In istis pars vna conplu
ta est quia fructum fecit et pars
que compluta non est aruit
quia exhortacionis verbum non
plene suscipiens a bono opere
sterilis remansit. Sequitur et assu
psit me spiritus et audiui post me
vocem commocionis magne Be
nedicta gloria domini de loco suo
quid est hoc quod propheta postquam
ad transmigracionem filiorum
israel mittitur vocem post se commo
cionis magne audit dicentem
Benedicta gloria domini de loco su
o conuersus quippe ad peccatores
babilonie fuerat et vocem glorie

domini de loco suo. post tergum audi
ebat locus eternus dei ierusalem i. visi
o pacis est. etiam nimirum illa cor
da videntur ea que dei sunt que
ad transmigrationem babilonie
hoc est ad confusionis vitia non
descendunt. Ibi enim inhabitat
deus ubi vera pax quietis inter
ne contemplationis gloria cani
tur. Nam qui ad perversitatem de
fluunt locus dei esse contempsit.
locus ergo glorie dei est vel sanc
ta queque anima vel unusquisque
in celestibus permanens ange
licis spiritus et gloria domini de loco
suo benedicitur. Cum vel ab electis
hominibus vel a sanctis angelis
auctori omnium laus etiam continua
tur. Unde ergo quod iusti de convertem
dis peccatoribus cogitant quia eo
rum vitam considerando ad carna
les actus oculos ducunt quasi
ad babiloniam tendunt. Cum vero
pro statu sue rectitudinis quia in lau
de dei bona sanctorum considerant
inquantum despiciunt quibus per cogitati
onem alio intendunt quasi post
se vocem glorie domini ab ieru
salem i. de loco suo audiunt. Sed
cur istis immoramur quia hec pro
phete verba largiente domino per sensum
alterum et subtilius intelligere et
apertius dicere valemus. Ait enim et
assumpsit me spiritus predicatorem
spiritus assumit cum eius mentem
in amore dei omnipotentis elevat
atque eius iam desideriis alienam
reddit ut nichil ei agere libeat
nisi ea quibus lucra spiritualia
congreget et ad regna celestia
cottidiam sui operis fructum porta
verit et nobis predicatoribus opa

mini non cibum qui perit sed qui per
manet in vitam eternam. bene aut
subditur. Et audivi vocem commotionis
magne. propheta sancto spiritu repletus
quasi transacta narrat quia et
in predestinatione iam facta est et
adhuc in opere sequitur cum in nar
ratione veteri quod presentiam dicatur
cum fecit que futura sunt. Quid
est ergo quod post se propheta audivit
commotionis magne nisi quod post
sermonem predicationis qui fit ad cor
da peccantium sequitur perversi cete
ri quique cum prava agunt et a
[illegible] ita non audiunt nesciunt quam
sunt gravia que committunt atque
ex ipsa sua ignorantia in suo su
pore securi sunt et iacentes in cul
pis quasi molliter quiescunt. Un
de quoque per david et sancto popu
lo dicitur. Requievit in sceleribus suis
quia securius iacent in peccatis. Cum
ergo audiunt perversi verbum predicatio
nis aperiunt que sint supplicia e
terna cognoscunt qui terror supplicii
iudicii quam subtilis examinatio
de singulis quibusque pec[illegible]
[illegible]. Implentur gemitibus
et non se capientibus suspiriis anxi
antur atque magno pavore concussi
in luctu et fletibus erumpunt. Post
propheta ergo magne commotionis sequi
tur quia post verbum predicationis con
versorum atque penitentium luctus
audiunt cum enim prius iacebant in
voluptate tacti postmodum in animo me
diante cum dolore redeunt ad salu
tem. De hac commotione penitentium
per prophetam alium dicitur. Pedes eius ste
terunt et mota est terra. Cum enim vi
tatis vestigia in mente audientium
figuntur ipsa mens in sua considera
tione turbata commovetur. Hinc psalmista

misericordia pro peccatoribus exorat dicens
Qui sedes super cherubin moveatur
terra. Hinc propheta afflictis et penitenti-
bus describens ait: Commovisti terram
et conturbasti eam; sana contritiones eius quia commota
est. Terra quippe commota est et con-
turbata peccator de cogitatione reatus
sui anxius et ad presentia lamenta pro-
ductus. Peccanti homini dictum est:
Terra es et in terram ibis. Exoret ergo
ut sanetur contritio terre quia mo-
ta est, quatenus peccator qui de cul-
pis suis affligitur de celestis mise-
ricordie gaudio consoletur. Hec est
itaque vox misericordie magne commoti-
onis quando unusquisque sua ac-
ta diiudicans in afflictione peni-
tentie perturbatur. Sed quid vox ipsa
dicat audiamus: Benedicta gloria
domini de loco suo. Locus enim maligni
spiritus fuerant corda peccantium.
Sed cum semetipsis irati per penitentiam
redeunt ad laudem glorie domini loca
eius fiunt. Iam enim se contra se eri-
gunt. Iam presentibus luctibus insequun-
tur mala que commiserunt. Inde ergo
auditur benedictio glorie in laude
dei unde prius sonabat creatoris in-
iuria de amore presentis seculi. Et
corda penitentium fiunt ei domino
locus suus que prius in peccatis
posita fuerant locus alienus. Ip-
si autem qui a peccatis suis ad deum
convertuntur non solum delent la-
crimis prava que fecerunt sed etiam
maioribus operibus ad alta proficiunt
ut sancta animalia dei omnipoten-
tis fiant, ut signis et virtutibus
ad alta evolent, ut terrenum fun-
ditus deserant et accepto sono
sese ad celestia per desiderium suspen-
dant. De quibus adhuc subditur:
Et vocem alarum animalium percuti-
entium alteram ad alteram. Audit propheta se

propheta vocem commotionis magne
quia sicut dictum est ipsa prophetia
ad luctus penitentium. Sequitur:
Audiit post se vocem alarum anima-
lium, quia ex ipso luctu penitentie
nascuntur virtutes sanctorum, ut tanto
magis in sancta actione proficiant
quanto se ante cogitatione inter ne-
quiter egisse meminerunt. Sed est
in hiis verbis magna dubitatio,
quia non aperte per prophetam dicatur
utrum unumquodque animal alas suas
in semetipsis percutiat an certe
eadem hec sancta animalia alis suis
se vicissim feriant, ut ala huius
alterum et ala alterius istud animal
tangat. Sed quia plerumque in sa-
cro eloquio ideo aliquid obscure di-
citur ut dispensatur mirabiliter idem mul-
tipliciter exponatur, nos utrumque
utrumque exponere largiente deo
debemus. Sepe iam alas animalium
virtutes diximus esse sanctorum. Ergo
go unumquodque animal alas suas
excutiens alteram ad alteram per-
cutiat, nisi quod aperte datur intelli-
gi quia per sancta animalia efficiatur
virtus in nobis virtute excitatur
dum una alteram ad perfectionem
pulsat. Certe etenim quis habet
iam verbi dei scientiam, discit ut vite
ita etiam misericordie habeat. Praesciam
quippe verbi dei didicerat dare elemo-
sinam. Certe omnia munda sunt vo-
bis. Atque iam esse ceperit miseri-
cors in elemosinis, verba sancte au-
ctoritatis legit et quicquid in eis di-
vina operimus per experimentum in-
telligit. Ubi enim scriptum est par-
ticeps pauperum, quod fortasse ante ca-
legebat et preteribat. Sed cum in eius
corde iam cepit misericordia mutari

natura cuius est panem esse
pauperum quod fortasse antequam lege
bat et predicabat legit et recognos
cit quia intra se redeuns in se
metipso intelligit quod foris audierat
Aliud namque est elemosinam ex
precepto facere aliud ex caritate
Ex precepto enim facere bonum inchoa
tium est ex caritate autem bonum
perfectorum qui non solum quia iubetur
faciunt sed etiam diligunt facere
quod iubetur hinc est enim quod magna
virtute per psalmistam dicitur
Vide quia mandata tua dilexi
domine in tua misericordia vivifica me
Mandata etenim dei per visione fa
cere timentis et obedientis est
diligendo autem facere obedien
tis et amantis quia ergo et per
conscientiam caritatis misericor
die discitur et per caritatem mise
ricordie in corde per punctio scien
cia multiplicatur alia in nobis alia
parit quia virtus virtutem exci
tat Sic qui castitatis bonum
in suo corpore custodit contra
luxuriantes zelo accenditur ut
ab inmundicie maculis expie
tur Et sepe dum quosdam in lap
sibus invenit corrigat affligit
atque ad castitatis mundiciam restrin
git Cuius si forte mens de im
mundicie luxurie fuerit temptata ex
ipso zelo quo alios correxit se
metipsam convenit et arguens
ac inmunda cogitare que se in
aliis recolit correxisse In hoc
ergo alia aliam parit dum virtus
virtute pulsat et ab inmundi
cia custodit Sunt vero ut prefati su
mus vicissim se alis suis anima
lia feriunt et altera ad alteram

alia parit singulorum huiusque
descriptionis latitudine duo sensus
patet Cuius est ergo quod hec penna
ta animalia vicissim alas altera
ad alteram feriunt nisi quod omnes
sancti semetipsos suis virtuti
bus tangunt et sese ad profectum
excitant ex consideratione virtu
tis aliene Ne enim unicuique dantur omnia
ne in superbiam elatus cadat Sed
huic datur quod tibi non datur et
tibi datur quod illi denegatur ut
dum iste considerat bonum quod ha
bes et non habet te sibi in cogi
tacione preferat Et rursum dum tu
habere illum conspicis quod ipse non
habes te illi in tua cogitatione
preferat postponas et fiet quod scrip
tum est superiores sibi invicem ar
bitrantes Ut enim pauca ex multis
loquar Iste mire abstinencie
virtutis tribuitur et tamen verbum sci
encie non habet Illi datur verbum sci
encie et tamen virtutem per
fecte abstinencie apprehendere cona
tur et non valet hinc libertas
vocis tribuitur ut oppressis quibusque
protectionis solacia impendens ad
defensionem iusticie libere loquatur
Sed tamen adhuc multa in hoc
mundo possidens relinquere omnia
volet et non valet Illi vero iam da
tum est omnia terrena relinquere
ut nichil in hoc mundo appetat ha
bere Sed tamen adhuc auctoritate
vocis contra peccantes quosque u
ti presumit exercere Et qui se plus
loqui libere debuit quia iam non
habet unde in hoc mundo teneatur
loqui contra alios libere trepidat
ne ipsam vite sue quietem perdat
Isti virtus prophetie data est mul-

ta iam que ventura sunt. prius dz
Sed tamen prius proximi egritudinem
conspiciens atque compaciens non va
let curare cui illi data est curationis
gratia atque corpore proximi molestia
que in proximi est orationibus repellit
Sed tamen quis proprio paulo post
sequatur ignorat. Mira itaque dis
pensacione omnipotens deus sic
in electis suis sua dona dispensat
ut et isti det quod illi denegat et
alteri maius quod alteri minus tri
buat. Quatenus dum doctor ipse ha
bere illum conspicit quod ipse non
habet vel ille hunc maius acce
pisse considerat quod sibi minus
adesse pensat dona dei alter in al
tero in vicissim omnes ammiren
tur atque ex hac ipsa ammiracione
humilientur alter alteri et quem vi
det habere quod non habet ei di
vino iudicio sibi preferat. Alis er
go suis vicissim se animalia fe
riunt cum sancte mentes al
ternis se virtutibus tangunt
et tangendo excitant atque ex
citata ad profectum volant. Vide
amus paulum quomodo apostolorum alis
tactus atque ad profectum excitatus
fuerat qui mala perpetrate persecucio
nis sue et apostolorum innocentie
meritum considerans dicebat. Ego
enim sum minimus apostolorum qui non
sum dignus vocari apostolus quia
persecutus sum ecclesiam dei. Consi
derat quippe apostolorum innocen
ciam et post precedentem malici
am nullus in eius oculis facta
est omnis quam exhibebat in ec
clesia sollicitudo sua. Et quamvis
tot ex accepto intellectu precede

ret non attendit. Cuncta illorum
innocenciam pensans persecutorem
aliquando fuisse se doluit. Sed videa
mus si quis ex apostolis eum qui
paulo datus est intellectum mira
tur. Ipse nobis apostolorum primus re
quirendus est qui discipulos
ammonens ait. Sicut et carissi
mus frater noster paulus secun
dum sibi sapienciam scripsit nobis
sicut et in omnibus epistolis loquens
in eis de hiis in quibus sunt que
dam difficilia intellectu que in
docti et instabiles depravant
miratur itaque in apostolis omnibus
paulus innocenciam. miratur a
postolorum primus in paulo sapie
nciam. Alis ergo se tangunt qui in
se se vicissim ad profectum excitati
vi volant. Hoc itaque omnipotens
deus agit in cordibus hominum
quod facit in regionibus terrarum.
Poterat namque unicuique regioni
fructus omnes tribuere. Sed si una
quelibet regio aliarum regionis
fructibus non indigeret communi
onem cum altera non habuis
set. Unde fit ut huic vini alii ol
habundanciam tribuat. huic mul
titudinem pecudum. Illa vero uber
tate habundare faciat frugum
ut et illa deferat quod ista non habet
et ista reddit quod illa non retulit
et communione gracie sibi simul
divise terre iuncte sunt. Sicut er
go regiones terrarum ita sunt
mentes sanctorum que dum vicis
sim sibi conferunt quod acceperunt
quasi fructus suos regiones re
gionibus impendunt ut in u
na omnes caritate iungantur. Sed

inter hec sciendum est q sicut
qui sicut elati quique hoc semp
in aliis attendunt. q ab ipis me
lius acceperint. quam ipi ut
eos sibi in cogitacione pferant.
seq illis in humilitate subster
nant. ita reproborum mens nu
quam considerat quid alter
boni amp. quam ipa. Sed quid
boni ipa amp. quam alter hab
at. Neq eciam pensant que bona
spus alter accepit et ipis de
sint. Et que bona ipi et que
mala assunt alteri. et aut omni
potens deus ad hoc virtutes
singulis dividat. ut alterum
alteri in cogitacione humiliet
Ad hec reprobi pretermittunt bonum
q acceperunt. ut ex eo in elaci
one pdantur. dum semp consi
derant bona. que ipi habent
et illi non habent. et inquantum
ppendere student quanta bona a
lii habeant. q ergo divina pietas
in augmento disponit humi
litates hoc mentes reprobe hoc
vertunt in augmento elacio
nis. et ex diversitate munerum
a bono deficiunt in crescere in
humilitatis bono debuerunt. pr
hoc ergo necesse est fres karissimi ut
in nobis hoc semper debeatis
aspicere q minus habetis. In alii
nis vero hoc q nos amp acce
perunt. Conatimus dum super
nosmetipsos eos p bono q ipi
habent et nos non habens as
piratis ad hoc quoq obtinendum
etiam vos ex humilitate crescatis
Si enim et vos nullis accepta bo
na prendite quia illa in nobis
considerat dona qua habere

vicissim nos aliis tangitis. ut ex
citati semp ad celestia voletis. Se
quitur. Et vocem sequencium rota
rum alarum. et vocem commocionis mag
ne. Cum rotis sacri eloquii testa
menta signari supius diximus
vox igitur rotarum est sermo testamen
torum. Post vocem itaq alarum
animalium auditur vox rotarum
quia predicacionum sermone suscepto
dum virtutes sanctorum ad altio
ra agenda evolant. (Seq ipsam
ad pfectum pulsant. Sancte eccle
sie status erigitur. ut p universum mu
ndum sacrarum testamentorum pa
gine legantur. Ubique etenim sanctum
ewangelium ubique aplorum dicta. ubique
lex et prophete resonat. post alarum
ergo vocem vox rotarum sequitur
Quia post sanctorum miracula verba
sacri eloquii iuxta sanctam ecclesiam
liberius et libenter audiuntur. Ex ro
te animalia sequuntur quia sicut
supius dictum est p quam in ho
nore venit vita sanctorum veneran
da quoq apparuerunt hominibus
eloquia testamentorum. Vel certe
rote animalia sequuntur quia in sto
rum patrum vita cognoscimus quid
in sacre scripture volumine intelligere
debeamus. Monumentum quippe nobis aucto
ritatis hoc quod in suis predicacionibus
pagina testamentorum dicit. Se
quendum nobis est. aut p quam
supius dictum est audivi post me
vocem commocionis magne. post
vocem alarum atque rotarum subditur
et vocem commocionis magne cui
si diligenter aspiratur inveniri potest
quia non ociose repetitur. Due quip
pe sunt commociones quibus corda

ma commovetur. Una quippe con
motio est ex timore, altera ex ca
ritate; una fit ex luctu peniten
cie, alia ex fervore amancium.
Post predicacionis ergo verbum prima
commocio est cum plangimus mala
que fecimus. Post vocem vero alarum
et rotarum secunda commocio est cum
magnis fletibus querimus celes
tia bona que audimus. Ecce enim
quia intra sanctam ecclesiam de mul
tis patribus conditum exempla cogno
scimus quasi alarum sonitum coti
die audimus. Quia ubique sacra
eloquia personat quasi rotarum
vocibus excitamur. Et quia per
eadem sacra eloquia quia ad
amorem nostre condicionis attendi
mur magni fervoris ignibus
ardentes esse nos longe adhuc
ab omnipotentis dei facie plan
gimus. Post primam ergo vocem commo
cionis magne ad extremum quoque
vox magne commocionis fit quia
qui cognoscendo deum cepimus
peccata plangere iam diligendo quam
cognoscimus non cessamus eum
cum fletibus desiderare. Post to
tarum itaque vocem vox magne
devocionis sequitur quia cum testi
menta dei in aure cordis sonare
ceperint audiencium spiritus ex amo
re compunctus ad lamenta com
movetur. Hinc est enim quod sepe tale
sacre verba fiunt in corde legenci
um sapida. Hinc est quod ab ama
tibus plerumque in plenacio quasi
furtive et tacite leguntur. Per prophe
tam quoque alium dicitur: Comedisti in a
lienacione capita potencium. Mo
vebuntur in ea gentes ad capiant
ora sua sicut pauper edens in oc

to. Omnipotens enim deus in
alienacione capita potencium
perdidit quia iudeorum potenciam
superbiam a semetipso alienando
repulit. In qua alienacione
gentes mote sunt, quia dum iu
dei a fide ceciderunt ad cogni
cionem fidei corda gentilium
cucurrerunt. Tunc videlicet gen
tes in sacre lectionis pabulo os
cordis aperiunt et occulto sic
pauper comedit quia cum festina
cione et plenacio verba vite legen
tes suscipiunt. Sed sciendum est quod
quanto auditores in caritate ac
quoque intellectu proficiunt tanto sanctis
predicatoribus maior gracia spiritus
datur. Unde cum prius propheta dixis
set: assumpsit me spiritus et au
divi post me vocem commocionis
magne. Post vocem commocionis
magne alarum atque rotarum ac
iterum commocionis magne illi
co subiungit: Spiritus quoque eleva
vit me et assumpsit me. Cur
qui se assumptum narrat? Quod
ad altiora mens predicancium pro
ficit cum per eos sensus audien
cium ad omnipotentis dei desideri
um commovetur. Tunc videlicet pre
dicatores sancti ideo proficiunt ut
per eorum ministerium dona gracie
in sancta ecclesia multiplicentur. Si
cut de hac eadem ecclesia scriptum est:
Rivos eius inebrians multipli
cans generaciones eius in stilli
cidiis suis letabitur germinans
cum exoriretur. Rivi quippe ecclesie
sancti predicatores sunt qui terram
nostri cordis infundunt. Et cum
inebriantur rivi generaciones
ecclesie multiplicantur quia cum

vberiorem gratiam spiritus predicatores
accipiunt fidelium mentibus augetur et
sed etiam in suis stillicidiis letatur.
In stillicidio etenim aqua de tec
to in terram cadit que de celo tec
decidit in tecto. Tecta uero ecclesie
sancti predicatores sunt qui terram
mentis cordis infundunt. Sed ac incre
mentis eorum generationes etiam mul
tiplicantur: nos intendendo et a
monitionibus muniendo protegunt.
Sed quia illorum cor diuinus in pre
dicatione infundit quasi aqua
de celo uenit in tectum. Quia uero
nos eorum verbis irrigant quasi a
qua de tecto defluit in terram. Sed a
liaque etiam dum exonerantur in stilli
cidiis suis letabitur. quia cum in se
de bonis operibus nascitur ea que ac
cepit dona considerat et in uer
bis predicationis exultat. Quia ergo
auditoribus ad meliora surgen
tibus eorum quoque predicatoribus gra
tia multiplicatur propheta dicit Spi
ritus quoque eleuauit me et assump
sit me. Inde enim predicator magis
ac magis eleuatur et assumitur
unde auditor ad meliorem vitam
mutatur. Sed querendum nobis est
cum spiritus mentem non eleuet nisi
assumpserit cur prius eleuauit et
postmodum dicitur assumpsit. Sed
hoc loco assumpsit dictum est quod
constanter tenuit. Nam sunt nonnul
li quos eleuat spiritus sed non assu
mit quorum et intellectus ad spiri
tualia euocat et tamen uita in factis
carnalibus remanens intellec
tui non concordat. Balaam namque
quia per prophecie spiritum eleuatus erat
sed assumptus non erat cum et
Israel potuit longe post futura
prospicere et tamen a terrenis mentem
noluit separare. Sed quia propheta
spiritus scientia eleuatus est et in

ta pariter assumptus iam qualis in pre
dicatione pergat audiamus: Et abii
amarus in indignatione spiritus
mei. Pensate fratres karissimi ubi can
na spiritus sancti arserunt cur a
marus abibat. An omne cor quod
isdem spiritus assumit amarum et in
dignatione sui spiritus facit. Unde
sciendum est quia adhuc prius vita
dulcis est etiam si verbum dei loqui
videatur eleuatus et assumptus predi
cator non est. Quem enim quasi sibi
spiritus replet in amaritudine tempo
ralium delectatione eorum commouet.
Dulce enim est esse in rebus huma
nis. Sed ei qui adhuc de celestibus
gaudia nulla gustauit. Quia quan
to minus etiam intelligit tanto
delectabilius in temporalibus requi
escit. At si quis iam cordis ore
gustauit que sit illa dulcedo ce
lestium premiorum que illi nimirum di
ci angelorum chori que incompre
hensibilis visio sancte trinitatis. tunc
quanto illud dulce sit quod intus
videt tanto in amaritudine uer
titur quod foris sustinet. Arguitur se
cum de hiis que male se egisse re
colit et premit ipsi displicet. Cum
ei illi placere iam ceperit quod ora
cratuit reprehendit se de cogitatio
nibus insequitur de verbis et pu
niendo de factis. Supernis inhiat
terrena iam omnia per mentis despec
tum calcat et quantum diu illud quod
desiderat adhuc per spem non ha
bet flere dulce habere sese quod con
tinuis lamentis affligere et quod
hec dum se esse in pena ad quam
creatus est uidet in huius uite exi
lio nil ei plus aliud quam sua
amaritudo placet. Dedignatur et
enim subiacere temporalibus et arden
ter suspirat eternis. Unde recte etiam
per Salomonem dicitur eo quod in mul

ta sapiencia multa sit indignacio
et qui apposuit scienciam apposuit
dolorem. Celestia etenim cognoscen
tes terrenis animum subdere dedigna
mur et dum plus sape incipimus
de hiis que male egimus nobis
ipsis irascimur et fit in multa
sapiencia multa indignacio. quia quan
to plus proficimus in cognicione
tanto nobis indignamur amplius
de pristino opere atque ad scientiam dolor
crescat quia quanto magis etiam
cognoscimus tanto magis esse
nos in huius exilii miseria dole
mus. vel sicut translacione alia
dicitur. et qui addit scienciam ad
dit dolorem. Quo enim plus inci
pimus que sunt celestia gaudi
a, eos magis ut errorum nostrorum
laqueos possimus evadere flen
do laboramus. In multa ergo sa
piencia multa est indignacio quia
si etiam iam sapimus concupiscere
temporalia dedignamur. Si eter
na iam sapimus nosmetipsos
despicamus egisse quod nos potuit
ab eternitatis amore separare. repre
hendit semetipsam conscientia
accusat quod egit. dampnat per pe
nitenciam quod accusat. fit ira in ani
mo proficiens pacem cum deo. Si
cut iniquus rex a propheta repre
hensus cum contra se divinam con
tra sentenciam audisset pertimuisset et
magno merore depressus est ita
ut prophete suo dominus diceret
Nonne vidisti humiliatum Achab
coram me. Quia igitur humilia
tus est mei non inducam malum
in diebus eius. In quibus dominicis
verbis pensandum est quod ei in e
lectis eius meror amaritudinis
placet qui invite timent deum

#haab

Si sic ei et in reprobo penitencia pla
cuit qui timebat pro de presenti secu
lum. aut quod ei gratum sit sponta
nea afflictio pro culpis meis qui
placent. Si hec ad tempus placu
it et in eis qui displicebant. Sci
endum quia nullus hec pro amo
re omnipotentis domini ex toto cor
de agere prevalet nisi eius animum a
nimum spiritus sanctus assumpserit.
Nam quando homo ex sua vir
tute sufficiat terrena despicere
celestia amare pacem cum deo que
re. semet iratum subire in cogita
cione semetipsum reprehendere et ge
mitibus punire. nullus hoc agere
nisi quem divina gratia roborave
rit valet. Unde et subditur. Ma
nus enim domini erat mecum con
fortans me. ad bona quippe sur
gere per nos non possumus nisi nos
spiritus et preveniendo elevet et
subsequendo confortet. Sed sci
endum est cum superius de vo
lumine quod acceperat scriptum sit
Et factum in os meum sicut mel dul
ce. quia hic postmodum dicitur
Abii amarus in indignacione
spiritus mei. Amarum quippe valde
est si dulcedo simul et amari
tudo conveniat. Sed iuxta su
periorem sensum sciendum est quia
cum sermo dei in ore cordis dulcis
esse cepit huius procul dubio contra
semetipsum animus amarescat. Qui
enim in illo subtiliter discit qualiter
se reprehendere debeat eo se durius
per amaritudinem penitencie castigat
quia tanto sibi magis displicet
quanto in sacra voluntate amplius
de omnipotente deo videt quod amat.
Sed quia ad ista perficienda sua virtute
non valet homo. recte mox dicitur

Manus eius domini erat mecum con-
fortans me. Manus ergo domini
in sacro eloquio aliquando etiam
unigenitus filius appellatur qui
a omnia per ipsum facta sunt. Et de
cuius ascensione per Moysen pater
omnipotens loquitur dicens Tollam
in celum manum meam. Hec manus
que electorum suorum corda confortet
discipulis dicebat Sine me nichil
potestis facere. In omne ergo quod cogita-
mus in omne quod agimus semper
orandum est ut in ipso aspirante
cogitemus et ipso adiuvante faci-
amus cum vivit et regnat cum
patre in unitate spiritus sancti deus per
omnia secula seculorum Amen.
Explicit omelia decima incipit xi.
Inter cetera prophetie miracula
hoc quoque miraculum habet
liber prophetarum quod sicut in eis
verbis res ita insigna non verba
rebus exponit ut eorum non so-
lum dicta sed etiam res geste prophe-
cie sint. Unde mox dicitur Et veni
ad transmigrationem ad acervum
novarum frugum ad eos qui ha-
bitabant iuxta flumen Chobar.
Cum causa exigeret ut indicare
debuisset quia ad transmigra-
tionem venerit que dicendi ne-
cessitas fuit ut per fruges locum
quoque exprimeret dicens ad acer-
vum novarum frugum nisi quod sem-
per per res et loca cause signantur.
Multa quippe Ezechiele prophetante
iam captivitatis anni defluxerant
et ex hiis qui in captivitatem du-
cti fuerunt plures iam in morte
carnis obierant ad quorum filios
loqui propheta veniebat. Unde et
ei superius dicitur fili hominis mit-
to ego ad te ad filios Israel ad gen-
tes apostatrices que recesserunt
a me. patres eorum prevaricati sunt
pactum meum usque ad diem hanc
et filii dura cervice et indomabili
corde sunt ad quos ego mitto te.
Sed quia multi fuerant creditu-
ri atque per obedienciam ad fertilitatem
boni operis perventuri acervus fru-
gum vocantur. Quia enim bone mentes
fruges appellantur dei propheta testa-
tur dicens Sanctus Israel domino pri-
micie frugum eius. Fruges erant
domini et iam converse ad fidem gen-
tes postmodum facte sunt. Sed
quia prius Israhel domino credidit
recte hunc propheta frugum eius pri-
micias appellavit. Quia ergo pro-
pheta missus non priori populo
sed filiis eiusdem populi verba tu-
lit ad acervum frugum novarum venit.
Quid vero per Chobar fluvium desig-
netur supra iam diximus que
nequaquam modo repetimus ne re-
petendo fastidium generemus. Se-
quitur Et sedi ibi ubi illi sedebant
et mansi ibi septem diebus me-
rens in medio eorum. Flentibus
captivo populo propheta sanctus
quanta compassione se copulat
eorum que se merori[illegible] consede-
do et merendo coniungit. Quia
radix vita est virtus operis et il-
le sermo ab audiente se libenter
accipit qui a predicante cum compas-
sione animi profertur. Sic ferrum
ad ferrum coniungitur liquatur prius
ut postmodum crassum a se ipso
teneatur. Si enim prius minime mole-
scit postmodum teneri fortiter non
sufficiat. Sic propheta captivo populo
consedit et merens in medio eo-
rum extitit ut dum per caritatis
gratiam condescendendo se ei mol-
liorem redderet eam statim per ver-
bi fortitudinem teneret. Sed vel
Israheliticus populus qui domus
exasperans vocatur quia [illegible]

nec inter flagella cognovit. Si nullo
merore animus depressus prophetam in-
ter gaudentes merens sedere studu-
it ut tacendo ostenderet quid loquen-
do veniret docere. et plus quam
verba siccatus in hoc quod merens tacu-
it formam verborum sumpsit. Sequitur.
Cum autem pertransissent septem dies
factum est verbum domini ad me di-
cens. In eo quod septem diebus me-
rens sedit et post diem septimum
verba dominice iussionis accepit
ut loqui debuisset aperte indicat
quia eisdem diebus merens ta-
cuerat. Missus autem ad predican-
dum fuerat et tamen septem die-
bus sedens tacebat. Quid est
hoc quod nobis propheta suus in hoc
suo silencio innuit nisi quia il-
le loqui veraciter novit qui prius
bene tacere didicerit. Quasi enim
quoddam nutrimentum verbi est censu-
ra silencii. et iure per excrescentem quo-
dam sermonem accepit qui ordi-
nate antea per humilitatem tacet.
Hinc enim per salomonem dicitur. Tem-
pus tacendi et tempus loquendi.
Non enim ait. tempus loquendi
et tempus tacendi. Sed prius tacen-
di premittit tempus et postmodum
subdit loquendi. Quia non loquen-
di tacere sed tacendo debemus loquen-
di discere. Si igitur propheta suus qui missus
ad loquendum fuerat diu prius
tacuit ut postmodum recte loqueretur.
Pensandum nobis est quanta ei cul-
pa sit non tacere quam nulla co-
git necessitas loqui. Sequitur. Fili ho-
minis speculatorem dedi te domui
israhel. Notandum quod cum quem do-
minus ad predicandum mittit spe-
culatorem esse denunciat. Cui enim
cura aliena committitur speculator

vocatur. ut in mentis altitudine
sedeat. ac vocabulo nominis ex
virtute actionis trahat. Non est
enim speculator qui in ymo est.
Speculator quippe semper in al-
titudine stat. ut quicquid venturum
est longe prospiciat. et quisquis
populi speculator ponitur in alto de-
bet stare per vitam ut possit pro-
desse per providenciam. Hinc propheta
alium speculatorem ammonet di-
cens. Super montem excelsum ascen-
de tu qui ewangelizas syon. ut
videlicet qui predicacionis locum
suscipit ad altitudinem ascendat
bone actionis. ad excelsum transe-
at et eorum qui sibi commissi sunt
opera transcendat. Tantumque subie-
ctorum vitam sublimius videat quan-
to et terrenis rebus. quas despi-
ciat animum non supponit. Quam
dura michi sunt ista que loquor.
Quia memetipsum loquendo fe-
rio. Cuius neque lingwa ut dignum
est predicacionem tenet. neque in
quantum tenet sufficit vita sequi-
tur lingwam. Qui ociosis verbis
sepe implicor et ab exhortacio-
ne atque edificacione proximorum
torpens et negligens cesso. qui
in conspectu dei sum factus mu-
tus et verbosus. id est mutus in ne-
cessariis verbosus in ociosis. Sed
ecce sermo dei de speculatoris
cura compellit ut loquar. tacere
non possum. et tamen loquendo
me ferire pertimesco. Dicam. di-
cam et verbi dei gladius. etiam
per memetipsum ad configendum cor
proximi transeat. dicam dicam. ut etiam
contra me sermo dei sonat
per me. Ego me reum esse non abne-

abnego corporis meum atque ne-
gligentiam video Erit fortasse apud
pium iudicem impetratio venie
ipsa cognitio culpe et quidem in mo-
nasterio positus valebam et ab ocio-
sis linguam restringere et in inten-
tione orationis pene continue mentem
tenere At postquam cordis humeris
sarcinam pastoralem subposui colligere
ad semetipsum assidue non potest
animus qui ad multa partitur
Cogor namque modo ecclesiarum modo
monasteriorum causas discutere sepe
singulorum vitas actusque pensare
modo quidem civium negotia sustinere
modo de irruentibus barbarorum
gladiis gemere et commisso gregi
insidiantes lupos timere modo
rerum curas assumere ne desint
subsidia eis ipsis quibus disciplina-
ne regula tenet modo raptores
quosdam equanimiter perpeti
modo eis sub studio caritatis
obviare Cum itaque ad tot
et tanta cogitanda scissa ac dila-
niata mens ducatur quando ad
semetipsam redeat ut totam se in
predicatione colligat et a proferendi
verbi ministerio non recedat Cum a-
necessitate loci viris secularibus in-
gero Non unquam michi lingue dis-
ciplinam relaxo Nam si in assi-
duo censure mee vigore me te-
neo scio quia ab infirmioribus
fugio eosque ad hoc quod appeto nun-
quam traho Unde fit ut eorum sepe et
ociosa patienter audiam Sed quia
ipse quoque infirmus sum in ocio-
sis sermonibus paulisper tractus
libenter iam ea loqui incipio que
audire ceperam invitus et ubi tede-
bat cadere libet iacere Quis ergo
ego vel qualis speculator sum

qui non in monte operis sto sed adhuc
in valle infirmitatis iaceo Poten-
tis est humani generis creator et
redemptor indigno michi et vite
altitudinem et lingue efficaciam do-
nare quia per eius amorem in eius eloquio
nec michi parco Esse esse specula-
toris vita et alta debet semper et cir-
cumspecta Ne enim terrenarum rerum
amori succumbat alta sit Ne ab oc-
cultis hostis iaculis feriatur ex omni
latere circumspecta Neque hoc specu-
latori sufficiat ut altum vivat nisi
ut loquendo assidue ad alta audi-
tores suos pertrahat eorumque men-
tes ad amorem celestis patrie loquen-
do succendat Sed tunc hoc veraciter agit
cum lingua eius ex vita consentit
Nam lucerna que in semetipsa non
ardet eam rem cui supponitur non
attendit Hinc enim de Iohanne veri-
tas dicit Ille erat lucerna ardens
et lucens ardens videlicet per celes-
te desiderium lucens per verbum Er-
go speculatori virtus predicandi necesse
est altitudo vivendi Unde recte quo-
que sancte ecclesie sponsi voce in canticis
canticorum dicitur Nasus tuus sicut
turris Libani Que ergo latius est
fratres mei ut sponse nasus compa-
retur Sed quia per nasum semper
odores fetores discernimus quid per
nasum nisi speculatorum discretio
designatur qui nimirum nasus
et sicut turris esse et Libani dicitur
quia videlicet speculatorum discretio et
munita semper debet esse ex circum-
spectione et in altitudine vite con-
sistere id est in valle infirmi operis non
iacere Sicut enim turris in monte ide-
o ad speculandum ponitur ut hos-
tes qui veniunt longius videant

sic praedicatoris vita semper in alto debet fixa permanere ut mox naribus discernat fetores vitiorum odores quoque virtutum. Incursus malignorum spirituum longe prospiciat et commissas sibi animas per sua providentia cautas reddat. Sequitur: Et audies ex ore meo verbum et annuntiabis eis ex me. Ecce iterum monetur propheta ne praesumat loqui quod non audierit sed prius aurem cordis applicet voci creatoris et postmodum os sui corporis applicet auribus plebis. Unde propheta alius dicit: Inclinabo ad parabolam similitudinis aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam. Cum enim vir praedicat prius sicut dictum est aurem cordis locutioni intime inclinat ut postmodum os corporis in propositione admonitionis aperiat. Sequitur: Si dicente me ad impium morte morieris non annuntiaveris neque locutus fueris ut avertatur a via sua impia et vivat ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. In quibus verbis quid nobis notandum est quid solliciter cogitandum nisi quia nec subiectus ex culpa praepositi moritur nec praepositus sine culpa est cum verba vitae non audiens ex sua culpa moritur subiectus. Impio enim mors debetur sed ei a speculatore vita iterum nuntianda est et eius impietas increpanda. Si vero speculator taceat ipse impius in iniquitate sua morietur quia impietatis eius meritum fuit ut dignus non esset ad quem speculatoris sermo fieret. Sed sanguinem eius dominus de manu speculatoris requirit quia ipse hunc occidit qui eum tacendo morti prodidit. In quibus utrumque pensandum est quantum sibi connexa sunt peccata subditorum atque praepositorum. Cum vero subiectus ex sua culpa moritur ibi reus qui praepositus est quoniam tacuit reus mortis tenetur. Pensate ergo fratres karissimi pensate quia et quod nos digni pastores non sumus causa ex nostra culpa est quibus tales praelati sumus et quod tot nos ad iniquitatem defluentes cernimus ex nostro hoc reatu est quos obsistentes atque reclamantes in pravis desideriis non habetis. Vobis ergo et nobis parcitis si a pravo opere cessantes vobis et nobis parcimus quando hoc quod displicet non tacemus. O quam liber a commissorum sibi sanguine fuerat praedicator egregius qui dicebat: Mundus sum ab omni sanguine. Non enim subterfugi quominus annuntiarem omne consilium dei vobis. Si ergo non annuntiasset mundus a sanguine non esset. Sed quibus omne consilium dei annuntiare studuit ab eorum sanguine mundus fuit. In qua voce nos convenimur nos constringimur nos rei esse ostendimur qui sacerdotes vocamur qui super ea mala quae propria habemus alienas quoque mortes addimus quia tot occidimus quot ad mortem ire cottidie tepidi et tacentes videmus. Cum vero dicit: Sanguinem autem eius de manu tua requiram, si hoc in loco sanguinis nomine mors corporis designatur valde nobis de nostro silentio augetur timor cum si in subiectis suis is qui praelatus est ad speculandum et de morte corporis quandoque mo

ncium tam grauiter reus tenetur
quo reatu de morte anime subiec
torum constringitur que potuisset
semper viuere si verba correpcionis au
disset. Sed melius possunt sanguinis
nomine peccata signari. Vnde quidam
cum peccata carnis defleret deflet
dixit. libera me de sanguinibus deus
deus salutis mee. Sanguis ergo
morientis de manu speculatoris
requiritur quia peccatum subditi culpe
prepositi si tacuerit reputatur. Ergo
quod facit ut eam morientem sub
dito se liberum reddat. Surget
vigilet. malis actibus contra
dicat. Sicut scriptum est. Discurre fes
tina. Suscita amicum tuum ne dede
ris sompnum oculis tuis. nec dor
miteur palpebre tue. Vnde hic quo
que additur. Si autem tu annunciaue
ris impio et ille non fuerit conuer
sus ab impietate sua et a via
sua impia. ipse quidem in iniqui
tate sua morietur. tu autem ani
mam liberasti. Tunc enim subiec
tus moritur sine te. quando increpa
ta moris contradictorem prebu
it te. Nam morti cum contradi
cis adiungeris. Et notandum quod sunt
que debeant ab speculatore predi
cari. Videlicet fides et operacio
Nam ait Si autem tu annuncia
ueris impio et ille non fuerit conuer
sus ab impietate sua et a via
sua impia. Impietas ad infideli
tatem quippe pertinet. via vero im
pia ad prauam actionem. et omnibus
speculator hec habere debet studiis
ut prius ad pietatem fidei postmo
dum ad piam viam i. non bonam actio
nem trahat. Sed quia de exhortaci
one sermo se inserit innotescere
bitur debemus in ore pastoris
quatinus esse debeat ordo atque consi
deracio locucionis pensare etenim
doctor debet quid loquatur. cui lo
quatur. qualiter loquatur et quantum
loquatur. Si enim unum horum defue
rit locucio apta non erit. Scriptum quip
pe est. Si recte offeras. recte autem non
diuidas peccasti. Recte autem offerimus
cum bono studio bonum studium agi
mus. Sed recte non diuidimus si habere
discrecionem in bono opere postponamus
considerare etenim debemus quid
loquimur ut iuxta pauli vocem ser
mo noster semper in gracia sale sit con
ditus. Pensandum vero nobis est cui
loquamur quia sepe increpacionis
verbum quod hec admittit persona non
admittit. Et sepe ipsa eadem persona
alteri fit secundum actum. Vnde natan pro
pheta. dauid post adulterium forti
increpacionis sentenciam percussit.
cui cum de raptore ouis diceret.
filius mortis est vir qui fecit hoc
ei primus respondit dicens. Tu es
ille vir. cui tunc cum de salomo
nis regno loquebatur. quia culpa
defuit et se humiliter [illegible]
prostrauit Cum vna ergo eadem que
persona quia causa dispar extitit
eam sermo propheticus dissimiliter fuit
Pensandum quoque est quando loqui de
beamus. quia sepe et si differtur
increpacio postmodum bene recci
pitur et nonnumquam languescit. si
hoc quod ante proferre debuit tempus
amisit. Nam et sapiens mulier
nabal ebrium videns increpare de
culpa tenacie noluit quam de gesto
vino increpacionis sue verbis. uti
liter percussit et prophetica adulacio
num linguas non esse in subsequen
ti tempore differendas annunciat
ait. Confundantur statim erube

scientes qui dicunt michi euge euge
Adulacio etenim si vel ad tempus placi-
enter suscipitur augetur et paulisper
demulcet animum ut a rigore sue rec-
titudinis mollescat in dilectione ser-
monis. Sed ne crescere debeat statim
est et sine mora secanda. Conspiciendum
quoque nobis est qualiter loquamur.
Nam sepe verba que hunc ad salutem
revocant alium vulnerant. Unde pau-
lus quoque apostolus qui titum ammonens
dicens. Argue cum omni imperio. Ti-
motheum exortatur dicens. Argue
obsecra increpa in omni paciencia et
doctrina. Quid est quod uni imperium et
alio pacienciam precepit nisi quod unum
lenioris, alterum vero ferventioris spiritus
esse conspexit. levis per auctoritatem
imperii impugnanda erat segnicies
ubi iste autem qui per spiritum fervebat per
pacienciam temperandus fuerat. ne
si plus iusto inferveret non ad sa-
lutem vulnerata reduceret sed sana
vulneraret. Curandum quoque quo-
modo loquamur ne si ei qui multa fer-
re non valet verbum vel increpacio-
nis vel exhortacionis longius tra-
himus auditorem minime ad fastidi-
um perducimus. Unde idem predica-
tor egregius hebreis loquitur dicens
Obsecro vos fratres ut sufferatis ver-
bum solacii. etenim per paucis scripsi
vobis. hoc tamen infirmis pectoris
congruit ut pauca quidem et que
capere prevalent audiant. Sed quod conti-
nenter in penitencie dolore compun-
guntur. Nam si eis uno in tempore
exhortacionis sermo fuerit multipli-
citer dictus quia multa retinere non
valent simul amittunt omnia. Quod
et medici corporum pannos quos in-
firmantibus stomachis porrigunt apto
quidem medicamine sed subtiliter inungunt

ne si repleti multo medicamine fue-
rint infirmitatem stomachi non ro-
borantes adiuvent sed opprimentes
gravent. Sciendum tamen quia
si quis modum sui sermonis prolixior in-
sistat periculosum hoc auditoribus non
est. Si autem qualiter quomodo dicatur et
quibus dicatur non vigilat aspicia-
tur valde periculosum est. Verecun-
de etenim mentes si quas fortasse
culpas admiserint leniter arguen-
de sunt. Quia si asperius increpen-
tur franguntur potius quam eru-
diuntur. At contra mentes aspere
atque impudentes si increpate leni-
ter fuerint ad maiores culpas ipsa
lenitate provocantur. Quod bene in
eodem egregio predicatore discimus
qui cum corinthios cognosceret
pro amore personarum in scismate di-
visos eorum verecundie compaciens
locucionem suam a graciarum ac-
cione et laudibus cepit dicens
Gracias ago deo meo semper pro
vobis in gracia dei que data est no-
bis in christo ihesu. Quia in omnibus
divites facti estis in illo in omni
verbo et in omni sciencia sicut tes-
timonium christi confirmatum est in vo-
bis qui adhuc adiungit et dicit
ita ut nichil nobis desit in ulla
gracia expectantibus revelacionem
domini nostri ihesu christi. Queso te pau-
le si nichil deest cur eis scri-
bendo fatigaris cur in longinquo
positus loqueris. Perpendimus ergo fra-
tres karissimi quantum laudat extra
eis graciam dei asserit ditatos fac-
tos in omnibus divites dicit in omni
verbo et in omni sciencia christi testi-
monium id est quod de semetipso moriendo
et resurgendo testatus est in eorum
mente confirmatum esse perhibet

et nichil eis deesse in ulla gracia
testatur. Quis ergo credat quia
paulo post eos corripiat quos ita
laudat. Nam post cetera subiun-
git: Obsecro autem vos fratres per no-
men domini nostri ihesu christi ut idipsum
dicatis omnes et non sint in vobis
scismata. Quid enim potius tam per-
fectis tamquam laudabilibus scism-
subripere. Significatum est enim michi
de vobis fratres mei ab hiis qui sunt
Cloes quia contenciones inter vos
sunt. Hoc autem dico quod unusquisque
vestrum dicit: Ego quidem sum pau-
li ego autem Apollo ego vero Cephe e-
go autem Christi. Ecce quos in omni
verbo et in omni sciencia laudave-
rat quibus nichil deesse in ulla gra-
cia dixerat paulisper loquens ad in-
crepacionem leniter veniens discissos
circa se ipsos reprehendit. Et quorum
prius salutem postmodum vulnera
patefecit. Peritus enim medicus
vulnus secandum videns sed egrum
timidum esse conspiciens diu palpa-
vit et subito percussit. Prius blandam
manum laudis posuit et postmodum
ferrum increpacionis fixit. Sunt
enim verecundie mentes. Fuerint pal-
pando reprehense ita ut ex aliis ver-
bis audiant quod in consolacionem
sumat per increpacionem pertime-
ad desperacionem cadit. Sed numquid
mentitus est paulus ut prius eis
eis nil deesse in omni gracia diceret
quibus postmodum dicturus erat
unitatem deesse. Absit hoc quis
de illo talia vel desipiens credat.
Sed quia erant inter chorinthios
quidam omni gracia repleti et erant
quidam in personarum favoribus ex[illegible]
cepit a laudibus perfectorum ut mo-
desta sui racione ad reprehensionem
pertingeret infirmorum. Et in hoc

quoque ad medicinam cordis a medi-
cina corporis usum trahens. Nam cum
secandum vulnus medicus aspiciat
prius ea membra que circa proxime
sana sunt palpat ut post ad ea
que vulnerata sunt leniter palpan-
do perveniat. Cum ergo paulus perfec-
tos in chorinthiis laudavit sana
membra iuxta vulnus tetigit. Cu-
rum infirmos de divisione reprehendit
vulnus in corpore percussit. Videamus
tamen nunc ipsum qui tanta molesti-
a atque mansuetudine ad corripien-
dos chorinthios dicatur qualiter
contra galathas qui a fide disces-
serant exigitur. Nulla enim modestie
paciencia premissa nulla locucionis
dulcedine provocati eos quos a fi-
de discessisse cognovit ab ipso epis-
tole sue exordio increpando redargu-
it. Nam premissa salutacione sic ex-
cepit: Miror quod sic tam cito transferi-
mini ab eo qui vos vocavit in gracia
christi. Quibus eciam in apta increpaci-
one post certam subiungit: O insen-
sate galathe quis vos fascinavit.
Mentes etenim dure nisi a[illegible]esse
increpacione percusse nullo modo ma-
lum cognoscerent quod egissent. Nam
sepe hii qui impudentes sunt tan-
tum se peccasse senciunt quantum
de peccato quod fecerint increpantur ut
minores culpas suas estiment
quas minor invectio castigat. Et
quas vehementer obiurgari vide-
runt maiores esse deprehendunt.
Unde necesse est ut semper sermo predica-
ntis cum auditorum debeat qualitate
formari ne aut verecundis aspera
aut impudentibus lenia loquatur.
Quid autem miri si hoc verbum dei e-
rogator faciat cum eciam agricola
qui semen in terra mittit prius ter-

qualitatem prouidet quibus seminibus apta videatur et postquam qualitatem eius prouiderit tunc semina spargit. Sed quia de qualitate doctrine locutionem longius traximus oportet ut ad eum quem cepimus exponendi ordinem redeamus. Sed si conuersus iustus a iusticia sua fecerit iniquitatem ponam offendiculum coram eo ipse morietur quia non annunciasti ei. In peccato suo morietur et non erunt in memoria eius iusticie quas fecit. Sanguinem vero eius de manu tua requiram. Contra iusto qui in peccato cecidit predicator tacuit eius sanguinis reus tenetur quia qui spoliatus esse non studuit in predicatione factus est particeps in dampnacione. Sed cum dicitur in peccato suo morietur et non erunt in memoria iusticie eius quas fecit hoc nobis maxime considerandum est qui cum mala committimus sine causa ad memoriam bona nostra transacta reuocamus. Quoniam in perpetracione malorum nulla debet esse fiducia bonorum preteritorum. Sed queri potest cur iusto post casum predicandum sit cum etiam priusquam cadat vigilare predicator debet ne ad casum veniat. Procul dubio et priusquam cadat. Ista sequitur: Si autem tu annunciaueris iusto ut non peccet iustus et ille non peccauerit viuens viuet quia annunciasti ei et tu animam tuam liberasti. Si ergo predicator in eo animam suam liberat quia iusto ne peccaret denunciauit cum iustus ad peccatum predicatore tacente cecidit predicator qui tacuit reus tenetur. Sed quibus verbis rogo ad hec sufficiet ut non solum peccatores studiose corripiat sed etiam iustis

inuigilet ne cadant. Nos enim infirmitatis nostre conscii cum iustos in eos conspicimus admonere eos non presumimus ut iusticie viam teneant quam iam tenent. Quidem et tamen predicatoris est debitum et iam iustos admonere. Unde predicator egregius dicebat: Sapientibus et insipientibus debitor sum. In hiis vero omnibus que de iusto ad iniquitatem conuerso dicta sunt hoc est laboriosum ad loquendum hoc valde pertimescendum quod dicitur ponam offendiculum coram eo. Ait enim si conuersus iustus a iusticia sua fecerit iniquitatem ponam offendiculum coram eo. Nos enim dicimus quia si iniquitatem fecerit offendit. Quod verum est omnino quod dicimus. Cur adhuc et deus omnipotens offendiculum ponit quia iam impegisse et cecidisse per iniquitatem cum perpetrauit conspicit. Sed districta sunt omnipotentis dei iudicia et qui peccatorem diu expectat ut redeat non redeuntem atque contempnentem ponit adhuc ubi grauius impingat. Peccatum quippe quod per penitenciam citius non deletur aut peccatum est et causa peccati aut peccatum et pena peccati aut peccatum simul et causa et pena peccati. Quidem enim quod prius committitur peccatum est. Sed si citius penitudo non tergitur iusto iudicio omnipotens deus obligatam peccantis mentem etiam in culpam alteram permittit cadere ut qui flendo et corrigendo noluit mundare quod fecerat peccatum incipiat peccato cumulare. Peccatum ergo quod prius lamento non diluitur peccatum simul est et causa peccati quia ex illo oritur unde adhuc peccatis animus alligatur

obligetur. Peccatum vero quod ex peccato sequitur peccatum simul et pena peccati, quia excrescente cecitate et retribucione prioris culpe generatur, ut qui iam quedam sint in peccatore supplicia que ipsa incrementa viciorum. Sit vero nonnunquam ut unum idemque peccatum eciam peccatum sit et pena peccati simul et causa peccati. Ponamus enim ante oculos quempiam rem proximi concupisse, quam quia aperte non valuit furto surripuit, sed hic in furti accusatione positus se hanc surripuisse iurando denegavit. Hinc ergo concupiscencia peccatum fuit, eciam causa peccati, quia per eam pervenit ad rapinam. Perpetratio furtum quo rem concupitam surripuit eciam peccatum ei factum est, eciam pena peccati, quia ex retribucione iam non restisse concupiscencie factum est ut veniret ad furtum, eciam culpa cordis excresceret in opere exultacione cecitatis. Sed quia furtum periurio tegere curavit, ex peccato rursum peccatum genuit. Furtum ergo quod ex concupiscencia processit eciam periuria protulit, peccatum et pena peccati factum est culpe precedentis, peccatum et causa peccati culpe subsequentis, quia de illa natum hoc genuit. Unde bene Paulus apostolus de quibusdam deum intelligentibus sed non honorantibus insinuat dicens: Quia cum cognovissent deum, non sicut deum glorificaverunt aut gracias egerunt, sed evanuerunt in cogitacionibus suis. Ecce est peccatum et causa peccati. Sed quam causa quid sequitur adiungit: Et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt et mutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem ymaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpentium. Ecce est peccatum et pena peccati. Sed peccatum consumo et pena peccati esset si non adhuc ex hoc peccato et aliud sequeretur. Nam post infidelitatem eorum subditur post quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immundiciam ut contumelys afficiant corpora sua in semetipsis. Cum igitur cognoscentes deum non sicut deum glorificaverunt ex eo peccatum et causa peccati adhuc quoque perducti sunt ut ad culturam serpencium et volucrum laberentur. Sed quia per hanc eciam cecitatem usque ad immundiciam et carnis contumelias ceciderunt, ipsa infidelitatis eorum cecitas per eorum intellectum et peccatum est et pena peccati subsequenti vero immundicie peccatum factum est et causa peccati. Sed quia de hys in libris moralibus diu tractatum est nobis, nunc in eis diucius immorandum non est. Hoc autem nobis cum tremore considerandum est quod omnipotens deus cum precedentibus peccatis irascitur, permittitur cecata mens eciam in alys labatur. Unde Moyses ait: Nondum completa sunt peccata amorreorum. David quoque dicit: Pone iniquitatem super iniquitatem ipsorum et non intrent in tua iusticia. Propheta et alius dicit: Maledictum et mendacium et homicidium et furtum et adulterium inundaverunt et sanguis sanguinem tetigit. Sanguis enim sanguinem tangit cum peccato peccatum additur, ut cum dei oculos adiunctis iniquitatibus anima cruentetur. Paulus apostolus ait: Ut repleant peccata sua semper. Iohannes quoque per angelum dicitur

Qui nocet noceat adhuc et qui in
sordibus est sordescat adhuc. Quoniam
nunc etiam dominus dicat. Si conuer-
sus iustus a iusticia sua fecerit
iniquitatem ponam offendiculum
coram eo. Hic si aperte dicat quia
videat penitendo noluit non ita impe-
git. iusto enim iudicio deserens ponam
ei et alibi impingat. quod tamen dicitur po-
ne est nequaquam ad peccandum per-
mittere sed nolle a peccato liberare. Sicut
de pharaone dicitur Ego indurabo cor
eius. Non enim cor peccantis dominus
obdurat sed obdurari dicitur cum ab
obduratione non liberat. Miserea-
tur enim deus tempus nobis ad
penitentiam relaxat. Sed cum eius gratie
paciencia nos ad augmentum uer-
timus culpe. hoc ipsum tempus quod
ad paciencia pie disposuit distric-
cius ad feriendum uertit. ut cum
reuerti quis et iam spacio tempo-
ris accepto noluit per hoc mala su-
a ad cumulum augeat per quod ea di-
luere potuit si conuerti voluisset
Unde scriptum est Ignoras quoniam
benignitas dei ad penitenciam te
adducat. Secundum duriciam autem tu-
am et cor impenitens thezau-
rizas tibi iram in die ire et reue-
lacionis iusti iudicii dei. De benig-
nitate ergo omnipotentis dei iram sibi
in die ire reprobus thesaurizat.
quia dum ad penitenciam tempus
accipitur et ad peccandum exhibe-
tur ipsum remedium gracie vertit
in augmentum culpe. Unde et omni-
potens deus quia collata reme-
dia conspicit ad culpe augmen-
tum trahi ipsam benignitatem quam
contulit in districtione iudicii ver-
tit ut mox post amplius feriat
unde modo amplius expectat. Et
quia homo deserit malum non

vult ut peccat augeat ut moriatur
sed sive iustus in culpam sive pec-
cator in mortem corruat specula-
tori timendum est. ne hunc ex
suo silencio reatus peccatorum pa-
riter involuat. Sed mirum dico loquor
auertentem a memetipso oculos no-
lo. Et ecce iterum sermo divinus me in-
pingit in memetipso ut meam
negligenciam uideam et inculcat
dicta hec que audio per me iam.
Sicut enim superius dixi cum com-
munis in numeris sparsum est quan-
do se ad se colligat. quia etenim pos-
sum et ea que circa me sunt solli-
cite omnia curare in memetipsum
adunato sensu conspicere. Quando
etenim possum priorum negocia di-
scutiendo corrigere bonorum actus
laudando et ammonendo custo-
dire. aliis terrorem atque aliis dul-
cedinem demonstrare. quando valeo et
de hiis que sunt necessaria fratribus co-
gitare et contra hostiles gladios
de urbis ciuibus sollicitudine ge-
re vel incursione subita que sup-
erant prouidere. Inter hec omnia per
armatum custodia plene atque ef-
ficaciter verbum exhortacionis im-
pendere. loqui etenim de deo quiete
valde et libere mentis est. Tunc
namque bene lingua dirigitur in ser-
mone cum secure sensus quieue-
rit in tranquillitate. quia ut con-
cussa aqua ymaginem respicien-
tis reddit. sed tunc in ea vultus re-
dentes aspicit cum non mouetur
quare ergo exhortacione nobis spe-
culator noster fratres karissimi faci-
at quem tot rerum confusio per-
turbat. Certe hiis de quo loquimur
prophetica reuelacione ultima templi
uidens que in eodem templo con-
spexerit inter cetera narrat dicens

tra usq; ad fenestras et fenestre
clause Paulus quoq; apostolus dicit
Templum enim dei sanctum est quod estis
vos In hoc autem templo fene
stre sacerdotes et speculatores
sunt qui in ipso fidelium lumen
sancte predicacionis fundunt Sed e
terra usq; ad fenestras est fene
stre clause sunt quia cum terrena
cogitacio in sacerdotum cordibus
excrescit fenestre lumine non fun
dunt quia sacerdotes ab officio
predicacionis obmutescunt Est et ali
ud valde in ordine sacerdotum
graue quia non sicut hii qui vi
tam quietem ac remotam ducunt
fixi valent in sua cogitacione
permanere hii enim sicut superius
diximus quia loco regiminis lon
ge sunt possunt peccatorum suorum
maculas et fletibus lauare et
post fletus in eodem mentis me
rore persistere Sicut de bona quadam
muliere scriptum est que ad taber
naculum oraverat et ab inten
cione sua animum post compunc
cionis graciam non mutabat Cui
dicitur Vultus eius non sunt am
plius in diuersa mutati In qua
nobis considerandum est quia
sic planxit mulier que querebat
filium quo debet plangere anima que
querit deum Sacerdos vero etiam
post compunctionem ad lacrimas co
gitur necessaria queque filiorum suorum
cognoscere et ea que refugit animo
pacienter audire atque post suspiria
celestia quorumlibet carnalium
hominum onera portare et sepe cum
superuenientibus cor in diuersa qua
litatem transfundere Nam aliquis de luc
spiritualibus gaudet sed cum quilibet

meroris superuenit nisi eius mero
rem in se susceperit tribulacionem
illius compaciens non est Et a
liquis de dampnis animarum luget
et repente superueniunt cum de qui
busdam suis prosperitatibus letantur
quorum si leticie sacerdos non con
gaudeat minus amare credit
filios in quorum gaudio non ex
ultat Propterea cum paulus dicit
Gaudere cum gaudentibus fle
re cum flentibus Nichil enim tam
honerosum in ordine sacerdotum
modo quam rigorem mentis con
paciendo flectere Et cum proximis su
peruenientibus animum mutare et
tamen hoc valde est necessarium
Nam qui ex predicacione eius ad
boni operis graciam peccator reuocatur
si ipse qui predicat videtur ingra
tus Unde per hunc quoque eundem
prophetam in extrema parte dicitur Et
cum sacerdotes intrinsecus minist
rant vestibus lineis non utuntur
de quibus subditur atque egredientur
atrium exterius ad populum exuent se
vestimenta sua in quibus ministraue
rant et reponant ea in gazophi
lacio sanctuarii Superiora quippe
vestimenta sunt lanea Sed cum
sacerdos ad sancti inspectum acced
cum intus per compunctionem ingre
ditur subtilioris intellectus nature est
quasi lineo indumento vestiatur
Sed cum ad populum foras egreditur
oportet ut vestimenta in quibus
ministrauerat reponat
atque populo aliis vestibus appare
at quasi in compunctionis sue ri
gore se teneat sed in eo quod ordi
nis tempore habuit merorem per
diderit exterius tamen verba suscipere
non amittat Et quod grex de uestibus

faciat si audire atque pendere quod presens tempus exigit pastor recusat
Grossiora ergo vestimenta sacerdos
exiens ad populum induat ut mentis
sue habitum pro utilitate filiorum et
iam ad terrena colligenda compo-
nat Pensate ergo fratres karissimi quan-
tus speculatoris labor sit et ad
sublimia cor tendere et hoc repen-
te ad ima revocare et in subtilita-
te cognitionis intime extenuare
animum et propter exteriores causas
preimoriri ut ita dicam subito in co-
gitatione grossescere Non ergo mi-
randum est prophete verba exponere si me
ait coram vobis insufficientem deflere
Unde peto ut vestram tua oratio talem
faciat qualis et valeam michi et
vobis prodesse potens est indigno
michi et infirmo ex vestra intercessione
sione ista tribuere qui ex sua pi-
etate pro nobis dignatus est infir-
mari Virtus enim dei est atque sa-
piencia que nostram infirmitatem
sumpsit ut ex sua nos firmita-
te roboraret dominus noster ihesus christus
qui vivit et regnat cum patre
in unitate spiritus sancti deus per
omnia secula seculorum Amen

Explicit omelia xi. Incipit xii.

Servata veritate hystorie
divina eloquia aliquando
ex tempore Aliquando ex
loco causas designant
quas apto sermone non indicant
Ex tempore etenim sicut predicante
iudeis domino per ewangelistam dicitur
hyemps erat Vice illa eius misteri-
a que veritas loquebatur quod cau-
se fuit ut nomen yemis adderetur
nisi ut per qualitatem temporis os-
tenderet frigus cordis. quia et cum
verba veritatis acciperent frigida
incredulitatis corda remanebant Aliquando

vero ex loco. sicut carnali israhelitico
populo descendente de monte moy-
se lex in campestribus data est et
sanctis apostolis dominus in monte se-
dens summa et spiritualia precepta lo-
cutus est ut ex locis videlicet mo-
straretur quia et illis tamquam
carnalibus mandata minima da-
bantur in valle terrarum et isti
tamquam spirituales et sancti in mon-
te mandata celestia audirent
quatenus apte monstraretur
quod ascendentes corde ad celestia
infirma mundi relinquerent
et in mentis culmine starent Sic
nunc ezechiel prophete quid vide-
deo in locis egerit describit ut per
locorum qualitates indicans quid
in posterum de prophecie misterijs
sequeretur. ecce enim dicit. facta est su-
per me manus domini et dixit ad
me surgens egredere in campum
et ibi loquar tecum Quid est hoc
quod prius dominus in medio israhelitarum
locutus ad prophetam suum fuerat
et tunc postmodum dicat Egredere in
campum et ibi loquar tecum
nisi quod prophecie sue graciam et prius iu-
dee infundit et hanc postmodum
dignatus est in altitudine demon-
strare Neque enim immerito per campum
gentilitas designatur que longe
lateque id est in universo mundo disten-
ditur ubi et subditur Et surgens
egressus sum in campum. et ecce
gloria domini stabat quasi gloria
quam vidi iuxta flumen chobar In
campo gloriam domini propheta vidit
quam iuxta chobar in medio israheli-
tarum viderat quia ipsa eius
maiestas gentibus apparuit que pri-
us se electis in iudaico populo reve-
lante spiritu declaravit Sequitur.
Et cecidi in faciem meam. Ipse ergo

in faciem suam propheta cadit quia cum homo ad intelligenda sublimia levatur ex contemplatione tamen maiestatis dei infirmitatem sue condicionis intelligit et quasi statum non habet qui se ante dei oculos esse cinerem et pulverem videt. Sequitur Et ingressus est in me spiritus et statuit me super pedes meos. Cum nos humiliter deo sternimus cum esse nos pulverem cinerem quia cognoscimus cum infirmitates condicionis nostre pensantes statum rigiditatis et superbie non habemus omnipotens deus per suum nos spiritum levat et super pedes nostros statuit ut qui humiliter apud nos ex infirmitatis nostre cogitacione iacuimus et iacemus in bono post opere quasi super pedes ex fortitudine stemus. Quod autem tempore de propheta agitur nunc ut specialiter designentur quia iam electis gentium spiritus sanctus dandus esset qui eos quos assumeret prius a superbie sue statu deiceret et postmodum super pedes suos id est super bona opera solidaret. Sicut per paulum dicitur Remissas manus et dissoluta genua erigite et gressus rectos facite pedibus vestris. Sequitur Et locutus est michi et dixit ad me Ingredere et includere in medio domus tue. Quid est quod de medio fidelium populi propheta ad campum educitur atque ad domum postea de campo revocatur nisi quod predicacionis gracia populo iudaico ablata in latitudine gentilitatis sparsa est. Sed ac in fine mundi iudei ad fidem redeunt quasi ad domum prophetam revocant ut in suo populo in sue predicacione inhabitet que modo velut in campo ita diversis gentibus fulget. Scriptum est quippe Donec plenitudo gentium introiret et sic omnis israhel salvus fieret. Et per prophetam alterum dicitur Si fuerit numerus filiorum israhel quasi arena maris reliquie salve fient. Exeat ergo propheta de medio populi ad campum de campo redeat ad domum ut in predicacione que iudee facta est egrediatur ad gentem et replens in fide gentibus recipiat iudea spiritualis doctrine dona que amisit. Includatur propheta in medio domus sue quia circa antichristi tempore ab eis gentibus que in infidelitate remanserint plebs conversa iudeorum diversis persecucionibus angustiatur. Unde scriptum est Atrium autem quod est extra templum eice foras et ne metieris illud quia datum est gentibus et civitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Et tu fili hominis ecce data sunt super te vincula et ligabunt te in eis et non egredieris in medio eorum et linguam tuam adherere faciam palato tuo et eris m[...]us nec quasi vir obiurgans quia domus exasperans est. Que videlicet verba si per typice exposicionis ordinem sequimur propheta in domo sua compeditur et ligatur quia in extremis cum iudea crediderit gravissimas antichristi tempore persecuciones patitur ita ut predicacionis eius ministri iniquitatis non recipiant. Sed resistendo has vinculis dolorum premant. Et in medio eorum non egreditur quia ad corda pravorum predicacio non pervenit dum lingua bonorum ligata tribulacionibus tacet. Erunt etenim tunc multi ex iudeis infidelibus qui eosdem ipsos qui ex iudeis

audierint persequentur. Unde notandum est quod hic quoque dicitur quia in domo sua vincula propheta sustineat, ut videlicet designetur quia ex ipso suo genere Iudea cum fidelis fuit tribulationes persecutiones pertulit. Dum enim unigenitum filium patris incarnatum ac mortuum resurrexisse atque ad celos non credidit ascendisse, sicut per sacre scripture paginas predicatur, nimirum apud eos propheta ligatus est, quem si ita ut dictum est in eorum intellectum decurreret, quasi gressus liberos sue predicationis habuisset. Reprobis ergo predicatorum sententia tacere compellitur. Unde et hic subditur: Et linguam tuam adherere faciam palato tuo et eris mutus nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. Sed quia Enoch et Helia predicantibus multi ex his qui nunc ex Iudeis in infidelitate remanserunt ad cognitionem veritatis redeunt, sicut de eodem Helia dicitur: Helias veniet et ipse restituet omnia, qui utrique per Zachariam due olive et per Iohannem duo candelabra nominantur, recte hic quoque subiungitur: Cum autem locutus fuero tibi, aperies os tuum et dices ad eos: Hec dicit dominus deus. Tunc enim velut in extremo os prophetie aperitur, cum in predicatione Enoch et Helie a Iudeis ad fidem redeuntibus prophetia sacri eloquii de Christo fuisse cognoscitur. Sed quia hec typice diximus, nunc verba eadem caritati vestre moraliter disseramus. Quid est enim quod exire propheta ad campum iubetur, nisi quod unusquisque qui predicat propter eos quos extra se positos dirigit atque ab iniquitate compescit, loquendo ad campum exit, ibique domini gloriam videt, quia tanto largius doctri-

ne gratiam percipit quanto se in labore predicationis ex amore proximorum tendit. Foras ergo exeundo in altam visionem ducitur, quia unde aliis cordibus ignorantie cecitatem ministerio sue locutionis illuminat, inde eum superna gratia in altiori intelligentia exaltat. Sed quia semper predicator debet ad mentem redire, humilitatem atque mediam in ipsis custodire, post campum necesse est ut ad domum redeat, quatenus in his que dicit qualis etiam ipse sit intra conscientiam agnoscat. Si enim aut hoc quod loquitur minime custodit, aut in his que loquitur temporalem gloriam requirit, loquendo quidem ad campum exit, sed non cogitando semetipsum ad domum redire contempnit. Accepto enim spiritu in medio domus includimur, quando per eius gratiam ad discutienda mentis nostre secreta revocamur, ut apud semetipsum in deo animus quiescat et non iam per exteriores concupiscentias appetitu laudis et glorie cogitationis mobilitate dissiliat. De hac domo cordis cuidam sanato per semetipsam veritas dicit: Tolle grabatum tuum et vade in domum tuam. Per grabatum quippe in quo carnis est requies ipsa caro signatur, per domum vero conscientia figuratur. Et quia cum mente morati in vitiis iacemus, in carnis delectatione quiescimus, quasi infirmi portamur in lecto. Sed cum sanati fuerimus mente, ut iam pulsantibus carnis vitiis resistamus, necesse est ut temptationum contumelias de vita carnis tolleremus. Egro itaque ad salutem re-

ducto precipitur Tolle grabatum tuum
i. portatum lectum in quo portatus es. Quia
necesse est ut sanatus quisque portet
contumeliam carnis in qua prius
iacebat egrotus. Quid est ergo di
cere Tolle grabatum et vade in do
mum tuam nisi porta temptaciones
carnis in quibus hactenus iacui
sti ac reverte ad custodiam tuam ut vi
deas que fecisti. Perfecta igitur pre
dicacione in domum includi precipitur
ut predicator semper post graciam
doctrine quam foris inspirat ad con
sciencie redeat. seque ipsum subtili
examinacione discuciat ne de
hys que foris predicat ad ipse aptus
se immisceat transitorie laudis que
ratur. Unde et per Salomonem dicitur
Bibe aquam de cisterna tua et flu
enta putei tui. deriventur fontes tu
i foras et in plateis aquas divi
de. Habeto eas solus nec sint ali
eni participes tui. Valde autem conveni
enter videntur esse que dicit. deriventur
fontes tui foras et in plateis aquas
divide. cum premisit adiungit. Habe
to eas solus nec sint alieni participes
tui. Quod enim aquam sciencie solus ha
bere poterit qui hanc in plateis dividit.
Quomodo alieni aque eius participes non
sunt si fontes illius foras diriva
ntur. Si cum predicamus populis
minime in plateis aquas dividimus
quia mandatorum multitudinem sciencie
ac verba dilatamus. cum vero nos
adiuvante gracia divina intus spem
custodimus et ne maligni spiritus
qui iure a nobis alieni sunt quia
porta beatitudinis perdiderunt. No
bis in elacione subripiant spolia
nostre cum conspiramus
soli habemus aquas quas in pla
teis dividimus ut nobis in eis
alieni participes non sint. minime
de quibus scriptum est. Alieni insur
rexerunt in me et fortes quesierunt
animam meam. Aquas ergo in plate
is dividit et solus habet qui per
hoc quod multis predicat se in cogita
cione temporalis glorie non exal
tat. Tunc enim possidet homo quod
docet quando se non gaudet in eo
teste sed prodesse. Ex campo ergo ad do
mum perfecta redeat ut hiis qui ex
dono loquitur postquam pro utilitate proxi
morum loquendo foris exierit ex
humilitate semper ad displicenda cor
dis sui secreta revocatur. Unde et
subditur Et tu fili hominis ecce da
ta sunt super te vincula et ligabunt
te in eis. et non egredieris in medi
o eorum. Sunt enim predicatori qui ipse
ad consciencie domus sue revoca
tur super eo vincula dantur et liga
tur in eis. quia quanto plus se in
cogitacione displicuerit tanto amp
lius cognoscit nostri anima qualis mor
talitatis sue infirmitatibus sit liga
ta. Nisi enim se ligatum conspiceret
Paulus minime dixisset. desiderium ha
bens dissolvi et cum Christo esse. Hinc
et per psalmistam dicitur ut [illegible] audiret
vinculatorum gemitum ut solveret fili
os interemptorum. Et rursus intret
in conspectu tuo gemitus compedi
torum. Sepe autem cum iam anima ad re
demptoris sui speciem contemplandam
exire desiderat. cum celestibus gau
diis interesse suspirat. ipse morta
litatis sue vincula conspicit et
gemit quibus adhuc in presenti mun
do ligata retinetur. Hinc est enim
quod subtile omnipotentis dei iudi
cium metuens Ieremias ait. Circum
edificavit adversum me ut non egre
diar. Aggravavit compedem meam.
Habemus enim compedes ipsam inf
irmitatem atque corrupcionem mor
talitatis nostre. Sed cum tribulacio nobis

et gemitus additur ipse mentis compe
des aggrauantur Et quidem quam
diu in hac vita iustus moras patitur
loquendo bona prodesse aliis festinat
Sed cum duras mentes conspiciat
eas quas considerat contencionibus
occupari predicacionis verbum per reti
net Et in medio eorum non egre
ditur quia a bonis que loqui po
terat obmutescit Sicut per paulum
dicitur Nichil per contencionem Et
rursus Siquis vult contenciosus
esse nos talem consuetudinem non
habemus Unde hic quoque apte
subiungitur et linguam tuam ad
herescere faciam palato tuo et e
ris mutus nec quasi vir obiur
gans quia domus exasperans est
Aliquando vero etiam contra resisten
cium linguas predicancium corda ze
lo sui dominus attendit ne tineant
Sed dicta fallacium vbi veritatis
predicant vnde hic subditur Cum
autem locutus fuero tibi aperiam
os tuum et dices ad eos Hec dicit
dominus deus Sed hec que breuiter
sub duplici intellectu discussimus
placet ut iuxta consideracionem
littere leniter tangendo transca
mus Quid enim nobis amplius
per ipsa verba historie quam virtus
obediencie commendatur Cum modo
ad transmigracionem fluuium
chobar pergere modo in campum e
gredi modo ex campo ad domum
redire propheta capitur ut prius ex
iussione pergens et paulo post ex
iens atque domum iterum rediens et
semetipsum includens semper sue
voluntatis arbitrium ad diuini
eloquii preceptum frangat quate
nus in celesti visione non sua
sed conditoris sui voluntatem im
pleat Cui dicitur Et tu fili hominis

ecce data sunt super te vincula et
ligabunt te in eis et non egre
dieris in medio eorum Qua in
re notandum est quod aduersa pro
pheta prenoscit ut contra omnia pa
reat Minus enim mala contra mentem
preualent que premonita ue
niunt Et tamen dum contra
ria prenoscuntur quanta sit in eo
obediencie virtus ostenditur
qui et cognoscat quod aduersa pas
surus est et tamen vocacioni domini
inobediens non est Magna
autem consideracione indigent
verba que primus adiunxit Et
linguam tuam adherere faciam
palato tuo et eris mutus nec
quasi vir obiurgans quia domus
exasperans est Discernendum quippe
nobis est vtrum pro malis audito
ribus an aliquando et tamen pro vicio pre
dicantis predicacionis sermo subtra
hatur Quatuor enim qualitatibus
res hec considerata distinguitur
Nam aliquando propter malos audito
res bonis tollitur sermo doctoribus
et malis Aliquando autem propter docen
cium atque audiencium iustificacionem
bonis doctoribus datur ut et ipsi
per meritum crescant et auditores
eorum intellectu et vita proficiant
Aliquando vero quia neque hii digni
sunt accipere quibus doctrine sermo
profertur Neque enim ille doctrine ver
bum dignus proferre qui locum do
cendi tenet predicacionis sermo tol
litur ut utrique pro districte iudi
centur propter malos numquam au
ditores bonis sermo doctoribus tol
litur sicut nunc ad ezechielem dici
tur linguam tuam adherescere
faciam palato tuo ut eris mutus
nec quasi vir obiurgans quia
domus exasperans est Et sic paulo
dicitur Festina et cito venire

ex ierusalem quoniam non recipient testimonium
de me tuum. Et sicut nolentibus apo-
stolis predicare in asia scriptum est
circa prohibuit eos spiritus ihesu. Ita
bonos auditores et malis docto-
ribus sermo datur. Sicut de pharisaeis
dominus dicit: Omnia quecumque
dixerint vobis servate et facite,
secundum opera vero eorum nolite facere;
dicunt enim et non faciunt. Ita docen-
tium quoque vitam et audientium
iustificationem sermo doctrine tribuitur.
Sicut sanctus apostolus dicit: Euntes
docete omnes gentes. Ita malos vero
auditores indignam vitam eorum
qui docere debuerunt sermo doctri-
ne subtrahitur. Sicut heli ad cor-
rigendos filios districte increpa-
tionis verbum non habuit quia et
eius negligentia et filiorum exi-
gebat vita ut cum eis et populus ca-
deret et archa domini capta ad al-
lophylos transiret. Magna autem
omnipotentis dei est gratia cum ini-
que agentibus diversis doctoribus
sermo increpationis profertur. Quo
contra nunc dicitur: et eris mutus
nec quasi vir obiurgans. Delin-
quentes etenim obiurgasset, si digni
ipsa obiurgationis gratia fuissent.
Sed tamen in doctrina atque silentio
sit meritorum tanta diversitas ut
sciri facile non possit utrum ex audi-
toris culpa an ex eius vitio qui doct-
oris locum videtur tenere et doctri-
ne sermo subtrahatur. Certe aliud
nobis quia ... semper in rebus
dubiis humilitas iubetur. Ut et quod
loqui possumus non extolla-
mur ne fortasse hec ipsa locuti-
onis nostre gratia non nobis sed au-
ditoribus nostris collata sit. Rursus
quod loqui non possumus humiliter nobis

amissi sunt minime nos diiudicent
ne fortasse non ex nostro sed expectatio-
ne audientium loqui minime possumus.
Quando ergo nobis cuncta de meritis
nostris incerta sunt ut unam certam
gratiam teneamus, quatenus et nos
qui loquimur ex omnipotentis dei do-
no hoc esse non nostrum meritum putemus
et quando a locutione doctrine obmutesci-
mus, cuius nostra culpa sit nos tam
hanc esse nostram specialiter credamus,
ut dum vicissim mala nobis tribui-
mus et bona aliis per ipsam humili-
tatis gratiam fiat ut doctrine sermo qui
ablatus fuerat redeat. Sequitur: Cum
autem locutus fuero tibi, aperiam os tu-
um et loqueris ad eos: Hec dicit
dominus deus: Qui audit audiat, et
qui quiescit quiescat, quia domus ex-
asperans est. Sepe quidem verbum dei
audire despiciunt, sed dum alios
conspiciunt aurem avertere et iam
ipsi a salutis auditu declinantur.
Et plerumque multi quiete aspere
atque a cunctis mundi huius actibus
vacare stultis iam terrenis desi-
deriis succumbere sed dum vident alios in
quiete agendo proficere atque in hoc
mundo divitiis et honoribus extol-
li quia nec dum in via rectitudinis
firmi sunt ad prima opera ex alio-
rum exemplo dilabuntur. Hinc e-
nim est quod in typo infirmancium psal-
mista loquens dicit: Mei autem pe-
ne moti sunt pedes, pene effusi
sunt gressus mei quia zelatus
sum in peccatoribus pacem peccatorum
videns. Hinc item dicitur: Abiit sibi
metipsa super omnem montem excel-
sum et sub omni ligno frondoso et
fornicata est ibi et dixi cum fecisset
hec omnia ad me convertere et non est rev-

reversa. Ubi statim subditur: qualiter ex emulacione eius et iam Iuda cecidit, que stare videbatur. Nam enim et vidit prevaricatrix soror eius Iuda quia pro eo quod mechata esset aversatrix Israhel dimisissem eam et dedissem ei libellum repudii, et non timuit prevaricatrix Iuda soror eius, sed abiit et fornicata est etiam ipsa. Ecce misericordis dei contempnitur et vocat adversantibus se. Unum in loco apertius peccanti dicit: Ad me convertere, et tamen non est conversa. Sed quia omnipotentem deum plebs israhelitica deseruit, reverti nolens libellum repudii accepit. Deseruit videlicet peccando. Sed libellum repudii accepit in iniquitatibus sine flagello remanendo. Anima enim que peccat recedit. Sed si eam post peccatum prosperitas sequitur, nulla disciplina, nulla districtionis increpacio revocat ad cor. In divisione quam inter se et deum fecit et iam libellum repudii accepit, ut iam velut aliena derelicta [illegible]iat mala que vult, zeli dei flagella non senciat, quatenus ad eterna supplicia profundius descendat. Sed soror eius Iuda, quando dimissam israhelitam plebem in suis voluptatibus videt, ipsa quoque in audaciam fornicacionis exarsit. Cum enim aspexit adulteram in sua perversitate florere, et iam ipsa non timuit deterius peccare, atque a coniunccione domini quasi a viri legitimi cubili recedere. Unde nobis necesse est ut peccantes quosque consideremus amplius miseros quando eos in culpa sua sine flagello derelictos. Hinc enim per Salomonem dicitur: Aversio parvulorum interficiet eos, et prosperitas stultorum perdet illos. Cum enim

a deo avertitur et prosperitas tanto perdicior sit proximus quando a zelo disciplinae invenitur alienus. Dicatur ergo: qui audit audiat, et qui quiescit quiescat, quia domus exasperans est. Nec si aperte dicat: Vos qui iam et verba vitalia auditis et a prava cepistis actione quiescere, nolite illos imitari quorum me exasperari moribus videtis. Nam et intelligi aliter possumus. Quidam enim verbum audientes non audiunt, quia aurem ad sacrum eloquium ponunt, sed cor ad mundi desideriis non evellunt. Et sunt nonnulli qui quiescentes minime quiescunt, quia a pravis quidem actibus ociosi sunt corpore, sed perversitatem operum ex delectacione versant in mente. Hinc enim est quod de Iudea ad captivitatem perveniente scriptum est: Viderunt eam hostes et deriserunt sabbata eius. Hostes quippe sabbata derident, quando maligni spiritus ociose menti pravas cogitaciones immittunt, ut si quiescat ab opere, non quiescat a malorum operum delectacione. Recte ergo nunc dicitur: Qui audit audiat, quatenus sic fiat sermo in aure corporis ut sonet in aure cordis. Et qui quiescit quiescat, ut pravitatis desideria repellantur a cogitacione, cum iam repulsa videntur ab opere. Ubi ne malorum, sicut diximus, exempla sequamur, adiungitur: quia domus exasperans est. Mali autem et si diu tollerantur, subito corruunt, et eorum penas infirmi conspiciunt, ne quorum culpas impunitas existimant imitentur. Unde hic quoque eiusdem Iudee desolacio subiungitur que do

mus exasperans vocatur Cum pro
tinus prophete suo dominus dicat Et tu
fili hominis sume tibi laterem et
pones eum coram te et describes
in eum civitatem iherusalem et ordina
bis adversus eam obsidionem
et edificabis munitiones et com
portabis aggerem et dabis cont
eam castra et pones arietes in gi
ro et tu sumes tibi sartaginem
ferream mitte inter te et civitatem et
obfirmabis faciem tuam ad eam
et erit in obsidionem et circumda
bis eam Signum est domus israhel
In quibus videlicet verbis quia ali
quo iuxta hystoriam nisi ierosolimitane
urbis obsessio atque destructio desig
natur et peccatis populi afflictio
exprimitur qui domus exasperans
vocatur cum apte diceretur ordina
bis adversus eam obsidionem et
edificabis munitiones et compor
tabis aggerem et dabis contra e
um castra et pones arietes in gy
ro Sed quia verba prophete sic plerum
que narrat historica ut per hec mi
stica describant oportet ut hec ea
dem dicta que pretulimus spiritualiter
disseramus maxime quia in eis
interponitur quod teneri posse ad
litteram non videtur cum dicitur et tu
sume tibi sartaginem ferream et
pones eam murum ferreum inter
te et civitatem et obfirmabis fa
ciem tuam ad eam et erit in obsi
dionem Nisi enim rebus hystoricis
mistica insererentur quod sartago fer
rea prophete necessaria fuit ut hanc in
ter se et civitatem poneret quatenus
se ab eius obsidione separaret cum
enim dicatur sume tibi sartaginem
ferream et pones eam murum ferre
um inter te et civitatem aperte decla
ratur quia per eandem sartaginem

ferream ab obsidione civitatis prophe
ta se liberum reddat Unde et quod postea
subiungitur et obfirmabis faciem tuam
ad eam et erit in obsidionem ex qua
re ostenditur quia propheta in eadem
obsidione non erit si sartaginem fer
ream inter se et civitatem murum
ferreum ponat et certe sive in ea ca
ptivitate que prius sive in ea quam post
modum israhelitico populo contingit nul
lus ab eisdem captivitatis periculo libe
fuit sed omnes simul pari calamitate
involuit Quid ergo intelligi iuxta litteram
potest ut propheta inter se et civitatem
que obsidenda est sartaginem ferream
ponat Ecce quamvis omne hoc quod in de
scriptione lateris sub signo ierosolimita
num civitatis legitur iuxta litteram fa
ctum sit Nobis tamen sciendum sit
est quia aptam aliquid per sartagi
nem figuratur Sed et obsessio ierosoli
morum vera describitur Ex qua re instrui
mur ut dum ad complenda misteria hys
toria a tone vacat cognoscimus
in sacro verbo utraque tenuamus Conte
mus ad obsessionem ierosolimorum
que iuxta litteram postmodum facta
est in prophete verbis et fit eandem
esse signata et cum per eandem obs
idionem obsidio alia id est interior desi
gnetur in qua iure querimus quod
per sartaginem ferream que murus
ferreus dicitur valeat designari Ie
rusalem itaque obsidionem qua ierosolimorum
civitas destructa est iam fac
tam novimus Sed nunc alia inim
secus que cotidie agitur requiramus
de qua per significationem dicitur et tu fi
li hominis sume tibi laterem et po
nes eum coram te et describes in eo
civitatem ierusalem Sed cum nobis
inquirendum est cur ezechiel pro
pheta vel quotiens sublimia con

spirat vel quodcumque aliqua agere mis-
tice iubetur prius filius hominis appel-
latur. Sepe enim sublevatur ad celes-
tia in occultis namque invisibilibus rebus
eius mens pascitur. Necesse ergo est ut
inter occulta que penetrat filius
hominis vocetur ut semper agnoscat
quod est et nequaquam extollatur de hiis ad
que ducitur. Quid est enim prophete ad
spiritualia sublevato ut semper fi-
lium hominis dicere nisi eum infirmi-
tatis proprie memorem facere ut ex con-
sideracionis infirme elevari in condici-
one non debeat de magnitudine
contemplacionis sue. Quia vero
idem propheta ut et supra iam dix-
imus typum predicatorum vel doc-
torum tenet. Recte ei nunc dicitur
Sume tibi laterem et pones eum
coram te. Omnis etenim doctor cum
terrenum quempiam auditorem ad
celestis verbi doctrinam suscipit la-
terem assumit. Cui dum loqui cepit
que sit retribucio celestis patrie. Que
visio pacis superne civitatem nostram
describit in latere. Quem coram se po-
nit quia intenta mente quali-
tatem audientis considerat i. pro-
fectum vel defectum conspicit et
iuxta eius intelligenciam predica-
cionis sue verba moderatur ut de-
scribi in audientis mente civitas
nostra i. visio pacis possit. Dicatur
ergo Sume tibi laterem videlicet
primum cor terrenum pones eum coram
te s. ut iuxta eius intellectum illud
intenta mente custodias et descri-
bas in eo civitatem nostram ut ei que
sunt superna gaudia de visione pa-
cis innotescas. Quasi enim iam Ihe-
rusalem in latere scripta est cum
terrena mens cepit que sit illa
interne pacis gaudia vera cogno-
scere et ad conspiciendam gloriam pa-

trie celestis anhelare quasi in ter-
ra visio pacis describitur quando mens
que prius terrena sapuerat per amo-
rem iam ad contemplandam gloriam
regni celestis elevatur. Sed mox
animus amare celestia ceperit,
mox ut ad visionem pacis interne
tota se intencione collegit. Tunc
quia ille adversarius qui de celo
lapsus est invidet et insidiari
amplius incipit acriores quam
consueverat temptaciones admo-
vet ita ut plerumque sic resisten-
tem animam temptet sicut ante
numquam temptaverat quando
possidebat. Unde scriptum est fili
accedens ad servitutem dei sta in
iusticia et timore et prepara animam
tuam ad temptacionem. Unde et
demoniacus qui a domino sanatur
ab exeunte demone discerpitur
sicut scriptum est. Et clamans et mul-
tum discerpens eum exiit ab eo.
Quid est quod obsessum hominem an-
tiquus hostis quem possessum non
discerpserat deserens tunc discer-
pit nisi quod plerumque dum de corde
expellitur acriores in eo tempta-
ciones generat quam prius excita-
verat quando hoc quietus possi-
debat. Unde israhelite quoque ad
moysen et aaron dicunt Videat
dominus et iudicet quoniam fetere feci-
stis odorem nostrum coram pharaone et ser-
vis eius et prebuistis ei gladium
ut occideret nos. In moyse enim
et aaron lex et prophetie figura-
te sunt et sepe apertis mandatis
animus quasi contra sacra eloquia
murmurat. Quia postquam
verba celestia audivit et sequi cepit
regis egipcii adversitas id est
maligni spiritus temptacio excrevit.

Debet ergo vigilanter praedicator animae
quam illam temptationes
sequantur innotescere ut cautam
se valeat contra maligni spiritus
insidias praeparare unde bene mox
post descriptam civitatem Ierusalem in
latere dicitur construere et ordinabis
adversus eam obsidionem et edi-
ficabis munitiones et comporta-
bis aggerem In qua iam eam praedica-
tionis verbo descripsit ei necesse est ut
temptationum bella nuncientur
Nam ut valeat ad illa paradisi
gaudia etiam pertingere hanc hic
proculdubio oportet tribulationum cer-
tamina multa sustinere de quibus
nunc dicitur ordinabis adversus eam
obsidionem praedicator quippe contra
eandem animam obsidionem
ordinat cum praemunendo indicat
quibus sibi modis vitia virtutibus
opponantur quod luxuria castita-
tem feriat qualiter ira tranquil-
litatem animi perturbet quantum
inepta laetitia rigorem mentis
dissolvat qualiter multiloquium
munitionem cordis depravat quo-
modo invidia caritatem interfici-
at quemadmodum superbia ar-
cem humilitatis effodiat qua-
liter fallacia cum veritatem dis-
simulatione corrupit hanc etiam cogit-
atione corrumpat ut qui verum
dicere noluit quod intellexit iam
nec intelligat quod dicere valeat
ordinatur ergo a praedicatore obsidi-
o cum per sanctae ammonitionis
verba singulis quibusque temptatio-
nibus que vel quibus modis vi-
tia insidientur denunciat Et con-
tra eam quam descripsit in latere prae-
dicator munitiones edificat cum
mala quaeque quae mundata contra
mentem veniant demonstrat
ut sese vitia sub virtutum specie
abscondant quatenus sicut saepe
iam diximus immoderata ira iusti-
tia videri appetat et disciplinae re-
missio mansuetudo videri velit
et tenacitas sese parsimoniam nomi-
net et inordinata rerum effusio
se benivolentiam appellet quasi e-
nim edificare contra mentem muni-
tiones sunt quando vitia sub virtutis
specie excrescunt et in alto se osten-
dunt per ymaginem quae in vero iacet
semper per actionem Unde huc quoque
additur Et comportabis aggerem
Quo enim mens desiderare celes-
tia cepit eo in illam maligni spiritus
temptationibus suis terrenas a-
plius cogitationes exaggerant
propheta ergo aggerem comportat
cum praedicator sanctus bonis men-
tibus qualiter terrena desideria
subripere solent denunciat Cui quoque
adhuc additur Et dabis contra eam
castra et pones arietes in gyro
Quasi dat contra animam doctor
castra quando malignorum spiri-
tuum contra eam collectas atque adu-
natas complicia insidias indicat ut
aliquando non solummodo ex uno sed ex
amentis magis simul temptet Na-
sunt quedam vitia quasi per que-
dam sibi cognationem propinqua
sicut dissolutio spiritus appetitus gu-
le et immunditia luxurie sicut
multiloquium fallacia atque periuri-
um ex dissolutione spiritus quippe
mens ad ingluviem ventris rapi-
tur et dum cibis venter extenditur
ad luxuriam caro trahitur superbie
ad captiva Et rursum ex multi-
loquio fallacia generatur quia

Valde difficile est ut qui multa lo-
quitur non etiam mentiatur et sepe
mendacium et pluris tegitur ut ante
humana iudicia veletur. Superbia quoque
esse sine invidia atque inanem gloria
nullatenus potest. Superbus etenim quisque
quia honorem quem ipse ambit aliis
invidet et cum hunc fortasse op-
timum erit in elacionem glorie tem-
poralis attollitur atque quod alios quasi
superat minime perpendit posuisse hoc
se per inanem gloriam gaudet preeminens
habere. Sciendum quoque est quia
sepe nonnulla vicia ad mentem
non simul veniunt sed supponuntur
ut unum alteri in temptacione suc-
cedat et aliud contra faciem veniat
aliud vero temptacione se ex latere
subiciat quatenus dum alteri resis-
titur ab altero mens decepta ca-
piatur. Ipsa enim que superius dixi-
mus vicia pleraque se alia per alios
furtive supponunt sicut nonnumquam
dum iram vincere in nobismetip-
sis conamur plus quam necesse est
lenitas mentem occupat ut asp-
eritatem peccantibus quam oportet
minime proponat. Sepe vero dum nobis
messe incauta lenitas displicet
zelus se in furorem iactat atque
extra paciencie limitem animum
captivum rapit. Quia ergo permixta
simul vicia atque adunata contra
mentem veniunt recte in predicato-
ris ore contra deceptam ursum castra
proponuntur. Et quia aliquando sin-
gula hinc inde sensum feriunt
in gyro arietes ordinantur. Ponit
ergo predicator arietes in gyro dum
tunc denunciat quam blande
luxuria palpat cum aspere impa-
ciencia occidit quod laboriose avari-
cia attendit et incremat quam

tum de superbia extinguit. In
gyro itaque arietes ponere est predi-
cando ostendere qui undique se ob-
leant circa nos mucrones viciorum
feriunt. Sequitur: Et tu sume tibi
sartaginem ferream et pones
eam murum ferreum inter te et in-
ter civitatem. Quia ferrum forte
metallum est et in sartagine
cibus frigitur, quid per sartaginem
ferream nisi spiritualis zeli for-
tis fervura signatur? Omnis quip-
pe spiritalis zelus doctoris ani-
mum frigit quia valde cruciatur dum
infirmos quosque eterna deserere
et rebus temporalibus delecta-
ri conspicit. Quam bene Paulus
sartaginem ferream sumpserat
cum zelo animarum cruciatus di-
cebat: Quis infirmatur et ego non
infirmor, quis scandalizatur et
ego non uror? Ipsum suum cor
animarum zelo succenderat. Quid
aliud quam sartaginem fecerat
in quo amore virtutum contra
vicia ardebat? Quod enim urebatur
sartago erat. Inardescebat enim
mens et coquebatur quia macerabatur
amaritudine sed virtutum a-
limenta parabat ex sua afflicta
cogitacione. Sed quid est quod ean-
dem sartaginem propheta inter se
et civitatem murum ferreum ponit
nisi quod isdem fortis zelus qui
nunc in mente doctoris agitur
in die extremo iudicii murus eius
et munimen quia a viciis zelatur te-
stis est erit et si audire is qui do-
cetur noluerit doctor cum per ze-
lo que exhibet de auditores ne-
gligencia reus non sit. Murum
ergo ferreum inter se et civitatem

ponit quoniam in ulcionis tempore
inde doctor a dampnacionis pe-
riculo munitur unde nunc per zeli
custodie cordis frixuram patitur.
Nullum quippe omnipotenti deo
tale est sacrificium quale est zelus
animarum hinc enim psalmista
ait Zelus domus tue comedit
me. Quantum vero frixura cordis
que per spiritualem zelum agitur omnipo-
tentem deum placeat apte osten-
ditur cum offerri per legem sim-
ila in sacrificium iubetur de qua
scriptum est In sartagine oleo asper-
sa frigetur et offeretur cali-
dam in odore suavissimum domino
sacerdos qui patri iure successe-
rit et tota cremabitur in altari.
Tunc enim simila in sartagine fri-
gitur cum munda mens iusti
per zeli sancti ardorem crematur que con-
spergi oleo precipitur id est carita-
ti nunc inseri que in conspectu
omnipotentis domini ardet et lu-
cet. Conspergatur ergo oleo mens
que in sartagine frigitur quia
sancti zeli districcio necesse est
ut ex misericordie virtute et ardeat
et clarescat. Amat enim eundem
ipsum quem insequi videtur
Unde et calida in odore suavis-
simum domino offerri precipitur quia si
amorem zelus non habet cali-
dam que in sartagine offeratur calo-
rem simila amisit. Et notan-
dum quibus eam offerre precipitur
videlicet sacerdos qui patri in-
re successerit Ille enim sacerdos
patri iure succedit qui esse se om-
nipotentis dei filium moribus demon-
strat atque a nobilitate animi o-
perum suorum ignobilitate non dis-
crepat que in altari tota cremari
precipitur ut videlicet holocaustum
fiat. Holocaustum enim totum incen-
sum dicimus unde in translacione
altera hoc in loco dicitur et omnis simi-
la que in sartagine frigitur holocau-
stum fieri iubetur. Hoc autem inter
holocaustum et sacrificium distat quod
omne quidem holocaustum sacrifici-
um est non omne sacrificium holo-
caustum. Sunt enim multa bona
que aguntur sacrificia sed holocau-
sta non sunt quia totam mentem
in amorem spiritualem minime incen-
dunt. Qui enim sic operantur ea que
dei sunt ut tamen et quedam que
sunt seculi non relinquant minimum
sacrificium et non holocaustum offe-
runt. Qui autem cuncta que mun-
di sunt deserunt et totam mentem
igne divini amoris incendunt t(ales)
hii nimirum omnipotenti deo sacri-
ficium autem holocaustum fiunt. Si-
mila itaque in sartagine est mun-
da mens iusti in zeli spiritualis afflic-
cione que per sollicitudinem cure
frigitur et non solum sacrificium
sed etiam holocaustum domino esse
deputatur. Sumamus ergo sartagi-
nem ferream et ponamus eam
murum ferreum inter nos et civita-
tem id est assumamus zelum fortem
ut inter nos et auditores nostros
animum inveniamus hunc post-
modum forte munitionem. Tunc enim
nos hunc murum ferreum inventuri
sumus si nunc eum fortem tenemus
videlicet docendo custodiendo sua-
dendo increpando mulcendo ter-
rendo aliquando leniter aliquando vero et lar-
gius? severius agendo De qua severi-
tate recte subditur Et obfirmabis
faciem tuam ad eam et erit in obsidi-

onem Quid est obfirma faciem
ad illum in latere despecta nisi ut ei
anime cui celestis pacis visione
doctor denunciat Si adhuc eam in-
firmari in suis actibus conspiciat
remissiorem et clemenciorem se mi-
nime ostendat Unde scriptum est
filie tibi sunt serva corpus earum
faciem hylarem non ostendas eis ad
illas Infirme quippe anime atque
ad appetitum mundi dedite aliquan-
do melius ex severitate frenantur
ut obfirmata facies per custodiam
severitatis ab omni spe sobole re-
missionis abducta inconstanciam
animam terreat atque a delectacione
viciorum districcionis rigor con-
stringit Cum enim a doctore agitur
semper curandum est ut dulcedo benigni-
tatis in corde teneatur contemnus et ul-
tum auster et misericordia contineri eum
per elacionem superbiat Cui tamen amo-
rem suum et humilitatem per utili-
tate eius prodere recusat Sequitur
Et vallabis eam Circumvallat doc-
tor afflictoris animam cum in omne
quod in hac vita agitur temptacionum
laqueos apponi posse denunciat ut
dum ubique sit mens pavida un-
dique circumspecta quanto timi-
dior tanto vigilancior innuat Se-
quitur Signum est domus israhel
Si ad historiam obsidionis que
iuxta literam facta est respiciamus
signum est domus israhel quod propheta
ta facit Si ad ministerium quod cot-
tidie pro dominum sanguinis animam a doc-
tore agitur signum est domus israhel
et hoc quod agitur et hoc quod agendo
nunciatur Quia sicut domus
israhel obsidionem corporaliter pertulit
ita una queque anima que iam ser-
vire omnipotenti deo incipit obsi-
dentes se insidias malignorum
spirituum sentit uiquibus si uere ei
pi appetit scire debet quia eripi su-
a virtute non possit Sed eius
necesse est ut adiutorium speret
qui nos et in carne corruptibili
invenientes per redempcionis sue
misterium potest eciam super spiritus
qui sunt sine carne roborare
Ihesus xpistus dominus noster qui vivit
et regnat cum patre in unitate
te spiritus sancti deus per omnia
secula seculorum Amen

Quia multis curis
premientibus eze-
chiel prophete librum
coram caritate
vestra totum per ordi-
nem perscrutari non licuit leni-
uris desideriis placuit petere
ut saltem eius extremam visio-
nem que ei facta est de edificio in mon-
te constituto que et cunctis
est visionibus eius obscurior
exponi debuisset Et quidem
voluntati vestre me parere ne-
cesse est Sed duo sunt que hac
in re perturbant animum meum
quod et eadem visio tante ob-
scuritatis nebulis tegitur ut
vix in ea aliquid intellectu
intra lucere videatur aliud quod
iam agilulfum longabardorum
regem ad obsidionem nostram sum-
mopere festinantem padum trans-
isse cognoscimus Unde pensare
fratres karissimi in caliginosis ac
misticis sensibus penetrare
quod valeat mens insperi[?]·tur

siue perturbacionibus occupatam
Cum enim circa terrena plus satagit
tanto in hys que sunt celestia
minus videt pro eo quod animus su
us extra se ducitur et valde min
minor est Quia sicut scrip
tum est Deprimit terrena habi
tacio sensum multa cogitantem
Qui enim superiora cogitare eciam
collectus non sufficit pensare quid
agere poterit dimissa Prius autem
omnes quia et fluvius qui simul
in rivis dividit a suo alve
o siccatur Sed tamen inventa hec ad
est superna gracia et si mentem
meam cogitacionum mearum ponde
ra deprimunt votorum tamen penne
desideriorum elevat obscurum
quippe valde est opus quod aggre
dimur Sed ponamus in animo
quia nocturniter agimus restat
ergo ut hoc palpando carpa
mus

In vicesimo et quinto anno trans
migracionis nostre in exordio
anni decima mensis quartode
cimo anno postquam percussa
est civitas ipsa hac die facta
est super me manus domini et
adduxit me illuc Dicturus
mistica narracione hystoriam
premittit ut signat ex tempore
quod accedat in revelacione No
tandum vero quod in exordio libri hu
ius quo anno prophetare cepit
indicavit In fine vero instru
it quia extremam visionem
vidit ita ut cognosci valeat
in quot annis prophetie sue
librum duxit Tempus quoque
quo propheta recepit in locucio

nis sue inicio posuit dicens A
perti sunt celi et vidi visiones dei
in quinta mensis ipse est annus
quintus transmigracionis regis
Joachym Nunc vero loquitur dicens
In vicesimo et quinto anno transmi
gracionis nostre Idem namque prophe
ta in captivitate prima cum Joachym
rege fuerat in babiloniam trans
ductus Nam de secunda Ierosoli
morum captivitate subiungit Quarto
decimo anno postquam percussa est
civitas Undecim quippe annis
Sedechias post captivitatem pri
mam in qua propheta ezechiel
cum Joachym rege ductus est in
Ierosolimorum urbe regnaverat
post captivitatem vero eiusdem
Sedechie que iam secunda erat ur
bis captivitas Quartodecimo anno
propheta visionem ultimam videbat
Undecim itaque et quatuordecim
simul iuncti faciunt viginti et
quinque Si igitur visionem primam quin
to captivitatis prioris anno locu
tus est atque hanc ultimam vice
simo et quinto anno factam fuis
se describit profecto patet quod in vigin
ti annis locucionis sue moras
usque ad ultimam eius visionis ver
ba tetenderit Nec movere quem
piam debet quod in medio prophetie
sue voluminis cum de babilonico
rege loqueretur Vicesimi ac sep
timi anni memoriam facit
quo in loco cum nichil de tempore
sue captivitatis interserit aperte
demonstrat quia eius regis tem
pora describebat de quo prophetiam

acceperat. Cur uero ait in exordio
anni decima mensis tempus sim
pliciter exprimit. ut ex ipso quo quo
tempore in corda audientium mate
riam ubi radicem figat. ex quo
spirituales fructus postmodum pro
ferat. Notandum uero quod ait quar
todecimo anno. postquam percussa est
ciuitas ipsa hac die. Quid est enim
quod per hanc visionem ultimam omni
potens deus ea ipsa die dignatus
est permissionis sue misteria fa
cere. qua die percussa ciuitate ira
iusticie impleuit. nisi quod illa di
uinitas que in diuersitatis motum
et mutabilitatem non ducitur ea
ipsa luce iusticie afflictos ac pe
nitentes viuificat qua superbi
entes ac rigidos percutit. Premis
so itaque visionis sue tempore subiungit
Facta est super me manus domini
et adduxit me illuc in visionibus
dei. adduxit me in terram israel et
dimisit me super montem excelsum
nimis. super quem erat quasi edifi
cium ciuitatis uergentis ad austrum
Cuius videlicet ciuitatis edifici
um accipi iuxta litteram nullatenus
potest. Nam paulo post subdit.
hoc ipsum edificium calamo sex cu
bitorum et palmo. portam uero eiusdem
edificii quatuordecim cubitis in
sinuatam. Cuius porte frontes ex
hibet sexaginta cubitorum. Que
cuncta stare iuxta litteram nulla
tenus subdit valent. Quo
modo enim totum edificium calamo
id est sex cubitis et palmo mensu
ratur et porte edificii in quatuor

decim cubitis. frontes uero porta
rum in sexaginta cubitis ex
tenduntur. Porta in ciuitate est.
frontes uero in portis. et nulla re
rum ratio permittit. quia minus
est hoc quod continet ab eo quod con
tinetur. In scriptura autem sacra
et ea que accipi secundum historiam
possunt. plerumque spiritualiter intel
ligenda sunt ut et fides habe
atur in veritate historie. et spiri
tualis intelligentia capiatur
de misteriis allegorie. Sic etiam
quemque nouimus quod psalmista dicit
Quoniam videbo celos tuos. opera digi
torum tuorum. lunam et stellas quas
tu fundasti. Ecce enim in exterio
re consideratione stat sermo eius
quia et celi opera dei sunt. et luna
ac stelle ab eo create atque fun
date fundate sunt. Sed si hoc
psalmista iuxta sola exteriora
opera. et non etiam secundum intellectum
misticum asserit. qui celos opera
dei esse professus est. dicturus lu
nam et stellas. cur non etiam solem
quem premimus. quia eius opus est
pariter enumerauit. Si enim
iuxta solam litteram loquebatur
dicturus luminare minus prius
luminare maius debuit. id est
solem et post lunam atque stellas
fundatas esse perhibere. Sed quia
iuxta intellectum misticum loque
batur ut lunam scilicet ecclesiam et
stellas omnes sanctos accipere debe
mus solem nominare noluit
cuius videlicet ipsi eterno soli
loquebatur. de quo scriptum est

Vobis autem qui timetis deum
orietur sol iusticie de quo reprobi
in fine dicturi sunt, Sol iusti-
cie non ortus est nobis. Dicen-
do ergo lunam et stellas quas tu
fundasti. Et tamen tacendo solem
qui factus est indicatur. Cum
illi soli locutus est qui non solum
solem et lunam atque stellas corpo-
raliter, sed etiam lunam ecclesiam at-
que stellas omnes sanctos spiritualiter
fecit. Si ergo cum aliquid de est his-
torie apta ratione ducimur ad intel-
lectum allegorie quanto magis il-
la spiritualiter accipienda sunt. In
quibus iuxta racionem littere his-
toricum nichil sonat. Facta est super
me manus domini et adduxit
me illuc in visionibus dei.
Manus enim virtutem potestatis
visionem vero ipsam quam accepe-
rat revelacionem significat.
Manus quippe in visione est
virtus in contemplacione celesti-
bus urbis quod apte indicatur
nisi quia nichil de civitate
quam indicat iuxta litteram dicit
sed tamen spiritualiter de ea loquitur
quam spiritualiter contemplatur. Et
dimisit me super montem excel-
sum nimis. Quem ergo significat
mons excelsus nimis nisi me-
diatorem dei et hominum hominem
Ihesum Christum. Qui de terra quidem
sed ultra terram est quia caro equi-
dem redemptoris nostri de omnibus
habet materiam sed in summis per-
manet ex potestate. Quem nimis
erat ut excelsum diceret nisi

adhereret nimis. Quia non solum
homo sed eiusdem humanitatis con-
ceptione que adeo assumpta
est deus homo non solum homo ultra
homines sed etiam homo super angelos
factus est. Unde et de illo per Ysaiam
dicitur: In die illo erit fructus ter-
re sublimis. Creator etenim noster quia
pro nobis incarnatus est fructus
terre factus est nobis. Sed iam fructus
terre factus est sublimis, quia homo na-
tus in terra super angelos regnat
in celo. Quia iuxta David et Pau-
li vocem: Omnia subiecit sub pedi-
bus eius. In eo enim quod fecit omnia
nichil dimisit. Non solum ergo mons
ergo iste est et excelsus et nimis
quia et si de terra est per substanciam
humanitatis incomparabilis in-
comprehensibilis. Quia et si de terra
est per substanciam humanitatis tamen est
ex altitudine divinitatis. Hinc est
enim quod eundem dominum cum Ysaias per
prophetiam prospiceret in terram ven-
turum per prophetie spiritum sublevatus a-
it: Et erit in novissimis diebus pre-
paratus mons domus domini in vertice
montium. Domus enim domini israheli-
tarum populus fuit. Mons itaque
domus domini ille appellatus est
qui ex israhelitico populo incarna-
ri dignatus est. Fuerunt autem
in eodem populo sancti viri qui montes
vocarentur, quia per vite
meritum ad celestia preminebant.
Sed incarnatus unigenitus istis
montibus equalis non fuit, quia
naturam unitam naturam omnium ex sua
divinitate transcendit. Unde et

iste mons super verticem montium dicitur quia excelsus ex divinitate sua inventus est etiam super cacumina prophetarum. Ut hii qui multum in deo profecerunt eius vestigia vix potuissent tangere ex vertice cogitacionis. Cum ergo ille mons super verticem montium dicitur, ipse nunc nos excelsus nimis esse prohibet. Sequitur. Super quem erat quasi edificium civitatis vergentis ad austrum.

Notandum quod non dicitur super quem erat edificium sed quasi edificium, ut videlicet ostenderetur quod non corporalis sed spiritualis civitatis edificio cuncta dicerentur. Cum enim non edificium sed quasi edificium videri se prohibet, cor audiencium ad spiritualem fabricam mittit. Sic per psalmistam dicitur: Jerusalem que edificatur ut civitas. Quia etenim illa interne pacis visio ex sanctorum civium congregacione consistit, velud celestis ut civitas edificatur. Que tamen in hac peregrinacionis terra dum flagellis percutitur, tribulacionibus tunditur, eius lapides cottidie quadrantur. Et ipsa est civitas, scilicet sancta ecclesia, que regnatura in celo adhuc laborat in terra. Unde civibus petrus dicit: Et vos tamquam lapides vivi superedificamini. Et paulus ait: dei agricultura, dei edificacio estis. Que videlicet civitas habet hic in sanctorum moribus magnum iam edificium suum. In edificio quippe lapis lapidem portat

quia lapis super lapidem ponitur, et qui portat alium portatur ab altero. Sic itaque, sic in sancta ecclesia unusquisque et portat alium et portatur ab altero. Nam vicissim se proximi tollerant, ut per eos edificium caritatis surgat. Hinc enim paulus ammonet dicens: Invicem onera vestra portate et sic adimplebitis legem Christi. Cuius legis virtutem denuncians ait: Plenitudo legis est caritas. Si enim vos portare negligo in moribus vestris et vos tollerare me contempnitis in moribus meis, caritatis inter nos edificium unde surget, quos inter nos dilectio per pacienciam non coniungit?

In edificio ut predximus lapis qui portat portatur. Quia sicut ego illorum mores tollero qui adhuc in conversacione boni operis rudes sunt, ita ego quoque ab illis tolleratus sum qui me in timore domini precesserunt et portaverunt ut portatus portare discederem. Sed ipsi quoque a maioribus suis portati sunt. Lapides vero qui in summitate atque extremitate fabrice ponuntur, ipsi quidem portantur ab aliis sed alios nequaquam portant. Quia et hii qui in fine ecclesie, id est in extremitate mundi nascituri sunt, tollerantur quidem a maioribus ut eorum mores ad bona iniciata componantur, sed cum eos non sequitur

qui per illos perficiunt. Nullus autem super se fidelis fabrice iam lapides portat. Sunt itaque a quibus portantur a nobis. Nos vero portati sumus ab aliis. Omne autem pondus fabrice fundamentum portat. Quia mores simul omnium solus redemptor noster tollerat. De quo paulus ait: fundamentum enim aliud nemo potest tollere preter id quod positum est quod est christus ihesus. Portat fundamentum lapides et a lapidibus non portatur quia redemptor noster omnia mala tollerat. Sed in ipso mali nichil fuit quod tollerari debuisset. Unde bene nunc dicitur: dimisit me super montem excelsum nimis super quem erat quasi edificium civitatis. Quia mores et culpas nostras ille solus sustinet qui totam sancte ecclesie sue fabricam portat. Qui per prophete vocem de passione adhuc venientibus dicit: laboravi sustinens. Non autem sustinendo dominus laborat cuius divinitatis potencia nulla fatigacio contingit. Sed verbis humanis loquens ipsam suam circa nos paciencia laborem vocat. Et notandum quod eandem civitatem quam propheta conspexit ad austrum vergentem vidit. Auster enim ventus quia in sancti spiritus typo poni soleat hic quasi sacro studiosi sunt recognoscunt. Sic econtrario per aquilonem sepe dyabolus designatur quia et ille relaxat in calore et hic restringit in frigore. Et veritas dicit: habundabit iniquitas et refrigescet caritas multorum. Propheta quoque de iudea asserit dicens: Sicut frigidam facit cisterna aquam sic frigidam facit maliciam suam. Hinc enim dicitur propheta eodem attestante dixisse perhibetur: Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Et quia torpore mentes sancti spiritus gratia relaxat, hinc psalmista ait: Converte domine captivitatem nostram sicut torrens in austro. Captivitas enim nostra que torporis frigore ad sequendum deum pigra remanserat per calorem sancti spiritus relaxatur ut currat in amorem dei. Unde et nunc dicitur quia civitas que in monte constructa est ad austrum vergit. Quia electorum cotidie cogitaciones suas in afflatu sancti spiritus aperit atque ab omni superbie sive vicii descendendo in deo cui credit amoris calorem concipit ut nichil ei debeat nisi eius gracie subiungi cuius dilectione celesti eius afflatu semper interne repleri. Unde et valido amore succensus contemplator dicebat: Anima mea exultabit in domino et delectabitur super in salutari eius. Qui ex latine salutaris ipse hebraice ihesus

dicitur. Propheta igitur quia uias eius
atque miracula redempcionis nostre
mysterium per prophetie spiritum contem-
plabatur exultare se in domino et de-
lectare super ihesum christum perhibuit quia de
gaudium in mente conceperat et
de per amorem fortiter ardebat. Post eos
itaque sancti uiri spiritualium patrum
in illo delectati sunt, qui nec-
dum uenerat. Et prouidebatur cuius
reatus sit eius uias. cuius exe-
mpla eius monita. post quam uenit
et redempcionem exhibuit non
amare. Hec ergo ciuitas ad aus-
trum uergere dicitur. Ac si aperte dice-
retur. Ex fronte illa ciuitas scilicet
synagoga in infidelibus suis ad
aquilonem stetit, que in frigore perfi-
die durauit. Sancta ergo ecclesia que cari-
tatem fidei concepit per calorem ad
austrum uergit et quasi calido uen-
to inuitur. quia non in sua fiduci-
a. sed in dono spiritalis gratie letatur.
Sequitur. Et introduxit me illuc.
celestis ciuitatis edificium ille in-
trat qui in sancta ecclesia bonorum
uias imitando considerat. In-
trare quippe est edificium super mon-
tem electos sancte ecclesie qualiter in
deo proficiant amando considerare.
Iste enim qui maritali coniugio ligatus
dicat propriis rebus contentus est
aliena non diripit. de suo quid-
quid preualet indigentibus largi-
tur. peccata sua quibus cottidiana
uita a coniugatis duci non potest
flere non negligit, pro eo enim quod ip-
sa familiaris cura animum gerebat

se se ad lacrimas excitat. Ille uero
iam cuncta que sunt mundi deseru-
it. nil eius habere appetit. solius
contemplacionis exercitatione pas-
citur spe premiorum celestium ad lacrimis
letatur. transscendit ipsa eciam que
habere concessa sunt. cottidianam
ac domus habere fecerat. querit
nulla eius animum pretereuntis mun-
di cura perturbat. mentem semper
in expectacione celestium gaudiorum
dilatat. Alius uero iam huius mun-
di cuncta deseruit cuiusque mens in
contemplacione celestium suble-
uatur. Sed in per edificatione multo-
rum locum regiminis tenens quod rebus
preterientibus ex desiderio non suc-
cumbit. ad eas aliquando propter pro-
ximorum compassionem reflectitur.
ut ex earum cura indigentibus mi-
nistretur. Verbum uite auditoribus
predicat. animabus suis et corpori-
bus necessaria ministrat. et qui
propter se ad celeste desiderium iam
per contemplacionem euolat ad-
huc tamen prouectu et utilitate pro-
ximorum in rebus temporalibus
laborat. Unusquisque ergo in sancta
ecclesia considerare sollicite stu-
det. ut aut in bonorum coniuga-
torum uita, aut in arce continen-
cium et omnia que sunt huius
mundi delinquencium aut eciam
magis predicatorum sublimitate qualiter
proficiat iam ciuitatis in mon-
te posite edificium intrauit.
Alia qui considerat meliorum
uitam ut proficiat negligit ad

hunc extra fabricam stare et sic ho
norem quem iam sancta ecclesia in mundo habet
admiratur quatenus edificium foris con
spiciat et obstupescat. Et quia ex
nationibus solus intentus est intus
ingressus non est. Sequitur. Et
ecce vir cuius erat species quasi species
eris. Ipse significatur in viro qui fi
guratur in monte. Vir autem iste
metiri edificium dicitur. Et recte
dominus per virum significatur et montem
quia et ipse omnia metitur sanctam
ecclesiam iudicando disponit et
ipse eandem sanctam ecclesiam portat
et portando ad celestia sublevat.
Sic in sancto quoque ewangelio ipse
redemptor noster loquitur dicens.
Qui intrat per ostium pastor est
ovium. Et paulo post. Ego sum
hostium. Atque iterum post pauca sub
iungit. Ego sum pastor bonus.
Si igitur ipse pastor et ipse hostium
et intrat pastor per ostium. Cur
non hoc in loco et ipse mons et
ipse vir intelligitur qui edificium
metitur in monte. Sed quoniam
nobis est. Cur de hoc viro dicitur
cuius species erat quasi species eris.
Scimus autem novimus speciem metal
li eris valde esse durabile at
que omnium metallorum sonorum. Quid ergo est
quod aspectus mediatoris dei et ho
minum speciei comparatur eris nisi hoc
quod apte novimus quia unigeni
tus filius formam servi accipiens
fragilitatem carnis humane per
resurrectionis sue gloriam vertit
in eternitatem quia in eo caro
facta est iam post resurrectionem durabi

lis est. Nam surgens a mortuis ia
m non moritur et mors ei ultra non do
minabitur. Quid est autem quod ipsa eius
incarnatio sonoro metallo et
ad loco comparatur nisi quod per eandem
assumptionem humanitatis nostre
insonuit omnibus gloria maiesta
tis sue et quia aspectum eris habet
in corpore quia deus mundo innotu
it ex carne. Unde et per Iohannem dicitur
habebat in vestimento et in femo
re suo scriptum. Rex regum et dominus do
minantium. Quid enim vestimentum
eius est nisi corpus quod sumpsit
ex virgine. Nec enim aliud vestime
ntum eius est atque aliud ipse. Nam no
stra quoque vestimentum caro dicitur.
Sed nos ipsi nos sumus caro qua ves
timur. Hoc autem vestimentum illius
longe ante Ysaias aspiciens per
cruorem passionis sanguine cruen
tum dixit. Quare rubrum est indu
mentum tuum et vestimenta tua
quasi calcantium in torculari. Cui
ipse respondit. Torcular calcavi solus
et de gentibus non est vir mecum.
Solus enim torcular in quo cal
catus est calcavit quia sua po
tencia eam quam pertulit passionem
vicit. Nam qui usque ad mor
tem crucis passus est de morte
cum gloria surrexit. Bene autem
dicitur et de gentibus non est vir
mecum. Quia hii pro quibus per
venerat passionis eius esse par
ticipes debebant quia pro eo quod il
lo tempore in deum crediderant
discipuli in passione quievit quorum
inter illa passione querebatur presen

minus non fragrantes carnis est. Quia ergo per fragrantiam generis humani sicut generationum ordines Matheo et Luca narrantibus describuntur, in hoc mundo venit ex virgine et per incarnationis misterium sue qua rex est et dominus cunctis ubique gentibus indicavit. In femore et vestimento scriptum habuit Rex regum et dominus dominancium. Cum enim sunt do innotuit ibi de se lectionis scripturam inscripsit. Predicatio ergo eius ex carne quasi quidam species ex ere est. Dicatur igitur recte: Cuius species eius quasi species eris. Sequitur: Et funiculus lineus in manu eius. Ipse magnitudinem instrumentibus funiculus lineus non habet. Sed funiculus cementariorum, eorum scilicet in hac spiritali translatione ad exponendum tenemus. Quid aliud cementarios quam sanctos doctores accipimus, qui loquendo spiritualia ad celeste edificium vivos lapides id est electorum animas componunt. Tales enim antiqui patres, tales prophete, tales apostoli, tales apostolorum successores locuti sunt. Quid alius fuit quam compositio lapidum in hac que cotidie construitur fabrica sanctorum. In funiculo autem cementariorum hoc agi solet ut cognoscat qualiter vel recte surgentis parietis habeat, et si lapis intus est foras eiciatur. Si exterius prominet intus revocatur. Et hoc cotidie agit predicator doctor ut unaqueque anima cui regiminis onera suscipere fortasse non expedit, etiam si foris apparere appetat intus revocetur, et virtutis que latere

velit et sui tumoris curam gerere, si sibi ac multis esse utilis potest, cum in latere desidetur, exterius producatur ut appareat. Sicque fit ut sanctorum lapidum ordo teneatur, dum sepe et volens ad honorem venire repellitur, et honorem fugiens in sacris ordinibus ante sublevatur. Sed quia sicut per interpretem in Hieronimi hebreorum historia non habet cementariorum sed funiculus lineus in manu eius, et quod apud nos certius habetur exponere debemus. Scimus autem quod funiculus lineus subtilior est quam si funiculi fiat aliunde. Et quid in funiculo lineo nisi subtiliorem predicationem id est spiritualem debemus accipere. Censura etenim legis funiculus fuit sed lineus non fuit, quia videlicet pluribus non subtili predicatione coercuit, in quo penitentia non pro cogitationibus sed operibus resecavit. Ut postquam per semetipsum dominus etiam cogitationes hominum predicando religavit et peccatum esse peccatum etiam in corde innotuit, funiculum lineum in manu eius tenuisse. Audistis enim quia dictum est antiquis: Non mechaberis. Ego autem dico vobis, quia qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. Funiculus ergo est lineus predicatio subtilis que videlicet audientes ligat, ne se vel in immunda cogitatione dissolvat. Et no

canduum quod dicitur quia et funicu
lus in manu est, id est praedicatoris operatione. In se enim ostendit omne
quod docuit. Sicut scriptum est: Que
cepit Ihesus facere et docere. Et quia
ipse que dixit etiam scripture com
didit ut ad posteros mandarentur
recte subiungitur: Et calamus men
sure in manu eius. De scriptura etenim
prophetarum aliud dies pollicetur dicens:
Orietur in ea viror calami et iun
ci. Quod in alio loco exposuisse me
memini ut per calamum scriptores per
iuncum non decenter auditores intel
ligi. Sed quia ad humorem aque
et iuncus et calamus nasci solet
quia ex una eademque aqua
utraque proficiunt. Et calamus qui
est ad scribendum assignatur, iun
cus vero scribi non potest. Cum iun
co et calamo accipere debemus
nisi quod una est doctrina veritatis
que multos auditores irrigavit.
Sed irrigati alii ad hoc usque in ver
bo dei proficiunt ut etiam scriptores
fiant, videlicet tamquam calami.
Alii non probum vite audiunt et
bone spei et rectorum operum viri
ditate tenent, sed hi ad scribendum
proficere nullatenus possunt. Hii
in aqua dei nisi quidam ut ita
dicam iunci sunt, qui quidam
viri dicendo proficiunt sed libros ex
primere nequaquam possunt. Redemp
tor igitur noster quia verba que dixit
etiam per doctorum studium scribi lar
gitus est, in manu calamum
tenuit, qui calamus mensure

dicitur quia ipsa doctorum studia sub
quadam occulti iudicii dispensatione
retinetur, ut et aliis legentibus pro
desse non possint. Cum sancti apostoli cum
magistro veritatis sibi presente et
aliis legentibus loquerentur, aperte
requirerent cur turbis in parabolis
loqueretur audierunt: Quia vobis datum
est nosse misterium regni dei, illis
autem non. Vel certe calamus men
sure est, quia in ipso sacro eius
eloquio quod nobis conscriptum est oc
cultas esse dispensationes agnos
cimus. Nam per incomprehensibi
le eius iudicium et alter in mensuram
electorum mittitur, et alter foras re
linquitur ut nullo modo ad electorum
numerum pertinere mereatur. Habet er
go funiculum, habet in manu ca
lamum mensure. Qui enim funicu
lo loco metitur, alibi funiculum
trahit, alibi inde retrahit, hinc
ducit. Sic nimirum, sic redemp
tor noster in collectione hominum
facit, dum alios a sinu misera
tionis eruat, alios in sua iniqui
tate derelinquit. In his enim quos
colligere dignatus est occulte
mensure funiculum traxit, et ab
his quos relinquendos esse iudi
cavit quid aliud nisi funicu
lo retraxit, ut et boni intra
mensuram celestis fabrice tenea
ntur et mali extra fabricam, in qui
bus bona que existimavit non sunt,
quasi sine mensura remaneant.
Cum funiculo et mensure cala
mum in manu sua redemptor noster

tenuit. Cum paulum apostolum per apparentem virum macedonem admonere dignatus est, ita ut isdem macedo vir diceret: Transiens adiuva nos. Et tamen volentes apostolos ad praedicandum ire in asiam non permisit spiritus ihesu. Quid est quod sancti apostoli et ibi vocantur ire ubi fortasse pergere non cogitabant, et illuc ubi desiderabant pergere ire prohibentur, nisi quia occulti iudicii funiculus et mensurae calamus tenetur in manu, ut et alii pluries audiant et alii nullatenus audire mereantur? Funiculus quippe mensurae est qui alio tractus est, aliunde retractus. Sed quoque ewangelio teste didicimus quod venit qui diceret: Magister, sequar te quocumque ieris. Cui responsum est: Vulpes foveas habent et volucres celi nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Venit alter qui diceret: Magister, sine me prius ire et sepelire patrem meum. Cui dicitur: Sine mortuos ut sepeliant mortuos suos; tu autem sequere me et annuntia regnum dei. Quid est quod ille promittit se ire et deseritur, iste domum vult redire et tamen ut sequi debeat iubetur? Ille non suscipitur, iste nec ad horae momentum ad obsequium relaxatur, nisi quia occulti iudicii dispensatione funiculus et mensurae calamus dicitur in quo et iste trahitur et ille relinquitur, ut celestis fabricae non sit

pio et iusto examine constituatur. Potest etiam calamus mensurae scriptura sacra per eos intelligi, quod quisquis hanc legit in ea semetipsum metitur, vel quantum in spiritualem profecit virtutem, vel quantum a bonis quae praecepta sunt longe distinctus remansit; quantum iam assurgat ad bona facienda, quantum iam adhuc in pravis actibus prostratus iaceat. Sequitur: Stabat autem in porta. Quisquis in porta stat, ex quadam parte intus est, ex quadam foris, quia ad eius foris aspicitur, aliud vero intus abscondit. Redemptor noster itaque incarnatus pro nobis misericorditer ante humanos oculos quasi in porta stetit, quia et per humanitatem visibilis apparuit, et se se invisibilem in divinitate servavit. Hunc enim iudaei qui hunc ex prophetia et promissione sustinuerant, prae die suae confusione turbati, quia eum quem ad ereptionem suam venire crediderant mortalem videbant. Qui igitur in porta stat, sicut superius dictum est, ex qua parte foris, ex quadam vero parte intus videtur. Unde nec ipsa iudaeorum perfidia sine divinitatis est ostensione derelicta, quia miracula eius videntes trahebantur ut crederent. Sed rursum passiones illius perpendentes dedignabantur deum credere quem carne mortalem videbant. Unde factum est ut de eius cognitione dubitarent. Videbat enim

sitientem comedentem bibentem
lassescentem dormientem et pu
rum hunc hominem esse estimabant
videbant mortuos suscitantem
leprosos mundantem cecos illumi
nantem demonia eicientem et
esse hunc ultra homines sentie
bant. Sed ipsa eius miracula
in eorum corde cogitata huma
nitatis perturbabant. Quasi facti
etiam sub sponsi voce hunc ap
te iam unde desideratus ait: Ecce
ipse stat post parietem nostrum. Quasi ex
humanis oculis hoc quod de
mortali natura assumpsit os
tendit et in seipso invisibilis
permansit. In aperto se vide que
rentibus quasi post parietem stetit
quia videndum se manifestata
maiestate non prebuit. Quasi enim
post parietem stetit qui huma
nitatis naturam quam assumpsit
ostendit et divinitatis naturam
humanis oculis occultavit. Qui
et illic subditur: Respiciens per
fenestras prospiciens per cancel
los. Quisquis enim per fenestras
vel per cancellos prospicit nec
totus videtur nec totus non vi
detur. Sic sic nimirum redemp
tor noster cum dubitantium oculos
factus est quia miracula faci
ens si nichil pertulisset ut ho
plene eis apparuisset deus
et rursum humana patiens si
nulla fecisset ut deus purus
putaretur. homo sed quia et divina
fecit et humana pertulit quasi
sed per fenestras vel per cancellos ad
homines prospexit ut deus et appa
reret ex miraculis ut lateret ex pas
sionibus et homo crederetur ex passioni
bus sed tamen esse ultra homines ex
gratiam non queratur. De eadem quippe
sancta ecclesia scriptum est: Penne columbe
deargentate et posteriora dorsi eius
in specie auri. Que enim hic spiritus man-
suetudinis repleta quasi columba
pennas deargentatas habet. Posteri-
ora dorsi eius specie auri continet
quia hic predicatores suos sermonis
luce induit. In postera autem seculo
fulgorem in se claritatis ostendit.
Sed in hoc quod clarius intus ostenditur

qualis sit ascensus adiungitur
cum de eodem ferculo protinus sub-
ditur: ascensum purpureum. Qui dum sanguine
tingitur non inmerito in colore
sanguinis videtur. Et quia magna
multitudo fidelium in exordio na-
scentis ecclesie per martyrii sanguinem
pervenit ad regnum. Rex noster
ascensum purpureum fecit in fercu-
lo quia ad claritatem que intus aspi-
citur per tribulationem sanguinis
pervenitur. Quid ergo nos miseri
qui ab omni fortitudine desti-
tuti quasi otiosi sumus. Ecce in hoc
ferculo columpne esse non possumus
quia in nobis nec fortitudo operis
nec lumen eminet predicationis. Re-
clinatorium aureum non habemus quia
nec dum sic oculos intellectus spiritua-
lem regem in eterne claritatis aspi-
cimus. Ascensus purpureus non
sumus quia pro redemptore sangui-
nem fundere non valemus. Quid ergo de no-
bis agendum est, que spes erit
si nullus ad regnum pervenit nisi
qui summis preditus virtutibus fu-
erit. Sed adest quoque nostra
consolatio. Caritatem quam possu-
mus deum diligamus proximum et
simul quoque nos ad dei fercu-
lum pertinemus. Quia sicut illic scriptum
est: media caritate constravit.
Habe quippe caritatem et ibi sine du-
bio pervenies ubi et columpna ar-
gentea erigitur et ascensus pur-
pureus tenetur. Nam quia hoc
propter nostram infirmitatem dicitur
apte monstratur cum illic protinus
subditur: propter filias ierusalem.

Domus enim dei, que non filios
sed filias dicit, quid aliud per sexum
femineum quam mentium infirma sig-
nantur? Unde illic rursus columnas
argenteas, reclinatorium aureum
et ascensum purpureum, media
caritatis dicitur propter filias Ierusalem. Et
hic intra thalamos, per quos tha-
lamos designantur qui et qui in vir-
tutibus infirmantur, sed ipsa bona
que faciunt cum caritate non
negligunt, a dei edificio alie-
ni non sunt. Sequitur: Et limen porte
iuxta vestibulum porte intrinsecus
a thalamo uno. Quod limen quod modo de-
scribitur iuxta vestibulum porte in-
trinsecus esse memoratur, aperte os-
tenditur quia limen quod prius descriptum
est extrinsecus fuit. Sed si porta
est dominus, quid sic limine porte intrin-
secus et extrinsecus regulamus? Per
limen etenim portam unusquisque
ingreditur. Et que sunt duo hec
limina nisi patres testamenti veteris
et patres testamenti novi? Non so-
lum quippe hic de omnibus dominus in-
carnari signatus est, sed omnes
testamenti veteris patres porte limi-
na fuerunt, quia hunc quem con-
predicare et in eo spiritaliter venire
runt, aditus ad eum venientibus
apparuerunt aditum fidei, et omnes
qui crediderunt dominum, quasi per por-
tam huius liminis intraverunt.
Sed cur ante limen exterius et post
limen interius dicitur, nisi prius testa-
menti veteris patres et postea novi testa-
menti doctores fuerunt? Recte autem
limen exterius testamenti veteris
patres designat, et postmodum no-

vi testamenti doctores fuerunt. Recte
autem limen exterius testamenti veteris
patres designat, quia per eorum predicatio-
nem opera prava punita sunt, per doctri-
nam vero novorum patrum unusquisque ac-
tius et ab illicitis cogitationibus
coherceri, quod interius esse prius est
in deliberatione cordis ostenditur.
Illi quippe a flagitiis, a crudelita-
tibus, a rapinis audientium animas
prohibere curaverunt. Isti vero dominum non so-
lum prava opera, sed etiam illicitas cogita-
tiones resecant. Quod nobis aliud
nisi limen intrinsecus facti sunt?
Unde et ipsa veritas loquitur dicens: Au-
distis quia dictum est antiquis: Non
occides; qui autem occiderit, reus e-
rit iudicio. Ego autem dico vobis, quia
omnis qui irascitur fratri suo sine
causa, reus erit iudicio. Recte quoque
et exterius limen patres illos designat
qui ab ipsa incarnatione redemp-
toris nostri per intervalla temporum
longius constiterunt. Et quidem ab
Abel sanguine passionis, caput ec-
clesie, et una est ecclesia electorum prece-
dentium atque sequentium. Sed nos quia
discipulis dicitur: Multi reges et pro-
phete voluerunt videre que vide-
tis, et non viderunt, antiquis pa-
tribus quasi foris stetisse est re-
demptoris nostri presentiam corporaliter
non vidisse. Exterius igitur, sed tamen
non divisi a sancta ecclesia fuerunt, qui
a mente operis predicatione ista iam
fidei sacramenta tenuerunt. Istam
sancte ecclesie celsitudinem conspexerunt
quam nos non adhuc prestolando sed re-
trospecto conspicimus. Sicut enim nos
ex preterita passione redemptoris nostri,
ita illi per fidem in eadem ventura

salvati sunt. Illi ergo foris non extra mysterium, sed extra tempus veritatis erant. In constructione tabernaculi ut columpne argentee intus starent, paxilli aeri signi per circuitum exterius missi sunt. In quibus tabernaculi religati funes tenerentur. Columpne itaque argentee interius, paxilli vero aeri exterius in circuitu figuntur, atque in ipsis funes ligati sunt, ut tabernaculum fixum maneret, quia videlicet ut sancti apostoli in luce sermonis sui solidi starent, ut totum tabernaculum, id est sancta ecclesia, in fidei integritate consisteret, tamquam paxilli aerei patres testamenti veteris ac prophete exterius fixi sunt, qui verborum suorum funibus predicatorum mentes in soliditate stringerent atque ipsum dei tabernaculum in statu fidei ligarent. Extra ergo paxilli sunt, quia ante tempus humane redemptionis fuerunt. Sed tamen eos ligant qui in ipsa sunt, quia dum celestia mysteria ventura predicunt, hec postquam ostensa sunt credibilia omnibus fecerunt. Ergo intus columpne inmobiles stetere, foris paxilli funes continent, quia ut sancti apostoli post incarnationem domini de mysterio ardenter illorum predicatio obtinuit, quod hoc prius quam fieret et viderunt et predicare potuerunt. Unde recte quoque ipse primus apostolorum, scilicet magna columpna veri tabernaculi, loquitur dicens: Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis intendentes, quasi lucerne lucenti in caliginoso loco. In quibus verbis indicatur quod a quibus ad alta surrexit, ex columpne ibi religata perstat in fide. Que tamen lucerna prophetici sermonis, quia non nisi intelligentibus lucet, sicut adhuc non intelligentibus cooperta allegoriarum obscuritatibus premitur, verum etiam per psalmistam de eisdem dictis prophetarum dicitur: Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Quia videlicet occulta est sciencia in prophetis. Nec immerito columpne argentee, paxilli vero aeri facti sunt, quia quod clare iam apostoli predicant, hoc prophete sub intellectu mystico obscure locuti sunt. Recte ergo per eris metallum signati sunt qui clari in suis predicationibus non fuerunt. Sancti vero apostoli, quia de redemptoris nostri mysterio lucem predicationis habuerunt, argenteis columpnis expressi sunt. Et notandum quod argentum sonat et lucet, es vero sonat et non lucet, quia predicatores novi testamenti aperte locuti sunt quod etiam monstrare potuerunt; predicatores vero testamenti veteris, quia per allegoriarum umbras de celestibus mysteriis obscura dicta protulerunt, quia sine luce sonum dederunt. Cum ergo illic per paxillos et columpnas hoc nunc per limen exterius et limen interius designatur. Cum vero porta scriptura sacra hoc loco accipitur, ipsa quoque duo limina habet, exterius et interius, quia in litteram dividitur et allegoriam. Limen quippe scripture sacre exterius littera, limen vero eius interius allegoria. Cumque enim per litteram ad allegoriam tendimus, quasi a limine quod est interius venimus. Et sunt in ea per multa que ita iuxta litteram interim edificant, ut per hoc quod exterius agitur audientis mens interius

tractatur. Ibi quippe invenimus
provocamenta operis et exempla
virtutis. Ibi quippe videtur quod
agere et corporaliter debeamus. I-
bi hoc quod ad operandum capitur i-
psorum actionum fortium actione mon-
stratur, ut postquam nos per actionem
precepta atque exempla iustorum
ad bonam operacionem instructi
fuerimus, tunc ad limen intus
id est ad intellectum misticum interne con-
templacionis tendamus. Si pa-
ssimus per se mentis studere quod
flere, fratres karissimi dei verba velud meditari
nolite despicere. Scripta nostri redemp-
toris que ad nos missa sunt
multum valde est quod per ea animus
refricatur ad calorem, ne iniquita-
tis sue frigore torpescat. Cum
in illa precedentes iustos fortia
egisse cognoscimus, et ipsi ad
fortitudinem bone operacionis atti-
gitur. Sacrorum exemplorum flamma
anima legentis incenditur. Videns
que fortia ab eis facta sunt et
valde indignatur sibi quia talia
non imitatur. Unde recte sponsi voce
ad sponsam in canticis cantico-
rum dicitur: Sicut turris david
collum tuum que edificata est cum
propugnaculis suis. Mille clipei
pendent ex ea omnis armatura
fortium. In collo etenim guttur,
in gutture vox est. Quid enim per
collum sancte ecclesie nisi sacra eius
eloquia designantur. In qua dum
mille clipei dependere memoran-
tur, per hunc perfectum numerum uni-
versus ordinatur quia universa
nostra munimina in sacro eloquio
continentur. Ibi quippe sunt precepta

dei, ibi exempla iustorum. Si enim torpens
animus a conditoris sui desiderio,
audiat quod dicitur: Diliges dominum deum
tuum ex tota mente tua et ex tota
virtute tua. In odio fortasse labitur
proximi, audiat quod dicitur: Diliges pro-
ximum tuum sicut teipsum. Si res aliena con-
cupiscitur, audiat quod illic scriptum est:
Non concupisces rem proximi tui.
Si iniuria que a proximi ore vel facto
illata est ad iram mentis incenditur,
audiat quod dicitur: Non queras ultionem
nec memor eris iniurie civium tuorum.
In carnis concupiscentiam male
sauciata mens succenditur, ne sequa-
tur oculus mentem, audiat quod pau-
lo superius dictum est: Qui viderit mu-
lierem ad concupiscendum eam iam me-
chatus est eam in corde suo. Contra
inimicum forsitan quisque animum
suum relaxare disposuit in odium,
audiat quod illic scriptum est: Diligite
inimicos vestros, benefacite hiis qui
oderunt vos. Sed hiis qui aliena
iam non rapit adhuc sed propria sua
inordinate retinet, audiat quod
illic dicitur: Vendite que possidetis
et date elemosinam. Infirmatur
anima per suum desiderium domino simul et
seculo, audiat quod illic scriptum est:
Nemo potest duobus dominis servire.
Alius non ad necessitatem stipen-
dii sed ad voluntatem desiderii pro
possessa retinent, audiat quod illic
dicitur: Qui non renunciaverit omnibus
que possidet non potest esse meus dis-
cipulus. Quidam enim relinquunt
omnia, multi etiam possidendo re-
nunciant, quia sic ad usum pos-
sessa retinent ut eis ex desiderio
non succumbant. Torpet quippe.

appetit et laborem subire pro domo
etiam dei spiritualem refugit. Audiat quod
illic scriptum est: Qui mecum non colligit
spargit. In collo ergo ecclesie, id est in sacri
eloquii predicatione, que per sua in
munitione et altitudine turri David si
milis dicitur, mille clipei dependent,
quia quot illic precepta sunt, tot etiam
pectoris nostri munimina. Ad suadendam
itaque innocentiam etiam lesi a proxi
mo portare in humilitate festinamus,
Abel ante oculos veniat, qui occisus
a fratre scribitur, quem non legitur reluc
tatus. Mentis munditia et a coniu
gali copula eligitur, Enoch debet
imitari, qui et in coniugio positus
ambulavit cum deo et non inveniebatur,
quia transtulit illum deus. Ad preceptum
dei festinamus prius vite utilitati pre
ponere, Noe ante oculos veniat, qui
cura domestica postposita ex visio
ne omnipotentis domini per centum annos
ad arcem fabrice vacavit. Occu
patus subire obedientiam virtute
nitimur, conspicere Abraham debemus,
qui relicta domo cognatione patria
obedivit exire in locum quem accep
turus erat in hereditatem, et exiit
nesciens quo iret, qui paratus
extitit ut pro eterna hereditate dilec
tum quem acceperat occideret heredem.
Et quia unicum deo offerre non distu
lit, innumeram multitudinem generationum
in semine accepit. Morum simplici
tas placet, Ysaac ad mentem ve
niat, quem in omnipotentis dei ocu
lis vite sue tranquillitas orna
vit. Laboriosa fortitudo ut optine
ri debeat queritur, Jacob ad memori
am deducatur, qui postquam fuerat
fortiter sine homine ad eam contra virtutem

proiectus est, ut non potuisset a lu
ctante angelo superari. Conantur
carnis illecebras vincere, Joseph
redemptionem redeat ad memoriam,
qui temptante se domina studuit
carnis continentiam etiam cum vite
periculo custodire. Unde factum
est, ut quia membra sua bene no
verat regere, regendo quoque omni
Egipto preesset. Mansuetudinem atque
patientiam obtinere querimus, Moy
sen ante oculos deducamus, quod ex
ceptis parvulis et mulieribus sex
centa milia armatorum virorum
regens mitis fuisse describitur super
omnes homines qui habita
bant super faciem orbis terre. Multi
tudinis zelo contra vitia accendimur,
Finees ante oculos deducatur,
qui coeuntes gladio transfigens
castitatem populum reddidit et iram
dei iratus placavit. De spe omni
potentis dei presumere in dubiis
querimus, Josue ad memoriam
revocemus, qui dubia certami
na certa mentis firmitate su
biit, ad victoriam sine dubietate
pervenit. Iam mentis immacu
latam compositionem cupimus in benig
nitate animum dilatare, Samu
el in cognitione deducatur, qui
in principatu deiectus a populo
cum idem populus peteret ut pro eo domino
preces effunderet, respondit dicens:
Absit a me hoc peccatum in domino
ut cessem orare pro vobis. Culpa
quippe vir pius perpetrare se cre
didit, si eis quos adversarios pa
tiebatur usque ad electionem benig
nitatem gratie non reddidisset i

pirete Cum iussu ei iuberet dominus
mitteretur ut David ungeret in re-
gem respondit: quomodo vadam? Audi-
et me enim Saul et occidet me.
Et tamen quia irritum dei eidem Sauli
cognoverat, in tantum sese luc-
tu afflixerat ut ei per se dominus
diceret: Quousque tu luges Saulem
cum ego abiecerim illum. Pensemus
ergo eius animum quantus ardor
caritatis incenderet qui et illum
flebat a quo timebat occidi.
Caveamus autem volumus quem time-
mus. Sollicite nobis inde pen-
sandum est ne si locum fortasse re-
perimus malum pro malo reddamus
ipsi quem fugimus. David ergo ad
memoriam redeat qui persequen-
tem se regem et invenit ut
potuisset occidere et tamen in spe
feriendi potestate positus elegit bo-
num quod ipse deberet facere, non autem
malum quod ille merebatur pati di-
cens: Absit a me ut mittam ma-
num meam in christum domini. Et cum
Saul eidem post ab hostibus fu-
isset interemptus eum quem persecu-
torem dum viveret pertulit flevit
occisum. Exstantibus huius mun-
di potentibus libere loqui discer-
nimus Iohannis auctoritas ad ani-
mum revocetur qui Herodis nequitiam rep-
rehendens pro ubi rectitudine occidi
non timuit. Et quia Christus est veri-
tas ipse ideo pro Christo quia pro veritate
animam posuit. Carne iam magis
pro deo ponere in mortem festinamus.
Petrus ad mentem veniat qui inter
flagella gaudet qui certis princi-
pibus resistit qui vitam suam pro ui-

ta despicit. Cum mortis apparatu dispo-
nimus adversa contempnere, Paulum
ante oculos deducamus qui non so-
lum alligari sed et mori paratus pro Christo
non facit pretiosiorem animam suam quam se.
Quatenus cor nostrum igne caritatis que-
rimus, loquamus verba pensemus quod
omne quod loquitur caritatis igne va-
poratur. Arma ergo in voce sicut ex-
quirimus, cum liber querimus munimine
virtutis invenimus: Mille clipei pen-
dent ex ea omnis armatura fortium.
Si enim pugnare contra spiritalia nequi-
tia volumus in collo ecclesie que nobis
facit David turris erecta est in
divino eloquio protectionis arma
requiramus ut ex discretione precep-
ti contra vitia sumatur virtus adiu-
tor. Ecce enim contra acies potestates
festinamus fortes existere. In hac
turri armaturam mentis inve-
nimus ut inde precepta conditoris
inde sumamus exempla precedenti-
um, per que contra adversa vos nos
inexpugnabiliter armemur. Dum
[illegible] quilibet subire virtute
aperte et hanc illic a patribus iam
impletam videt, ibi armaturam ma-
nifestam invenit per quem contra spiritalia bella
munitur, dependent in ea quippe
mille clipei. Si quis pugnare appe-
tit assumat et exeat, virtute pa-
trum muniat et in eorum iacula emit-
tat. Et notandum quia edificata
cum propugnaculis suis dicatur. Nec quip-
pe agunt propugnacula quod clipei que
a utraque pugnatores muniunt. Sed
inter utraque distat quia clipeus per
nos munimine ubicumque volumus
movemus propugnaculo autem defe-

que possumus. Sed hoc movere non possumus. Clipeus in manu est, nam propugnaculum non tenetur. Quid ergo inter propugnacula et clipeos distat, nisi quod in sacro eloquio patrum precedentium et miracula legimus et virtutes bonorum operum audivimus? Ubi namque cognoscimus quia alius potuit mare dividere, alius solem figere, alius mortuum suscitare, alius paraliticum verbo erigere, umbra egrotos curare, alius per sua semicinctia infirmantium febribus obviare; quia tamen dulcedines et pacientie longanimitatis mites et zelo rectitudinis fervientes fuerint, ubi predicatione doctores sanctos et misericordie largitate ... qui vera de deo dixerint testantur miracula, quia talia per illum non facerent nisi de illo vera narrarent. Et quam pii, quam humiles, quam benigni extiterint, eorum testantur operationes. Sed ergo de fide testamentum quam ex illorum predicatione accepimus loquuntur miracula que speramus, et in fide quam ab eis accepimus confirmamur. Quid ergo illorum miracula nisi nostra sunt propugnacula? quia et muniri per illa possumus, et tamen hec in manu nostri arbitrii non tenemus, nam talia facere non valemus. Clipeus vero in manu est et defendit, quia virtus pacientie, virtus misericordie, precedente nos gratia et in potestate est arbitrii et a periculo protegit adversitatis. Turris itaque nostra cum propugnaculis suis edificata est, in qua mille clipei pendent, quia in scriptura sacra et sub miraculis patre-

a iaculo adversitatis abscondimur et conversationis sancte munimina et in manu operis tenemus. Notandum vero quod limen porte uno calamo mensuratur. Calamus autem sex cubitis et palmo tenditur, quia videlicet in scriptura sacra et doctrina perfecte operationis et initium superne contemplationis invenitur. Sive porta hoc loco unusquisque predicator accipitur: limen exterius in porta est vita activa, limen vero interius vita contemplativa. Per illam quippe ambulatur in fide, per hanc vero festinatur ad speciem. Illa extinguat ut unusquisque bene vivere debeat, omnibus ista predicat ut ex bona vita ad gaudia eterna pertingat. Hec nos hodie tractasse sufficiat. Cum enim transeuntes ad alia diu per excessum locuti simus, ea que subiecta sunt lectioni alterius refovenda reparandi per plenarium speramus in verbo, qui vivit et regnat ad patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen.

Explicit omelia xv. Incipit xvi.

Vir cuius erat species quasi species eris mensus est vestibulum porte octo cubitorum et frontem eius duobus cubitis. Ac ne hoc vestibulum extra portam esse crederemus, subditur: Vestibulum autem porte erat intrinsecus. Quid ergo per intrinsecus vestibulum nisi eterne vite latitudo signatur, que modo intra angustias vite presentis iam per spem mentis concipitur, de qua per psalmistam dicitur: Intrate po-

tas eius in confessione atria eius
in ympnis confessioni. Cum enim
peccata nostra per lacrimas confitemur
anguste vite portam ingredimur.
Sed cum post hec ad eternam vitam
perducimur porte nostre atria in con
fessionis laudibus intramus quia
ibi iam angustia non erit ac nobile
tate eterne sollemnitatis assump
ti iam confessionis nostre angus
tias dilatamus. Intrare per angus
tam portam. Et ac se psalmista re
cepi in latitudine gaudii eterni
presumens dicebat: Statuisti in loco
spacioso pedes meos. Ad atria ergo
per portam tenditur quia in latitu
dine sollemnitatis pervenitur
ab angustia confessionis. Illa
itaque gaudia que apud David
atria, apud Ezechielem vestibulum
minoris vocantur, cum et hoc
ipsum vestibulum octo cubitis dicitur
mensuratum. Ibi enim omnes recipi
endi sunt qui nunc in exactio
operis laborant et ad eterna gau
dia per contemplationis gratiam
suspirant. Nec immerito mensura ve
stibuli in octo cubitis ponitur
quia septem diebus universum tempus
evolvitur. Eterna etenim dies que ex
pleta septem dierum vicissitudine
sequitur, octava est. Unde etiam
psalmista resurrectionis diem
considerans quia de extimi iudi
cii erat districtione locuturus
premisit titulum dicens: In finem David
psalmus pro octava. Ut enim quam
octavam diceret demonstraret diem
illum tremendi examinis in psalmi
inchoatione secutus dicens:
Domine ne in ira tua arguas me

neque in furore tuo corripias me. Modo
quisquis enim per flagella corripitur
et correptionibus emendatur, in man
suetudine corripitur non in ira. In
districto autem illo examine omnes ar
guendi atque corripiendi in furore et in
ira sunt quia venia post correpti
onem non est. Huius octonarii mis
terii causa est quod post sabbatum dominus volu
it a morte resurgere. Dies quippe
dominicus qui tertius est a morte domini
a conditione dierum vocatur octavus
quia septimum sequitur. Unde et ipsa
vera redemptoris nostri passio et
vera resurrectio signavit aliquid
de suo corpore in diebus passionis
sue. Sexta enim feria passus est,
sabbato quievit in sepulcro, domini
co autem die resurrexit a morte.
Presens etenim vita nobis adhuc
sexta est feria, quia in doloribus
ducitur et in angustiis cruciatur.
Sed sabbato quasi in sepulcro quies
cimus quia requiem anime post
mortem invenimus. Dominico vero
die in quo a passione tertio a con
ditione ut diximus octavo iam cor
pore a morte resurgimus et in gloria
anime etiam cum carne gaudemus.
Quod ergo nunc salvator noster fecit
in se, hoc veraciter signavit in no
bis ut nos et dolor in sexta et requi
es in septima et gloria exaltet in
octava. Hinc per Salomonem dicitur:
Da partem septem necnon et octo
quia ignoras quod malum futurum
sit super terram. Partem etenim simul
septem et octo damus quando sic ea que
septem diebus evolvuntur dispo
nimus ut per hec ad bona eterna ve
niamus, ut dum modo caute agitur

postmodum veniendi tenendi meta
quia nunc dimittitur. Octo itaque cubitis
mensuratur vestibulum interioris
quia per lucem que post .vii. dies
sequitur latitudo nobis eternitatis
aperitur. Sed nemo ad illam venit
nisi qui hic dilectionem dei ac proximi
devota mente tenuerit. Unde et sub-
ditur. Et frontem eius duobus cubitis.
Frons etenim porte est bonum mun-
de vite presentis. Sicut enim vestibulum in-
terioris eterna regna debet intelli-
gi, ita per frontem porte nunc est qua-
litatem visibilis vite signari. Frons
ergo porte duobus cubitis mensura-
tur, quia quisquis hic dilectionem dei
et proximi servaverit ipse ad eternitatis
aditum pertingit. Vita igitur nostra
ut duobus sit cubitis mensurata
tenendi cotidie per caritatem debet in
amorem dei simul et proximi. Non est
enim caritas vera si minus a duobus
cubitis habet. Unde Moyses cum per
colores vestium electorum virtutes expri-
meret ornamenti pontificali-
bus tinctum coccum iubet adhiberi.
Cocco namque per colorem ignis caritas
designatur, que semper per flammam
amoris accenditur. Sed coccus bis
tingitur, quia non solum ex amore dei
sed etiam proximi vera caritas instaura-
tur. Nam quisquis sic amat deum
ut commissi proximi curam relinquit
admittit in eo coccus semel tinctus
est. Et quisquis sic amat proximum
ut minuat desiderium quo flagra-
re debeat ad deum, non est adhuc co-
lor in eo tinctione geminatus. De-
bemus ergo et amare eos cum
quibus vivimus et ad illum totis

desideriis anhelare in quo ve-
raciter vivamus. Ecce etenim ad
fidem atque ad audiendum verbum
omnipotentis domini nos qui reli-
gioso induti habitu videmur ex
diversa mundi qualitate convenimus
atque ex dissimilibus contra iniquita-
tibus in sancte ecclesie concordia con-
gregati sumus, ita ut iam pate-
ter fieri esse videatur quod de unio-
ne ecclesie per Isaiam dicitur: Habita-
bit lupus cum agno et pardus
cum edo accubabit. Nam per sanc-
te caritatis misteria lupus cum
agno habitat, quia hii qui se-
culo raptores fuerunt cum man-
suetis ac mitibus in pace con-
quiescunt. Et pardus cum he-
do accubat, quia hii qui pec-
catorum suorum maculis varii
sunt cum eo qui se despicit et pec-
catorem fatetur humiliari consentit.
Ubi et subditur: Vitulus et leo
et ovis simul morabuntur. Quia
et is qui per contritum cor ad coti-
dianum se deo sacrificium preparat
et alius qui tamquam leo ex cru-
delitate fremebat et alter qui ve-
lut ovis in innocencie sue sim-
plicitate permanet in caulis sancte
ecclesie convenerunt. Ecce qualis
est caritas que diversitatis men-
tium attendit, conterminat, conflat
et quasi in unam auri speciem reformat.
Sic in eo quod electi sic amant ad il-
lam nunc est ut festinent quo eterno
gaudio in celis vivere mereantur.
Unus est enim deus ac redemptor
meus qui et hic electorum suorum corda

ad unanimitatem ligat et ad su-
perni amorem per intima desideria
semper stimulat. Unde et illic subditur
Et puer parvulus minabit eos. Quis
est iste puer parvulus nisi ille de
quo scriptum est: Puer natus est
nobis et filius datus est nobis.
Qui simul habitantes minat, quia
ne in terrenis rebus corda inordi-
nate inhereant. Hec per intimum desiderium
cotidie inflammat, et hoc ipsum
minare eius est ad suum nos amorem
incessanter intendere. Ne cum nobis in-
tentissime diligimus, nitere in hoc exili-
o remaneamus, ne requies huius
vite sic placeat ut ad oblivionem
patrie pertrahat, ne delectatio mentis
prosperis torpeat, unde et donis suis
flagella permiscet ut nobis om-
ne quod nos in seculo delectabat ama-
rescat. Et illud incendium surgit
in animo quod nos semper ad celeste
desiderium inquietet et excitet
atque ut ita dicam delectabiliter
mordeat, suaviter cruciet, hi-
lariter contristet. Puer ergo nos
parvulus minat, quia ille qui paulo
minus ab angelis minoratus est
per caritatem quam nobis tribuit
in hoc nos mundo mentem figere
non permittit. Bis tinctus itaque in
nobis coccus est si et hi proximos
inde sicut nos diligimus et ad
auctorem omnium cum ipsis quos
diligimus festinamus. Si igitur
intra nos de perfecta caritate bis tin-
gitur. Frons in nobis porte duo-
bus cubitis mensuratur. Sive igitur
doctor seu sacre eloquium. Vel certe
fides porte nomine signatur, in mensu-
ra utriusque cubiti caritas non [?]

nemento accipitur qui et ille vera pre-
dicat qui dei ac proximi amorem do-
cet. Et ipsa est certa sententia qua cari-
tas edificat et fides robusta est
que se in dilectione dei ac proximi ex-
ercet. Sequitur: Porro thalami porte
ad viam orientalem tres hinc et tres
inde et mensura una trium. Quid
thalami quid via orientalis de-
signet iam superius diximus. Nec
replicare ea locus iam necesse pu-
tamus. Sed considerandum nobis est
quid est quod dicitur tres hinc et tres
inde thalami. Quippe iuxta viam ori-
entalem sunt corda fervencium in
amore dei, et sive hi qui electi
in testamento veteri fuerunt
sive hi qui in testamento novo se-
cuti sunt, minime constat quia
omnes ex amore caritatis accensi
sunt. Neque enim vere deum diligerent
si eiusdem caritatis que deus est
gratiam non accepissent. Iuxta via[m er]-
go orientalem tres hinc et tres in-
de sunt thalami quia deus inter
veteres et novos patres dominus ma[nife]star-
nari dignatus est, quasi in medio
thalamorum via orientalis apparu-
it. Qui thalami ad veram virtutis spe-
ciem ex trinitatis sunt cognicione
decorati. Sed nunc ad virtutes electo-
rum eundem numerum referamus. Tres
sunt virtutes sine quibus is qui ali-
quid operari iam potest salvari non
potest, videlicet fides spes caritas.
Et quia eadem fides spes caritas in
antiquis patribus que in novis
doctoribus fuit, iuxta orientalem vi-
am tres hinc et tres inde thalami
describuntur. Vel certe quia tres pa-

tamen veterum distinctiones fuerunt, tres quoque novorum sub gratia. Sequitur. Vetus quippe populus habuit patres ante legem, ac deinde in lege, et postmodum prophetas. In novo autem ipso primus hebreorum populus credidit, postmodum multitudo gentium in fide secuta est, ac deinde in fine seculi hebreorum reliquie salvantur. Vera ergo incarnatione domini et exspectationem priorem patres ante legem, patres in lege atque ad extremum patres habuit; et ex post adventum fideles ex hebreis, fideles ex gentibus, ac postmodum hebreorum omnes reliquias colliget. Orientalis via tres hinc et tres inde thalamos habere memoratur. Sed hoc quoque non incongrue accipimus, si tres esse ordines fidelium dicamus. Sive namque in veteri sive in novo testamento alius est ordo predicantium, alius continentium atque alius bonorum coniugum. Unde et idem propheta in superiori parte tres viros liberatos vidit, Noe, Daniel et Iob. In quibus videlicet tribus predicatores, continentes atque coniugati signati sunt. Nam Noe archam in undis rexit, atque ideo figuram rectorum tenuit. Daniel et in aula regia abstinentie deditus fuit, et ideo vitam continentium signavit. Iob vero in coniugio positus et curam domus proprie exercens placuit deo, per quem digne bonorum coniugum ordo signatur. Quia ergo et ante mediatoris adventum et predicatores et continentes ac boni coniugati fuerunt, qui eundem

eius adventum prestolarentur, et magna hunc sitis desiderio videre cupierunt; et post modum predicatores, continentes ac boni coniugati, sicut etiam nunc existunt, qui redemptorem nostrum non iam desiderant incarnationem, sed in maiestate sue glorie contemplando, orientalis via tres hinc et tres inde thalamos habet, iuxta psalmiste vocem, qui de eadem via mediatoris redemptore dicit: In caritate eius thabernacula eius. Sed pensandum nobis est sollicita intentione quod dicitur quia mensura una trium, cum longe sit a continentibus et tacentibus excellentia predicatorum, et valde a coniugatis distet eminentia continentium. Quomodo est quod una mensura dicitur trium? Coniugati quippe quamvis quod bonum agant et omnipotentem deum inquirere desiderent, domesticas tamen curis occupantur, et necessitate cogente in utrosque mentem dividunt. Continentes autem ab huius mundi actione remoti sunt, et voluptatem carnis etiam a licito coniugio restringunt. Nulla coniugis, nulla filiorum cura, nullis uxoris ac de secularibus rei familiaris cogitationibus implicantur. Predicatores vero non solum a viciis se cohibent, sed etiam peccare alios prohibent, ad fidem ducunt, et in studio bone conversationis instruunt. Quomodo ergo una eorum mensura est quorum inter se equalitas una non est? Sed mensura una t

unum est quia etsi in eis meritorum
magna est diversitas, ac dis
tantia in fide in qua tenduntur
non est. Nam eadem fides que istos
solidat in maioribus, illorum infirmi
tatem continet in parvis. Vel cer
te cum una mensura est, quia
in retributione ultima cunctis quam
vis eadem dignitas omnibus non
sit, una tamen erit omnibus vita
beatitudinis. Unde et per semetipsum
dominus dicit / In domo patris mei
mansiones multe sunt. Sed tamen
qui in vinea ducti sunt, quam
vis diversis horis venerint, unum
denarium perceperunt. Quia itaque
in retributione conveniant mansiones mul
te ad uno denario imp quia di
verse quidem beatorum civium dig
nitates erunt, sed tamen una requies
eterne retributionis. Nam et si dis
par erit vita singulorum, non tamen
erit diversitas gaudiorum, quia et
si alter minus atque alius ampli
us exultat, omnes tamen unum gau
dium de conditoris sui visione le
tificat. Hoc quoque est sive de ve
teribus sive de novis patribus sci
endum, quia orientalis via ca
tres hinc et tres inde thalamos
habeat, mensura una tamen est, qui
a ipsa fides atque ipsa unitas habuit
tenuit corda precedentium, que reple
vit corda sequentium sub testamen
to novo positorum, sicut et per Pau
lum dicitur / Habentes autem eundem
spiritum fidei, sicut scriptum est / Cre
didi propter quod locutus sum / et nos
credimus propter quod et loquimur. Spiri
tales quippe illi patres omnipotentem
deum trinitatem vere esse crediderunt. Sic
eandem trinitatem novi patres aperte locu
ti sunt. Isaias namque audivit an
gelica agmina in celo clamantia:
Sanctus sanctus sanctus dominus deus sabbaot.
Ut enim personarum trinitas monstrare
tur, ter sanctus dicitur, sed ut una esse
substantia trinitatis appareat, non
dominorum sabbaoth sed dominus sabbaoth
esse perhibetur. Quem David quoque sub
sentiens ait: Benedicat nos deus
deus noster et benedicat nos deus.
Cum autem ter dixisset, ut unum nunc
esse ostenderet subdidit: Et metuant
eum omnes fines terre. Paulus quoque
loquitur dicens: Quoniam ex ipso et per
ipsum et in ipso sunt omnia. Ex ipso
videlicet ex patre, per ipsum per filium,
in ipso autem in spiritu sancto. Cum ergo ad
ipsum ter dixisset adiunxit: Ipsi gloria
in secula seculorum amen. Cum enim
non dicat ipsis sed ipsi, dicendo ter ipsum
distinxit personas / et subiungendo
ipsi gloria non divisit substantiam. Quia
itaque una est veterum ac novorum
patrum fides, recte thalamorum descri
bitur mensura una tamen quod verbis
aliis replicatur: Et mensura una fron
tium ex utraque parte. Ex utraque etenim
parte est mensura frontium, quia patres
vel prius a veteri vel nunc a
novo testamento venientes in una
mediatoris fide conveniunt. Cumque
eo qui caritate pleni sunt carnem
abstinentia edomant, corda audien
tium predicationis lumine illustrant,
signa faciunt, virtutes operantur, et per
hoc quod eorum bona nobis foras inno
tescunt, non immerito frontes huius ex

lestis edificii vocantur. Omne enim quod nunc in aperto auditur, foris est ut illius sit edificii vestibulum quod nobis intrinsecus reservatur. Unde et sponse ecclesie in cantico canticorum dicitur: Sicut cortex mali punici gene tue absque occultis tuis. Gene quippe sunt sponse ecclesie spirituales patres, qui nunc in ea miraculis choruscant et velut in eius facie venerabiles apparent. Cum enim videmus mira agere, ventura prophetare, mundum perfecte relinquere, celestibus desideriis ardere, sicut cortex mali punici sancte ecclesie gene rubent. Sed quod istud est omne quod miramur in illius rei comparatione de qua scriptum est quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se. Bene ergo cum miraretur genas ecclesie: absque occultis tuis, ac si aperte diceretur: Ea quidem que iam non latent magna sunt, sed illa valde ineffabilia que latent. Sequitur: Et mensus est latitudinem liminis porte decem cubitorum et longitudinem porte tredecim cubitorum. Multa superius de porte significatione iam diximus, sed nunc tenere aliquid debemus pro quo possit et cetera lectoris prudentia pervenire. Dictum quippe est per portam scripturam sacram posse signari, sed hoc nobis modo laborando discutiendum est cur latitudo liminis porte decem cubitis et longitudo porte tredecim mensuratur. Hoc autem loco longitudo porte altitudo dicitur, sicut nos longe stature dicimus quos altos videmus. Nam longitudo porte dici transversum non potest, cum latitudo per decem cubitos demonstratur. Quid ergo latitudo liminis porte nisi lex veteris testamenti fuit? Et longitudo porte nisi gratia testamenti novi? Quia videlicet scriptura sacra, dum per testamentum vetus cuncta operum compescuit, dari decimas precepit, quasi per mandata humilia in liminis latitudine iacuit. Sed dum per testamentum novum cogitationes pravas cohercuit, delinquentis oculis et pro deo intra corporis iussit et spiritum seculo despicere, quasi porta iam in longitudinis altitudinem surrexit. Decem quippe precepta israelitico populo per legem data sunt dominum, et eidem populo moyses in campo dictu locutus est. Ulteriora dominica pauca discipulis dedit dominus et eosdem mandatis suis in monte docuit. Quod vero redemptor noster per evangelium dicit: Nolite putare quoniam veni solvere legem aut prophetas, non veni solvere legem sed adimplere. Adimplere enim venerat legem qui legis iustitie gratiam addidit, ut quod illa iubebat in minimis ipse gratia adiuvaret in summis, et quod illa cohercebat ab opere ipse resecaret a corde intellectus. Ergo lex que in latitudine

iacuit in altitudine surrexit.
Ipsa enim dei cognitio que apud Is-
rael in spiritualibus patribus fuit no-
ta omni hebreorum populo non fuit. Cer-
tam omnipotentem deum sanctam
videlicet trinitatem cum prophete predica-
rent populus ignorabat. solum deca-
logum tenebat in lege fidem trinita-
tis nesciens. Mensuravit ergo la-
titudo liminis porte decem cubitos.
quia durus ille populus subtili-
tatem fidei ignorans mandatis
serviebat decalogi. Mensuratur
vero longitudo porte tredecim
cubitis quia per testamentum no-
vum in corde fidelis populi super man-
data decalogi que vivens cus-
todit cognitio trinitatis crevit.
Et eo mandata legis perficit quo tri-
nitatem esse omnipotentem deum
credidit. Cur et quem rationabili-
ter potest dici ista latitudine limi-
nis porte quam superius dixerat
uno calamo mensurari inferi-
us subiungit quod decem cubitis men-
suratur. Unus etenim calamus cu-
bitum sicut sepe dictum est sex cu-
bitos habet et palmum. decem
vero cubitorum mensuram suam su-
per calamum tenet. tredecim vero
amplius quam decem. Quid est
ergo quod uno calamo prius lime
porte post modum latitudo eius
decem cubitis ad extremum quo-
que longitudo porte tredecim men-
suratur nisi quod sancti patres quos per
sacram scripturam ante legem fuis-
se cognoscimus unum quidem omnipo-
tentem deum sciebant videlicet trinitatem
esse noverunt sed eandem trinitatem
quam cognoverant aperte minime
predicaverunt. Cuius eius iussioni-
bus obedientes et vite munditi-
am conservantes quasi in sex cu-
bitis calamum habuerunt perfectio-
nem operis et super angelos viden-
tes habuerunt palmum contempla-
tionis. Data autem lege iudeis il-
le hebreorum populus mandata
decalogi servare conatus est sed
tamen de cognitione sancte trinitatis
audivimus nihil est. Et quamvis hanc
spiritales patres perfecte cognosceret
multitudo tamen magna synago-
ge nec invenire misterium trinitatis
potuit nec querere sciuit. superve-
niente autem gratia per testamentum
novum omnis fidelis populus unum
deum trinitatem esse cognovit
et virtute decalogi in eius agni-
tione complevit. Prius ergo limen
porte mensuratur calamo uno post-
modum latitudo eius cubitis de-
cem. atque ad extremum longitudo
porte cubitis tredecim. quia et sub
patribus ante legem activa et con-
templativa vita merite fuit. et sub
lege decalogo populus deservire studuit
misterium nesciens in latitudine
mandatorum serviit. Et nunc sub
gratia custodiens vivens decalogi
preceptis omnis qui ad fidem veni-
rit sancte trinitatis sacramenta
cognoscit. Quia in re quoque no-
bis sciendum est quia per incrementa

temporum creuit sciencia spiritali-
um patrum. plus namque moyses
quam abraham. plus prophete quam
moyses. plus apostoli quam prophete
in omnipotentis dei sciencia e-
ruditi sunt. fallor si hec ipsa scrip-
tura non loquitur. pertransibunt plu-
rimi et multiplex erit sciencia. Sed
hec eadem que de abraham moyse
prophetis et apostolis diximus ex e-
iusdem verbis scripture si possumus
ostendamus. Quis enim nesciat
quia abraham cum deo locutus est.
Et tamen ad moysen dominus dicit. Ego
sum deus abraham et deus iacob
et nomen meum adonay non indi-
caui eis. Ecce plus moysi quam
abrahe innotuerat. qui illud
de se moysi indicabat quod se a-
brahe non indicasse narrabat.
Sed videamus si prophete plusquam
moyses diuinam scienciam apprehendere
potuerunt. Ecce psalmista dicit.
Quomodo dilexi legem tuam domine
tota die meditacio mea est. At-
que subiungit. Super omnes docentes
me intellexi quia testimonia
tua meditacio mea est. Atque sub-
iungit. Super seniores intellexi.
Qui ergo legem meditari se memo-
rat et super omnes docentes se ac
seniores intellexisse testatur quia
a diuinam scienciam plusquam moyses
acceperat manifestat. Quo modo
autem ordinati sumus. quia plus sancti
apostoli edocti sunt quam prophete. Ver-
itas dicit. Multi reges et prophe-

te voluerunt videre que vos videtis
et non viderunt. et audire que au-
ditis et non audierunt. plus ergo
quam prophete de diuina sciencia noue-
runt. Quia quod illi solo spiritu vide-
rant, ipsi etiam corporaliter videbant.
Impleta itaque est ea quam supe-
rius diximus danielis sentencia quia
pertransibunt plurimi et multiplex
erit sciencia. Mensura ergo calami
quando sex cubitorum ad extremum
surgat in tredecim quia quanto
mundus ad extremitatem duci-
tur tanto nobis eterne sciencie
aditus largius aperitur. Sequitur
Et margines ante thalamos
cubiti vnius sicut sepe diximus
thalami corda electorum sunt
omnipotentis dei amore feruen-
cia. Quid ergo per marginem ante
thalamos nisi fides exprimitur.
Quia nisi prius ipsa teneatur
nullo modo ad spiritualem amorem
pertingitur. Non enim caritas fidem,
fides caritatem precedit. Nemo
enim potest amare quod non crediderit.
Margo itaque est ante thalamos
fides ante ardorem caritatis. quia
sicut dictum est nisi ea que audi-
eris credideris ad amorem eorum que audi-
eris nullatenus inflammaris.
Sed margo ante thalamos cu-
biti vnius est quia tunc fides
corda audiencium deo in amore
copulat. cum per errores et scismata
diuisa non est. sed in vnitate per-
durat. vt in ecclesia margo vnius
cubiti audientis animum ad tha-

lamum perducat. quia celestis s-
ponsi spem quam hic predicat post-
modum in celestibus demonstrat
Ubi quia bene subditur. Et cu-
bitus unius finis utriusque. U-
trumque autem dicat. ac si dicat
utriusque scilicet liminis et porte. Per la-
titudinem quippe liminis et lon-
gitudinem porte veteris ac novi
testamenti diximus designari.
Ad extremum vero additur quod cubi-
tus unius sit finis utriusque. Quia
videlicet et testamentum veteris
unum nobis mediatorem dei et
hominum nuntiavit et testamentum
novum nobis nuntiat in eterna
claritate venturum. quem iam per
nobis cognovimus incarna-
tum. Cubitus ergo unius finis
utriusque est. quia et quem lex pre-
dixit in carne apparuit. et
ipse quem nunc testamentum novum
loquitur in gloria maiestatis appa-
rebit. et tunc utriusque finis
erit cum visus in divinitatis sue
potentia omnia que sunt predic-
ta compleverit. Definitum namque
est. Finis legis Christus ad iusti-
ciam omni credenti. Finis videlicet
non qui consumit sed qui perficiat.
Tunc etenim legem perficit cum sic-
ut lex predixerat incarnatus appa-
ruit. Deo adhuc de eius iudicio
multa novum testamentum loquitur
adhuc de regno illius multa
narrat que necdum videmus im-
pleta. Ecce cottidie evangelium
legitur ventura iudicia predicantur s(ed)
Tunc ergo erit et novi testamenti
finis cum ea que de se dominus promi-
sit impleverit. Finietur vero testamen-
tum novum quia perficietur. Illa enim
ipse de quo loquitur visus fuerit. eius-
dem testamenti verba cessabunt. Quia
ex se est etheris veri luminis dies. Quod
tempus vernale pertractans per sponsi
vocem dicitur. Surge propera amica
mea columba mea formosa mea
et veni. Iam enim hyemps transiit.
ymber abiit et recessit. flores appa-
ruerunt in terra. Sive enim sancta ec-
clesia seu unaquaque electa anima
celesti sponso est amica per amorem
columba per spiritum. formosa per morum
pulchritudinem. Cui cum iam de corru-
ptione carnis eximitur ei paulo-
bio yemis transiit. quia prius inte-
rior torpor abscedit. Ymber quoque abi-
it et recessit. quia cum ad contem-
plandum in sua substantia omnipotentem
dominum educitur. iam ubore gutte neces-
sarie non erunt. ut pluvia predi-
cationis debeat infundi. Nam
quo minus audire potuit amplius
videbit. Tunc apparent flores in
terra. quia cum de eterne beatitudinis
vita quedam suavitatis primordi-
a pregustare anima cepit quasi
iam in floribus odoratur exiens
quod postquam egressa fuit in fructu
uberius habebit. Unde et illic sub-
ditur. Tempus putationis adve-
nit. In putatione quippe sacra-
menta sterilia reciduntur. ut ea
que prevalent uberius fructum fe-
rant. Nostre itaque putationis tem-
pus tunc adveniet. quando infructuo-
sam corruptionem ac noxiam cor-

corrupcionem carnis deserimus ut ad fructum anime pervenire valeamus cuius fructus nobis erit copiosius unus cubitus ergo unus est finis utriusque quia unus ille qui dixit Singulariter sum ego donec transeam. Cum solus cum patre et spiritu sancto presidet in celo sicut passer unicus in edificio cum etiam modo implevit legem per misterium incarnacionis et perfectione humilitatis sue ita testamenti novi promissa impleturus est per ostensionem gloriam claritatis sue. Nunc nobis unum cubitum mensuram quoque arce locuta est. Archa enim que trecentis cubitis fieri in longitudine iussa est sexaginta vero in latitudine triginta autem in altitudine in uno est cubito consummata. Quid enim per archam nisi sancta ecclesia designatur que in infimis ampla est in summis angusta que a trecentis et sexaginta ac triginta cubitis ad unum cubitum colligitur quia ab ea latitudine quam sancta ecclesia in membris suis adhuc infirmantibus habet paulisper angustata et in alto perfectionis ad unum tendit. Ipsa enim racio exigit ut credamus quod in illa arce latitudine omnes bestie cuncta quadrupedia atque reptilia in inferioribus fuerunt homines vero atque volatilia minime in superioribus. Iuxta superiorem etenim partem fenestra fuit in latere per quam corvus et columba dimissi sunt

ut si iam diluvium transisset aquam cognoscerent. Et quia archa eadem in uno fuit cubito consummata homines et volatilia iuxta cubitum fuerunt. Hec utique per archam universa ecclesia designatur que adhuc in multis suis carnalibus lata est in paucis spiritalibus angusta et quia ad unum hominem qui est sine peccato colligitur quasi in uno cubito consummatur. Videmus etenim multos in terra eiusdem sancte ecclesie positos in superbia erigi in carnis voluptate dissolvi acquirendis terrenis rebus inhiare importunitate avaricie maiora nisi sunt desiderare iracundie virgis vacare proximos quos prevalent ledere. Sed quia eos adhuc sancta ecclesia tolerat ut convertantur quasi in arce latitudine diversorum bestie morantur. Videmus alios iam aliena non querere illatas iniurias equanimiter portare rebus propriis esse contentos humiliter vivere. Sed quia isti iam pauci sunt angustatur archa. Alios autem conspicimus eciam possessa relinquere nullis terrenis rebus studium dare inimicos diligere carnem a cunctis voluptatibus domare motus omnes sub rectitudinis iudicio premere per celeste desiderium contemplacionis penna sublevari. Sed quia tales quique valde rari sunt iam archa in arto cubitum ducitur ubi homines et volatilia continentur. Cum tamen cum se quis seus

esse valeat sine peccato et nullus
inveniatur. Cuius utique homo perfectus
ne peccato est. nisi ille qui in pec-
catis conceptus non est. In uno
ergo cubito consummatur archa.
Quia unus est auctor ac redemp-
tor sancte ecclesie sine peccato. ad
quem et per quem omnes perficiuntur. qui
se esse peccatores noverunt. Dicitur
itaque de limine et porta et cubitus
unus sinus utriusque quia cum venerit
mediator dei et hominum homo Christus
Ihesus in maiestate sua appa-
ruerit. omnia utriusque testamen-
ti que predicta et promissa sunt com-
plebit. Si vero utraque hoc limine
marginem ac thalamos me-
tiatur. neque hoc ab hac sententia
abhorret. quia cum iam maie-
statis redemptoris nostri nobis fuerit
ostensa sinus fides. cum iam cepit
inde homo quod credidit. Et ad
finem suum pervenit thalamusque
a corda fidelium incomparabiliter
longe quam modo sunt in amore
illius perficiantur. Cubitus ergo unus
sinus utriusque est. quia unius
dei et salvatoris nostri in electis
suis fide fuit et caritate perfici-
at. Considerare libet cuius nos
sinus qui ista tractamus. Certe
ex gentibus venimus et parentes
nostri lignorum ac lapidum
cultores fuerunt. Unde ergo hoc
nobis ut ea que nunc usque he-
brei nesciunt Ezechielis prophete
tam profunda misteria rimemur.

Agamus ergo gratias illi qui cuncta
que de eo in sacro eloquio scripta
sunt opere implevit. ut que audita
intelligi non poterant visa pande-
rentur. Ibi quippe incarnatio. ibi
passio. ibi mors. ibi resurrectio
ibi ascensio illius continetur.
Si quis enim hec audita crederet
nisi facta cognovisset. Signatus
ergo liber sicut in Iohannis apoka-
lypsi legitur quem aperire et legere
nullus poterat. leo de tribu iuda
aperuit. quia omnia eius nobis
misteria in sua passione ac resur-
rectione patefecit. Et per hoc quod
infirmitatis nostre mala pertulit
sue nobis potentie et claritatis
bona monstravit. Caro enim fuit
ut nos spirituales faceret. benigne
inclinatus est ut elevaret et
introduceret. visibilis apparuit
ut invisibilia monstraret. Flagel-
la pertulit ut salvaret. obprobria et
irrisiones sustinuit. ut ab obpro-
brio eterno liberaret. mortuus est
ut vivificaret. Agamus ergo gra-
tias vivificanti et mortuo. et
ideo amplius vivificanti quia mortu-
o. Unde bene salutem nostram et pas-
sionem illius Isayas contemplatus
ait. ut faciat opus suum alienum
opus eius ut operetur opus suum
peregrinum est opus eius ab eo. Opus
certum dei est animas quas crea-
vit colligere. ad eterne lucis gau-
dia revocare. Flagellari autem

atque sputis illiniri, crucifigi, mori ac sepeliri. Non hoc in sua substantia opus dei est, sed opus hominis peccatoris qui hec omnia meruit per peccatum. Sed peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Et qui in natura sua manet semper incomprehensibilis, in natura nostra comprehendi dignatus est ac flagellari. Quia nisi ea que erant infirmitatis nostre susciperet, numquam nos ad sue fortitudinis potentiam sublevaret. Ut ergo faciat opus suum, alienum opus eius, et ut operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Quia incarnatus deus ut nos ad sua iusticia colligeret, dignatus pro nobis est tamquam peccator homo pulsari, et alienum opus fecit ut faceret proprium, quia per hoc quod ipse mansuetus mala nostra sustinuit, nos qui creatura illius sumus ad fortitudinem sue gloriam perduxit. In qua vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum.

Explicit omelia xvi. Incipit xvii.

Memoratis superius thalamis propheta subiungit: Quia thalami sex cubitorum erant hinc et inde. Qua in re magna nobis questio generatur. Cur superius thalamum uno calamo mensuratum dixit, quem videlicet thalamum sex cubitos et palmum habere perhibuit, atque inferius thalamos sex solummodo de cubitis mensuratos. Si enim non calamo sed ex cubitis mensurantur, palmus deest, qui superius in mensura calami dicebatur adesse. Sed si thalami sunt sensus atque cogitationes fidelium in quibus caste anime conditori suo in amore iunguntur, et per sex cubitos perfecta operatio, per palmum vero inchoata contemplatio exprimitur. Sed universalis ecclesie debemus membra conspicere et cito invenimus quia sunt in ea thalami uno calamo, et sunt alii sex tantummodo cubitis mensurati. Nam fideles quidam in illa omnipotentem deum ita amant ut et in opere perfecti sint et in contemplatione suspensi. Hi per fidem calamum in mensura habent, quia et sex cubitos operationis et palmum contemplationis possident. Quidam vero omnipotentem quidem deum diligunt et perfecte in bonis operibus exercentur, sed tamen contemplari eius magnitudinem subtiliori intellectu nesciunt. Amant autem, sed investigare gaudia eius claritatis ignorant. Hi utique sex cubitos habent et palmum non habent, quia etiam per amorem perfecti sunt, sed ex contemplatione disiuncti. Qui tamen thalami post commemorationem cubiti unius hinc inde esse referuntur, quia videlicet in amore auctoris ac redemptoris nostri fideles anime et ex iudaico po-

populo et ex gentilitate conue
nerunt. vnus et isdem redemptor
noster cum azellum sedens iherusalem
uideris sicut ewangelista testatur
multi uestimenta sua strave
runt in via. alii autem frondes
cedebant de arboribus et sterne
bant in via. et qui preibant et qui
sequebantur clamabant dicentes
Osanna benedictus qui uenit
in nomine domini. Saluator eciam
noster asellum sedens ierusalem ten
dit quando vniuersum fidelis
animam regens videlicet iumen
tum suum ad pacis intime visionem
ducit iumentum suum sedet. et cum
sancte ecclesie vniuersaliter possidet
eamque in superne pacis desideri
um attendit multi eius uesti
menta sua in via sternunt qui
corpora sua per abstinenciam edo
mant ut ei iter ad mentem pre
ueniant et exempla bona sequenti
bus prebeant. alii autem frondes
vel ramos de arboribus cedunt
et sternunt in via. quia in doctri
na ueritatis verba atque sentencias
patrum ex eorum eloquio decerpunt
ut hec in via dei ad auditoris
animum uenientis humili predic
acione submittunt. quod indigni
quoque et nos modo facimus nam
cum patrum sentencias in huius modi
exhortacionibus assuminus fron
des de arboribus cedimus et has
in via omnipotentis domini ster
nimus. Sed qui preibant et qui
sequebantur clamabant. Osanna

precessit quippe iudaicus populus
secutus est gentilis. Et quia omnes
electi siue qui in iudea esse potue
runt siue qui nunc in ecclesia
existunt in mediatorem dei et homi
num crediderunt et credunt qui preeunt
et qui sequuntur osanna clamabant
Osanna autem latina lingwa salua
nos dicitur. ab ipso enim salutem et
priores quesierunt et presentes querunt. et
benedictum qui uenit in nomine
domini confitentur. quoniam vna spes v
na fides est precedencium atque sequ
encium fidelium. Nam sicut illi exspec
tata passione ac resurrectione
eius sanati sunt. ita nos preterita
passione ac resurrectione eius
ac permanenti in secula resurrectio
ne saluamur. Quem enim priores
nostri ex iudaico populo crediderunt
atque amauerunt uenturum. hunc
nos et uenisse credimus et ama
mus eiusque desiderio gaudemus
ut eum facie ad faciem contemplemur
Thalami ergo eius hinc et inde est
quia corda amancium fidem que in
illo est et a priore parte seculi et ab
ultima complectuntur. Sequitur
Et mensus est portam a tecto tha
lami usque ad tectum eius. latitu
dinem viginti et quinque cubitorum. Sep
iam diximus portam nomine fidem
ipsum creatorem ac redemptorem no
strum mediatorem dei et hominum ihesum
xpistum designari posse. quia per fidem
que in eo est introitus ad uitam
patet. Sed eciam scripturam sacram
que nobis eandem fidem in redemp

toris mi intellectu aperit non i
nulto portam accipimus quia ca
ut oporz cognita ad intelligenda
inuisibilia initiamus Si igitur h
in loco ut p̃diximus porta scriptura
sacra accipit quenda nobis est
quid p textu talamum q p tectu por
te signet Si habet talamus tec
tum quia operta est meus ama
cu et adhuc feruor amoris i oc
culto est habet quoque porta tectu
quia scriptura sacra tota quidem
p nos scripta est sz non tota itel
ligit a nobis Multa quippe i il
la ita aperte scripta sunt ut pascant
paruulos Queda vero ita obscuro
ribus sententiis ut exerceant fortes
quatenus cum labore intellecta plg
grata sint Nonnulla aut ita clau
sa sunt ut dum in ea intelligim9
agnoscentes infirma nostre cecita
tis ad humilitate magis qua ad
intelligentia pficiamus Sunt
em queda que ita de celestibus
loquunt ut solis illis supnis ciui
bus in patria sua psistentibus pate
ant nec du q nobis peregrinantibq
reserant Nam si quis ad urbez
incognitam pgens multa de illa
in uia audiat queda quidez ex
rone colligit queda uo quia nc
dum uidit nullo mo cognoscat
Ipi uero ciues qui in ea sunt et q
de illa tacent et que de illa dicu
tur intelligunt Nos igit adhuc i
uia sumus multa de illa celesti
patria audimus Illa iam p spiritu
et ronem intelligimus Queda

uero no intellecta ueneramur Vnd
et de eode sacro eloquio scriptum
est Extendens celu sicut pelle
qui tegis in aquis superiora eius
Celum quippe sicut pellis exten
ditur quia p ora mortaliu scrip
tura sacra nobis in expositoni
bus explicatur Sz sunt aque i celo
superiores uidelicet multitudines
id est angelorum agmina in quibus
eiusdez celi tegunt superiora quia
ea que in sacro eloquio altiora
et obscuriora sunt angelicis so
lummodo spiritibus patent et nob
adhuc incognita permanent Ha
bet ergo thalamus tectu quia nes
cit adhuc proximus quantu amat
a proximo quippe quoque i sacro elo
quio habet tectu quia necdu
omnia penetrare ad intellectum
possumus q de celestibus audi
mus Restat ergo ut hoc q itel
ligimus in puectu cottidie cari
tatis ambulemus Et quibus i no
bis proximi mi no uideat quan
tu diligant a nobis atque i sacro
eloquio ea q nc dm intelligi9
humilit ueneramur In hoc tamen
ad q intelligendo puenim9 dila
tari p bona operatione debemus
Vn et subditur Mensus e porta
a tecto thalami usque ad tectu
eius latitudine uiginti quinque cu
bitorum Quinque em carnis sensibq
pditi sumus uidelicet uisu gustu
olofactu auditu atque tactu Sed
uero quinarius nus p semetipsuz

multiplicatus ad vicesimum et
quintum numerum surgit. Operam autem
exterius quandam de mandatis ce
lestibus sine istis quinque corpo
ris sensibus non valemus. Hos
quippe officiorum suos iudex animus
interius possidet, et qui exterius agere
iuste vel misericorditer possit quasi
isdem officiorum renunciantibus ac
deservientibus agnoscat. Ergo ti
more omnipotentis domini animus
impletur, necesse est ut quinque isti
sensus nobis velut subiecta
officia in bona operatione deser
viant, per quos cum aliquid agere
misericorditer cepimus, pluris se
cotidie ipsa mens aperit et quasi
quadam sinus boni operis expandit.
Quinque igitur sensus multiplica
tur in se, dum hoc quod in ipsos agi
tur in bono cotidie opere per pro
vectum multiplicatur. Unde et lati
tudo esse viginti quinque cubitorum per
hibetur, quia timor tenacia et pigri
tudo angustia est. Avarus enim in
digenti panem dare metuit
ne sibi desit, adhuc in angus
tia timoris est. Avarus nudo
vestimentum algenti non porrigit
quia hoc plus habere concupiscit,
adhuc tenacie sue angustia
coartatur. Avarus ideo bonum
non agit quia torpore animi pigri
at, ipse ei suus torpor angusti
a. Respicere autem inopem, exaudi
re precem, largiri stipendia, prebere
defensionem atque pro eiusdem defens
ione pauperis adversitas cuiuslibet

inimicicias non timere, magna men
tis latitudo est. Mensuravit quoque inter
thalamum et portam ea que inter ea
latitudo cubitis viginti et quinque quia
in exercitu sensuum operatione probatur
et cognoscitur que interioris largi
tatis bonitas habeatur. Nam quid
dicam iam de scriptura sacra? Quo
niam didiceris et quantum proximum tu
um ames in latitudine boni
operis ostendis. Pariter itaque vigin
ti et quinque cubitis inter thalamum
et portam latitudo, quia inter cari
tatem et sacram testis est bona
operacio, que si fortasse defuerit
profecto certum est nec cognovisse
te deum nec diligere proximum, id est nec expo
tam sacri eloquii nec amoris ca
ritatem habere. Et notandum quod a tec
to talami usque ad tectum porte
dicatur esse mensuratio. Per ea enim
que nobis scripta in sacra scriptu
ra cooperta sunt, mira humilitas
approbatur, quia quicquid in illa non
intelligimus non superbe reprehen
dere sed venerari humiliter debemus.
Unde et de deo scriptum est: Palpebre
eius interrogant filios hominum.
Palpebre quippe eius iudicia sunt
que aliquid nobis claudunt ali
quid aperiunt. Que aperiendo nos
interrogant, si intelligendo nos ex
colimus, claudendo nos interro
gant si non despicimus que intelli
gere non valemus. Per ea autem que de
caritate mad proximus mis nolo
gimur in conspectu dei verius proba

bamur In quorundam enim corde caritas facta est. In quorundam
vero cordibus vera et s(a)epe de caritate ostendit quod non est et non
demonstrat quod est. amorem itaque in
nostrum erga proximum plus gratia proximi loquatur quam lingua ut
in ipso bono opere proximus noster amari se videat Et tamen nos possimus quod nobis nolumus operari omnipotenti deo occulta amoris intentio sufficiat
a tecto ergo talami usque ad tectum
porte sit magna latitudo et ob occultas intentionis caritatis propter proximum
usque ad humilitatem mentis propter dominum in quantum intelligimus et valemus bona semper operemur. postea vero porta ipse iam aditus regni
celestis intelligi et habet nunc
thalamus tectum. habet porta tectum. quia in quanta sit nunc caritas in deo et proximo non cognoscitur
et cum cognoscitur et cum de hoc seculo ad eterne vite regem introducimur ignoratur. Esse enim redemptor noster nobis diem mortis nostre
incognitum voluit ut dum semper
ignoratur semper esse proximus credatur. quo quisque ferventior sit in
operatione quanto incertus est de vocatione Cum ergo latitudo viginti
et quinque cubitorum talamo ad portam
tendatur quia per caritatem quam
semel in deo et proximo concipimus
usque ad ingressum regni debemus
omne quod possumus multiplicare
atque cessantes operari a tecto itaque
thalami usque ad tectum porte magna latitudo est quia et gratia qua
inchoamus deum diligere usque ad
ipsam dilectionem que nobis aditum regni celestis aperit debemus
nosmetipsos in magna bonitatis aperire actione dilatare adversa patienter perferre benigna libenter impendere Ipsos etiam quos patimur amare habita tribuere non
habita non ambire proximos sicut
nosmetipsos diligere eorum bona
nostra credere eorum mala quasi nostra
deflere. In tali ergo mente magna latitudo est in qua angustia odiorum non est quam profecto latitudinem ex dei et proximi amore
concepimus per sacra mandata
cognovimus Nam et ipsos latitudinis viginti et quinque cubitos
non incongrue intelligimus
Si eos iuxta sacri eloquii consuetudinem velimus Sex enim cubitis
sex iterum thalamos dixerat et
sexto die homo conditus est eodem
die dominus perfecisse opera sua describitur Quid etiam per perfectionem senarius numerus poni solet Et quia omnem
operationem bonam per quatuor sancti
evangeliorum libros agnovimus Si
sex quater ducamus ad viginti
et quatuor pervenimus cui monas additur quod unus est per quem
omnes bene operantur viginti ergo et
quinque cubitis latitudo hec explicari debuit quia omnis bona operatio per quatuor sancti evangelii
ut diximus libros agnoscitur

in unius dei cognicione et confessi
one completur. Sequitur et ostium
contra hostium. Hoc loco ostium non ad
adversitatem ponitur sed ad introitum.
Ostium enim contra hostium est cum voca
mus ab exteriori ad interiorem adit(um)
pervenimus. In cognicione vero om
nipotentis dei primum hostium nostrum fi
des est. Secundum vero species illius
ad quam fidem ambulando perve
nimus. In hanc etenim vita(m) hanc
ingredimur ut ad illam postmodum
perducamur. Ostium ergo contra hosti
um est quia per aditum fidei aperitur
aditus visionis dei. Si quis vero
utraque hec hostia in hac vita
velit accipere necesse est hoc salubri in
telligencia abhorreat. Nam sepe
volumus omnipotentis dei naturam
invisibilem considerare sed nequaquam
valemus atque ipsis difficul
tatibus fatigata anima ad semet
ipsam redit fitque ipsa de se gra
dus ascensionis fiat ut primum
semetipsam si valet consideret
ut etiam illam naturam que super
ipsam est in quantum poterit in
vestiget. Sed mens nostra si in corpora
libus ymaginibus fuerit sparsa
nequaquam vel se vel anime na
turam considerare sufficiat quia
et quot cogitacionibus ducitur
quasi per tot obstacula cecatur.
Primus ergo gradus est ut se ad
se colligat. Secundus ut se vi
deat qualis est collecta. Tercius
ut super semetipsam surgat ac
se contemplacione auctoris in
visibilis intendendo subiciat.
Sed se ad se nullo modo colligit nisi
prius didicerit terrenarum atque celesti
um ymaginum fantasmata ab o
culo mentis compescere. Quicquid de vi
su, quicquid de auditu, quicquid de odora
tu et gustu corporeo cogitacioni
eius occurrerit respuere atque cal
care quatenus talem se querat
intus qualis sine istis est. Nam
hec cum cogitat quasi quasdam um
bras corpore introrsus versat.
Abicienda sunt ergo omnia manu
discrecionis ab oculis mentis ta
lem se anima consideret qua
lis sub deo super corpus creata est
ut a superiore vivificata vivificet
inferius quod amministrat. Que et sic ipsa
sparsa est corpori ut non per membro
rum partes partibus sit divisa. Nam in
quolibet loco parvo corporis pungitur
tota dolet. Unico autem modo una e
ademque uiuificacione membris presidens
cum ipsa per naturam non divisa sit
per corpus tamen agit divisa. Ipsa quip
pe est que per oculos videt, per
aures audit, per nares odorat, per
os gustat, per membra tangit et
tangendo omnia leve ab aspero
distinguit. Et cum tamen divisa per sensus
operatur non hec divisa sed una il
la in qua creata est racione dispo
nit. Cum ergo semetipsam sine ymagi
nibus corporeis cogitat anima iam
primum hostium intravit. Sed ab hoc
ostio ad aliud tendit ut de na
tura omnipotentis dei aliquid
contempletur. Anima itaque in corpo
re vita est carnis. Deus vero qui

vivificat omnia vita est animarum. Si igitur tantae est magnitudinis ut comprehendi non possit vita vivificata quibus intellectu comprehendere valeat quantae maiestatis sit vita vivificans. Quod hoc ipsum considerare atque iam est aliquatenus mirari quia ex sua existimatione animam colligit qui de interiori spiritu senciat. qui eam incomprehensibiliter regit quam incomprehensibiliter creavit. Conditor etenim noster longe inconparabiliter creaturae suae praesidet et quaedam operatur ut sint nec tamen ut vivant. Quaedam vero ut sint et vivant nec tamen discernere aliquid de vita valeant. Quaedam vero ut sint vivant atque discernant. Et operatur unus omnia sed in omnibus non diversus. Est enim vere summus et magnus sibi dissimilis non est. Anima autem et si per naturam sibimetipsi diversa non est per cogitationem tamen diversa est. Eo enim momenti ictu quo de auditu cogitare obliviscitur de visu cogitat et eo momenti ictu quo de auditu et gustu cogitat de odoratu et tactu cogitare non praevalet. Quia per intentionem et oblivionem sit semper sibimetipsi dissimilis ut nunc hoc nunc illud cogitatione teneat. Omnipotens autem deus quia sibimetipsi dissimilis non est ea virtute videt qua audit omnia ea virtute creat qua iudicat creata. Eius ergo et vide

simul omnia administrare est et administrata conspicere. Non alia cogitatione iustos adiuvat atque alia iniustos dampnat sed una eademque in naturae singularis sibi semper indissimilis dissimilia disponit. Cur autem hoc de potentia creatoris admiremur cum virtutis eius vestigia et in creatura conspiciamus. Natura quippe luti et cerae diversa est. Solis vero radius non est diversus et tamen cum diversus non sit diversa sunt quae in luto operatur et cera quia uno eodemque sui ignis calore lutum durat et ceram liquat. Si fortasse hoc in natura luti vel cerae est non in ipsa solis substantia quae in naturis diversis diversa videtur operari. Omnipotens autem deus in semetipso habet sine immutatione mutabilia disponere sine diversitate sui diversa agere sine cogitationis vicissitudine dissimilia formare. Longe ergo dissimiliter operatur dissimilia deus qui numquam sibi dissimilis deus qui et ubique totus est. Ait enim: Caelum mihi sedes est, scabellum terra autem pedum meorum. Et de ipso scriptum est quia caelum metitur palmo et terram pugillo concludit. Ex qua re considerare necesse est quia ipse qui caelo velut sedi praesidet sedi super et intus est. Et qui caelum palmo et terram pugillo concludit exterius superius et inferius est.

Ut ergo indicaret omnipotens deus
interiorem se esse et superiorem omni-
bus, Celum sibi sedem esse perhi-
bet, ut nos se ostenderet se omnia
circumdare, celum metiri palmo
et terram se asserit pugillo concludere.
Ipse est ergo interior et exterior, ipse in-
ferior et superior, portando infe-
rior, replendo interior, circumdando
exterior. Sicque est intus ut exte-
rior sit, sic circumdat ut penetret,
sic presidet ut portet, sic portat
ut presideat. Cum ergo sublevata
ad semetipsam anima sua mo-
dulum intelligit, et quia corpora-
lia omnia transcendat agnoscit,
atque ab intellectu suo se ad auc-
toris intellectum tendit, quod iam
hec in se hostium quod est contra hos-
tium aspiciat. Conditori et auctori omni-
um propheta dicit: Mirabilis facta est
sciencia tua ex me. Quia quan-
tumlibet intenderit, nec semet
ipsam anima perfecte sufficiat penetrare,
quanto magis illius magnitudinem
qui potuit animam condere. Cui quod
in sciencie dei intellectum laborans
lassescens ac deficiens subdit:
Confortata est nec potero ad eam.
Quando enim conantes atque tendentes
quiddam iam de incomprehensibili natura con-
spicere cupimus, lassamur, reverbe-
ramur, repellimur. Et si interiora pe-
netrare nequaquam non possumus, tamen
iam ab exteriori hostio interius
hostium videmus. Ipse enim conside-
racionis labor hostium est, quia
ostendit aliquid ex eo quod intus est,

et si adhuc ingrediendi potestas non
est. Sequitur: Et fecit frontes per sex-
aginta cubitos, et ad frontem atrii
porte undique per circuitum. Se-
pe iam diximus senario numero per-
fectionem boni operis designari.
Non illud sequentes quod conati sunt
huius seculi sapientes asserere
dicentes idcirco senarium numerum esse
perfectum, quia suo ordine inchoatus
perficitur, ut cum unus, duo, tres dican-
tur, senarius numerus impleatur, vel
quia in tribus partibus dividitur, id est
sexta, tercia, quod dimidia videlicet,
id est in uno, duobus et tribus. Sed
idcirco senarium numerum dicimus esse
perfectum, quia sicut paulo ante dic-
tum est, sexto die perfecit deus omnia
opera sua. Cum ergo per Moysen homini le-
gem dedit, que in decem preceptis as-
cripta est, ut sex decies ducta in
sexagenarium surgunt, recte per sex-
aginta cubitos bonorum operum
perfectio designatur. Quod aperte etiam
dominus in evangelio designat, cum
parabolam seminantis expone-
ret dixit: Aliud cecidit in terram
bonam et dabat fructum ascenden-
tem et crescentem, et afferebat u-
num triginta, unum sexaginta et u-
num centum. Fructum etenim terra bo-
na triginta affert, cum mens per-
fectione fidei que est in trinitate
concepit; sexaginta affert, cum
bone vite opera perfecta protulit; cen-
tum vero affert, cum ad eterne vite con-
templacionem proficit. Sinistra enim
nostra est vita presens, dextera vero est vita

venturus est, recte per centenarium numerum eterne vite contemplatio designatur. Quia cum post triginta ac sexaginta ad centesimum computando peruenimus, isdem centenarius numerus in dexteram transit. Fides autem atque operatio adhuc in sinistra est, quia hic adhuc positi et credimus quod non uidimus et operamur ut uideamus. Cum uero iam se animus in contemplatione eterne vite suspenderit quasi ad dexteram manum corporis. Fecit itaque frontes per sexaginta cubitos. Quia enim per sexagenarium numerum perfectio, quid per frontes edificii nisi ipsa opera designantur, que exterius uidentur? Predicationis enim uerbum dare, alimenta esurientibus, uestimenta algentibus dare et pro bono opere patienter aduersa sustinere, quid aliud quam frontes sunt edificii celestis? Quia pulchritudo operum exterius ornat tabernaculum dei, quod adhuc latet mentibus nostris. Sed iste frontes habent atrium undique per circuitum, quia in hoc magna sunt opera, si hec in mente dilatat amplitudo caritatis. De caritate quippe scriptum est: Latum mandatum tuum nimis. De hac iterum psalmista ait: Statuisti in loco spacioso pedes meos. Sed ecce dum loquor animo occurrit: quomodo caritas lata est, si per caritatem pertingitur ad deum? Et per semetipsam ueritas dicit: Intrate per angustam portam. Rursum psalmistam audio dicentem: Propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras. Et rursum in euange-

lio eius dicit: Iugum enim meum suaue est et onus meum leue. Quomodo ergo lata caritas, si angusta porta? Aut quomodo iugum suaue est et onus leue, si in preceptis dei uie dure sunt que custodiuntur? Sed hanc nobis questionem citius ipsa caritas soluit, quia uia dei et inchoantibus angusta est et perfecte iam uiuentibus lata. Quia dura sunt que contra usum spiritualis animo proueniunt. Quia tamen onus dei leue est, postquam hoc fortiter experimur, ita ut per amorem eius et persecutio placeat et omnis pro eo afflictio mentis dulcedine ueniat. Sic sancti apostoli gaudebant, cum pro deo flagella tollerabant. Ipsa ergo angusta porta amantibus lata fit. Ipse uie dure spiritaliter currentibus molles et plane sunt. Cum enim scit animus se per temporalibus doloribus gaudia eterna recipere, de hoc incipit quod affligitur amare. Atrium ergo ante frontes est, quia eidem insertione operis latitudo dilectionis. Et notandum quod dicitur undique per circuitum, ut uidelicet homo per omne quod agit semper se in caritatis amplitudine dilatet, nec hunc aut timor aut odia angustent. Si quis enim de uerbo dei loquitur et caritatem quam predicat mente non seruat, edificii frontem habet, sed atrium ante frontem non habet. Si quis elemosinam indigentibus largitur et per hanc fortasse in corde extollitur, ut ex caritate proximi inopie subuenit, po-

sese ex elatione tacita extollit, frontem quidem in edificio ostendit, sed intus frontem atrium non facit. Si quis a proximo illatas contumelias tollerat et mala obiecta tacitus portat, magna est paciencia quam demonstrat. Sed si dolorem in corde non habeat, si lucratur ad tranquillitatem mansuetudinis et ipsum qui male excesserat cogitat. Nam si pacienciam exterius adhibet, sed intus dolorem tenet ut amat eum quem sustinet, habet quidem frontem in edificio, sed ante frontem atrium non habet, quia is qui se angustie odiorum subdidit profecto caritatis latitudinem amisit. Nam sicut in superiori parte iam diximus, paciencia enim vera est que et ipsum amat quem portat. Nam tollerare sed odisse non est virtus mansuetudinis sed velamentum furoris. Et notandum quod hoc ipsum atrium dicitur porte. Porta quippe nostra est aditus ad regnum, et deum ac proximum perfecte amare iam ad ingressum regni est tendere. In quantum enim quisque amat, in tantum ad ingressum appropinquat. In quantum non amare negligit, in tantum ingredi recusat, quia non studet unde quod appetat. Tunc ergo habemus atrium porte quando ex latitudine caritatis ad superna intramus, quam adhuc contingere minime possumus, iam per desiderium intramus. Itaque qui bonum opus erga proximus agit, restat ut eius dein boni operis intencio dilatetur, si non privatis gratiam retribucionem querit,

sed spem suam animus ad futuram promissionem tendit, ut ex temporalibus etiam exterius celestia speret. Spes enim celestium mentem solidat ne concuciatur fluctibus tumultuum terrenorum. De qua et per Paulum dicitur: Quam sicut anchoram habemus anime tutam ac firmam et incedentem usque ad interiora velaminis. De quibus interioribus hic quoque subiungitur: Et ante faciem porte que pertinebat usque ad faciem vestibuli porte interioris quinquaginta cubitos. Hec quod hoc loco dicitur ante faciem porte, non exterior sed interior ante portam locus describitur, dum usque ad faciem vestibuli porte interioris pertingere perhibetur. Unde et ipse locus quinquaginta cubitis dicitur mensuratus. Per quinquagenarium quippe numerum requies etiam signatur. Habet enim septenarius numerus perfectionem suam, quia eo die creacionis est completus, et per legem sabbatum in requiem datum est. Ipse autem septenarius per semetipsum multiplicatus ad quadraginta et novem porrigitur. Cui si monas addatur, ad quinquagenarium numerum pervenitur, quia omnis nostra perfectio illius contemplaciones erit, in cuius nobis visione minus aliquid salutis et gaudii non erit. Hinc etiam iubileus idem annus quinquagesimus in requiem datus est, quia quisquis ad omnipotentis dei gaudia eterna pervenit, laborem et gemitum ulterius non habebit. Notandum vero quia locus qui describitur per

per quinquaginta cubitos tendi ad fa
ciem vestibuli porte interioris pertinge(re)
memoratur. Nos ergo hoc loco perhe-
num istum vestibulum porte interioris
scilicet locum extiterit qui tendit ad ves
tibulum porte interioris narratur per
quem locum utique pater extrema spes
nostra signatur. que dum etiam presentem
querit. mentem ad vestibulum por
te interioris ducat. Hoc ipsum enim quod
desideramus celestia quod ad promiss(a)
gaudia suspiramus quod eterne vite
requiem querimus iam ad interio-
rem faciem vestibuli propinquamus. Sig
netur ergo per portam fides per atrium
caritas per locum vero qui ad faciem ve
stibuli porte interioris propinquat
figuretur spes. sine quibus tribus
virtutibus quisquis iam in ratio-
ne potest ingredi ad celeste ci-
vitatem non potest. Habeatur ergo fides
in porta que introducat ad intel
ligenciam. caritas in atrio. que men
tem dilatat in amorem. Spes
in loco qui quinquaginta describitur
cubitis. quia per desideria atque su
spiria introducit animum ad per-
fecta gaudia quietis. de qua de
te et si adhuc sic est intus lu-
men tenemus iam tamen per rimas intel
ligencie aliquid videmus. Sequitur
et hic subditur. Et fenestras obliquas
in talamis. In fenestris obliquis
pars illa per quam lumen intrat an-
gusta porta est. sed pars interior
que lumen recipit lata. quia mentes
contemplancium. quamvis aliquid tenu-
iter de quo lumine videant. in semet

ipsis tamen magna amplitudine
dilatantur. que videlicet et ipsa que
conspiciunt. capere vix pauca pos
sunt. Exiguum valde est quod de eter
nitate contemplantes vident.
Sed ex ipso exiguo laxatur sinus
mencium in augmento fervoris
et amoris. et inde capiunt secum a(m)ple
suit. veri ad semitatis lumine qua
sic per angustias admittitur. Que
magnitudo contemplacionis. quia
concessa non nisi amantibus potest.
In talamis oblique fenestre esse
perhibentur. Vel in hiis que iuxta
talamos non iam exterioribus sed
esse interioribus dicatur. Nam de
eisdem fenestris subditur. et in
frontibus earum que erant intra
portam undique per circuitum. Erant
enim in thalamis erant et in fro
ntibus eorum que intra portam un
dique per circuitum fuerant constructa
quia qui cor vivus habet. ipse
quoque lumine contemplacionis susci
pit. Nam qui adhuc exteriora
immoderacius cogitant. quid sit
de eterno lumine vere contempla
cionis ignorant. Neque enim cum
corpore carnis earum ymaginibus
illa se infusio incorporee lucis
capitur. Quia dum sola visibilia
cogitantur lumen invisibile ad men
tem non admittitur. Sed quisquis iam
lumen contemplacionis intrare
curare magnopere debet ut men
tem semper in humilitate custodiat
Numquam se de gratia que infunditur
extollat. et ipsas quas mentes eorum

plicatio signant quales sunt
oblique fenestre consideratur per
obliquas etenim fenestras lumen
intrat et fur non intrat quia
hii qui veri speculatores sunt
semper sensu in simplicitate consistunt
atque ad eorum intelligentiam men-
tes contemplacionis intrat sed
latitudo elacionis non intrat
Et patent itaque fenestre et in-
lute sunt quia et apta est gratia
eorum in mentibus qui replentur et
tamen ad se adversarium ingredi-
per superbiam non permittunt Notan-
dum non qui intra portam undique
per circuitum fenestre oblique memo-
rantur non enim contemplacio-
nis gratia summis datur et minimis
non datur Sed sepe hanc sublimi
sepe minimi sepius remoti aliqui-
do eam coniugati percipiunt Si ergo
nullum est fidelium officium a quo
possit gratia contemplacionis ex-
cludi quisquis ergo cor intra ha-
bet illustrari in lumine contem-
placionis potest quia intra portam
undique per circuitum fenestre oblique
constructe sunt ut nemo ex
hac gratia quasi de singulari-
tate glorietur Nullus se de uni-
versi luminis estimet habere percepcio-
ne quia in eo quod se lucem percipere
putat sepe alter est doctor quem
habere apud se boni aliquid non
putat Unde et ad huc apte sub-
iungitur Similiter autem erant et
in vestibulis fenestre per gyrum
interius per circuitum dixit fenestras

in frontibus adiungit fenestras per
gyrum quia non solum alta pre ceteris
membra que preminent huius contem-
placionis gratiam sed plerumque hoc do-
num et illa membra percipiunt que et
si iam per desiderium ad summa enitun-
tur tamen adhuc per officium in imo
iacent Nisi enim et hiis qui conspec-
ti videntur omnipotens deus lumen
contemplacionis infunderet fene-
stre in vestibulis non fuissent
Videmus itaque alios in summis
locis pre ceteris constitutos alta
de celestibus loqui miro studio in
quantum illustrata mens sufficiat su-
perne prius secreta rimari hii fene-
stre sunt in frontibus Alii vero in
istis etiam primum continentur et despec-
ti humanis oculis videntur sed ab
se sapiencie studiis vacant ad ce-
lestia anhelant atque in quantum
prevalent que sunt grandia etiam
considerant / Fenestre itaque ob-
lique sunt et in vestibulis / bene
autem dicitur per gyrum quia omnis
in statio secretiori rex gyrum habet
dum in cogitacione sua dicit pu-
tas ne hoc putas ne illud est an-
imus qui querit ut inveniat qui
querat Cum ad meritum spiritu lumine
erumpente in cognicione reperit
quasi per obliquam fenestram radi-
us veritatis venit Sic quippe
in contemplacione nostra multa
cogitacionibus circumeundo requi-
rimus sicut exempla bonorum
sepe querimus ut in moribus profi-

clamus Nam cum iam cogitat
animus ad meliora transire quaerit
melius de aliis audire possit
exquirit intente huius modi sanctae alicu
ius vitam ventilat Unde et electus
quidam qui in expanso sinu sanctae
ecclesiae per omnipotentis misericordiam mentis o
culus inspicit bonorum vitam ad imi
tationem respiciens dicebat Circui
bo et immolabo in tabernaculo eius
hostiam iubilationis Circuit ut immo
laret iubilationis hostiam circuibat
quia inter animum huc illucque ad
bonorum vitam exquirendam mitteret
ipse ipsius ad iubilationis sacrificium
non perveniret Cum vero sanctorum viri vit
ae statim circumstant ad loca similia perdu
cuntur eorum vita quasi in speculo
ponitur ut cuncti videant bona quae
debeant imitari Unde et adhuc ap
te subditur Et cum frontes pictu
ra palmarum Quid per palmas ni
si praemia victoriae designantur
Ipsa quippe dari vincentibus solet
Unde de his quoque qui in certamine
martyrii antiquum hostem vicerunt
eam victores in patria gaudebunt
Scriptum est Palmae in manibus
eorum Et clamabant voce magna
dicentes Salus deo nostro qui se
det super thronum et agno Palmas
quippe in manibus habere est pro
victoriis in operatione tenuisse Cu
ius operationis palma ibi tribui
tur ubi iam sine certamine gaudetur
Unde et hic non dicitur palmae ante
frontes sed cum frontes pictura pal
marum Ibi enim victoriae palma
videbitur ubi iam sine gaudere

bitur Nam hic plerumque reprobos
viros aspicimus mira agere virtu
tes mortuos suscitare leprosos mundare
daemonia eicere cunctas aegritudines
corporum fugare prophetiae spiritu ventura
praedicare Cuncta itaque haec necdum
palmae sunt sed adhuc pictura pa
palmarum Nam haec aliquando dantur
et reprobis Unde et per evangelium
veritas dicit Multi dicent mi
chi in illa die Domine Domine nonne
in nomine tuo prophetavimus et
in nomine tuo daemonia eiecimus
et in nomine tuo virtutes mul
tas fecimus Et tunc confitebor
illis quia numquam novi vos Dis
cedite a me qui operamini iniqui
tatem Unum ergo signum electionis
est soliditas caritatis Sicut scrip
tum est In hoc scient quia mei
discipuli estis si dilectionem hab
eritis ad invicem Haec autem mi
racula cum electi faciunt Quia et
electi ex caritate hoc reprobi stu
dent agere per ostentationem Sed eisdem
electis quia ipsa mira quae per cari
tatem faciunt non iam palmae sed
adhuc pictura palmarum quia de
eis foris ostendit quales apud
omnipotentem deum intus habean
tur Ibi autem eis palma erit
ubi iam mortis contentio non
erit Nam praedicator egregius te
aspexit palmam veram vincenti
bus dari cum mortuorum resurrec
tionem praediceret fieri sicut dicit O
portet enim corruptibile hoc indu
ere incorruptionem et mortale

hoc induere incorrupcioẽ, mor
talitatem. Cum autẽ mortale
hoc induerint mortalitatẽ, tũc
fiet sermo q scriptus est. absorpta
est mors in victoria. Vbi ẽ mors
victoria tua. vbi est mors stimu
lus tuus. Tunc erit p̃fecta victoria
cum mors plene fuit absorta.
In omni aũt q mirabiliter mõ
de signis agi conspicimus. non
iam ipsam victoriam, sed adhuc
ymagines victorie videmus.
Cum ergo plerumq; sãs etiam
et in locis sublimioribus pot
tis ut ad bona opa alij puo
centur. virtutes et signa daũt
an̄ frontes nitidis edificij pal
marũ pictura ostenditur. Sed et
hodierna die tractata sufficiãt
ut ad ea que subiecta sunt. va
lenciores adiuuãte dnõ mõ re
xpõ. qui viuit et regnat cũ prẽ
in vnitate spũs sc̃i deus p o. s.

Explicit omelia xvij Incipit xviij.

Postquam de contemplacio
ne gracia obliquas se
nestras insinuans ꝓphe
ta. multa locutus est. eductũ
se exterius dicit et gazophilacia
vidisse commemorat in quibus
gazophilacijs ad aliud quã doc
torum sciencia designatur. Sz re
tum sciencia designatur. Sed re
cte hac in re queri pot. cur do
ctores sancti spũalia atq; inte
na doceant. cur ꝓpheta ducto
se exterius dicit et gazophilacia
a foris vidisse. Sed sciendum
est. quia alia est contemplacio
que tm̃ videt quantũ dicere nõ va
let. Alia vero sciencia atq; doctrina
que tantũ videt quantũ exprimere per
lingwã possit. In contemplacione
enim vero luminis. quia voce exprimi
nõ pot. quasi totũ hoc foris est
q exprimi voce pot. Ait itaq; et
eduxit me in atrium exterius. et ec
ce gazophilacia et pauimentum
stratũ lapide in atrio p circuitũ. quia
sermone greco. philaxe seruare dicitur
et gaza lingwa psica diuicie vocatur.
Gazophilacium locus appellari
solet quo diuicie seruant. Quid i
taq; p gazophilacia designatur. ni
ut p̃ proxima corda doctorum sapiencia
e atq; sciencie diuicijs plena. Qui
iuxta pauli vocem. alij datur p
spiritum sermo sapie alij sermo sciencie
in eodem spũ. Sunt enim quidam
qui p donũ grẽ et ipsi intelligunt
que exponi a doctoribus nõ au
dierũt ac perceperunt. Et sunt q
dam qui p semetipsos abdita in
telligere nequiunt. Sz ea que in expo
sicionibus legerint retinent ac
q sciunt pferunt que lecta didi
cerunt. Vtrique itaq; isti vero sermone sci
encie pleni sunt. Quibus hoc tale
intelligi possit. quia sapia ad in
telligenciam. sciencia vero pertinet ad doctrinam.
Qui igitur bene viuit et prude
ter iudicat. gazophilacium spũale
edificij iure nominatur. Qui ab eius
ore celestes diuicie dispensant
hijs diuicijs habundare discipulos
ipse magister gencium viderat cũ dice
bat. diuites facti estis in illo in omni

vbo et in om̄i sciencia Sunt ita
q̄ in edificio sc̄e eccl̄ie constructa
gazophilacia quia habūdat diui
cijs scilicet lingwa p̄dicator doctor. H̄e
uertas esse diuicias ipa p se ueri
tas denunciat cū de misteriis di
uinis dicit. fallacia diuiciarum
suffocat uerbum sapiencia eciā
atq̄ sciencia doctrine spiritualis v̄e
sunt diuicie in quarum comparaci
one que terrene possunt falseno
minantur De hijs diuicijs p salo
monem dicit Thesaurus desi
derabilis requiescit in oꝛe sapien
tis. excepto autē eo qui ad eter
nā patriam. diuicie spirituales est
eis a terrenis diuicijs magna di
stancia. quia spirituales diuicie
erogate pficiunt Terrene autem
diuicie aut erogantur et defici
unt. aut retinentur et utiles
nō sunt Cum ergo hijs in se ue
ras diuicias continent recte
gazophilacia uocantur Et hanc
ipa gazophilacia pauimentum
quia eis adheret ac subiacet
humilitas auditorum Cuius pauimen
tū vcē struitur lapide in ariium
dicitur. quia in latitudine caritatis
uiciissim sibi subiuncte sunt aīe
fideles que et lapides appellan
tur p fortitudinem fidei et strate
in pauimento sunt in compage hu
militatis hijs fidelium mentes
petrus aplūs fortes in fide conspe
xerat cum dicebat Et uos tam
quā lapides viui sup edificamini

domos spirituales De hijs lapidi
bus sc̄e eccl̄ie dn̄s p ysaiam dicit
ponam iaspidem ppugnacula tua
et portas tuas in lapides sculp
tos vniuersos terminos tuos. in la
pides desiderabiles omnes fili
os tuos doctos a dn̄o omnes
enim deus sc̄e eccl̄ie ppugnacula.
iaspidem qui uiridis coloris est
lapis posuit quia p̄dicatores illius
mentes eterne uiriditatis amo
re solidauit ut transitoria cuncta
despiciant Nil in hoc mūdo q
sine clauditur appetant Sempiterna
eius gaudia uelud arida concupis
nant Vnde et ipse pastor eccl̄ie
auditores suos ad pascua eterne
uiriditatis loquens. uocatis d̄ qd
dicit. Sm̄ magnā misericordiā suā
regenerauit nos in spē viuam
p resurrectionem ihū xpi ex mor
tuis in hereditatem incorrupti
bilem et incontaminatā et im
marcescibilem conseruatā in ce
lis huius sc̄e eccl̄ie porte ex scu
lptos lapides ponuntur. quia hij
p quos uos uoce ad uitā eternā
ingredimur. sancta opa q̄ diuina
precepta sunt. dum in semetipsis
ostenderint hec quasi in se sculp
ta tenuerunt / porte eciā non
sculpte si pure essent si uocem
quidē p̄merent s; sacra in se opera
nō demonstrarent. at ubi sm̄
hoc ostendunt vnde qui loqun
tur et porte sunt quia uitis
ducunt et sculpte quia vineā
custodiunt que alijs loquuntur

huius sce ecclie vniu'sos tuios
in lapides desiderabiles positos
videmus. dum in ea fideles q°
usq3 fortes in fide et caritate co
spicimus. qui ut quos dixerit
lapides demonstraret adiunxit
omnes filios tuos doctos a do
mino. Cu' g° Isaias vniu'sos eccle
t(er)minos lapides desiderabiles in
dicit hoc ezechiel pauimentu la
pidi stratu p circuitu ee phibuit
Cuia ad huc de gazophilacys
subdit. t'gunta gazophilacia i
circuitu pauimetu. Denari' nu
merus p pfectione semp accipi
tur. quia in decem p(re)ceptis legis
custodia continetur. Actiua etē
m et contemplatiua uita. s(ed) i
decalogi mandatis coniuncta est.
quia nā et amor dei 7 amor
se similiter pximi iubetur. amor
quippe dei ad contemplatiuam
amor uero pximi ptinz ad ac
tiuā. Sed uniusquisq3 doctor
ut in actiuaz uitam plene se
dilatet atq3 in contemplatiuaz
uigilant' surgat. in sce trinita
tis fide debet esse pfcus vnd
et eadem gazophilacia t'ginta
esse memorant'. ut cu denar'
us t(er) dicatur. lingwa 7 uita do
loris in trinitate solidetur. S3
hac in re illud nobis est uigi
lant' intuendu. q' ppheta dix
gazophilacia desc(ri)psiss3 adiunx
it. pauimentu p circuitu atq3 in
ferius subiungit. Gazophilacia
in circuitu pauimenti. Quatenus

et gazophilacia in circuitu pauimē
ti et pauimentu in circuitu gazo
philaciorum esse uideatur. pauime
tu quippe et gazophilacia eo sunt
ordine distincta. ut et gazophi
lacia int' pauimentu. et pauime
tu int' gazophilacia fuit strac
positu. Non hoc fr(atr)es sine ma
gno misterio est. Nec in circuitu ga
zophilaciorum dicat' ee pauimen
tum. et in circuitu pauimenti nar
ratur ee gazophilacia. habz eciā
pauimentu in circuitu gazophila
cia. quia uitā audientium circu
cotidie et custodit lingwa doc
torum. Doctores etenim boni in
sce exhortacionibus v(er)bis. modo fomē
tis dulcedinis. modo asp(er)itate i
crepacionis inuigilant. ut au
ditorum suorum uitam a uicys de
fendant. S3 hinc ip(s)a q(uo)q(ue) gazo
philacia in circuitu pauimentu3
quia sepe eciā doctorum cor uicio
rum temptacionibus tangitur.
ut modo eleuet' iactacione super
bie. modo ire stimulis inflamet'
S3 cu bonorum auditorum uitam
considerant. eamq3 pstasse suis
exhortacionibus pensant erube
scunt tales esse quales auctō
re deo p se conspiciunt alios fac
tos esse. et cu se in mente re sta
bilijunt. q(uo)m plene in culpa laba
tur. Nam cu ip(s)a sua doctores
v(er)ba ad memoriam reducunt eru
bescunt nō obs(er)uare q(uo)d dicunt
Unde et p salomonem dicit' Anima
laborantis laborat sibi. quia

compulit enim os suum. Os enim nostrum nos compellit ad laborem quando per hoc quod dicimus a vitiis refrenamur. Certa turpe nimis est ibi nos negligendo cadere unde predicando conati sumus alios levare. Hinc ergo gazophilacia inceditur pavimentum quia doctorum magna custodia est intra venerabilis auditorum et sinus ei sermo sit in adiutorium quia erubescant pulsantibus vitiis non resistere qui contra vitia alios armaverit. Certa enim quando diu in hac vita vivimus contra malignos spiritus quid aliud quam in acie stamus. Sicut predicatione doctoris animus forsitan aliqua elatione pulsatur sed sine ne ipse peccat seu ne per exemplum suum alios ad peccandum trahat vigilanter se et sollicite circumspiciat in cogitationibus remordet adducta auditorum suorum vita ad meliorem semetipsum humiliat et quibus preerat modo agitur ne elatio percipitur in mente ne dominetur in opere. Scriptum quippe est initium omnis peccati superbia. Omnibus ergo erit ante oculos dei fructus boni operis si ex radice putrescit elationis. Sepe ut predictum est eius animus temptatur ex ira sed citius se ad se intus spiritum recolligit et disciplinae se pande depingens agit ne motus animi texeat in sermone ne erumpat in voce sicque ut ira turbatur animus ubi per negligentiam

oritur ibi per iudicium suffocata moriatur. Certa ex re agitur ut ex concepta culpa animus virtute pariat. Certa et si se fortiter custodire voluit ne ad ironiam surgeret se tamen in commotione fortiter vincat. Unde bene per Salomonem dicitur: melior est patiens viro forti et qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Certe autem expugnator ubi non patiens prosternitur quia in illa actione victoriae homo victor est hominum. In hac autem mansuetudine patientiae animus victor est sui sequitur sequitur et pavimentum in fronte secundum portarum longitudinem portarum erat inferius in quo porte fuerant constructe secundum longitudinem portarum pavimentum erat inferius quia quantum tenere locus portarum poterat tantum tendebatur et pavimentum quod erat inferius longitudo ergo pavimenti a porte non erat dissimilis sed tamen equalitas pavimenti non erat cum portis longitudo similiter erat sed equale non erat inferius quod longe distat vita populorum a vita doctorum. Certa et si ad regna celestia tendentes eandem longanimitatem spei habent, eadem tamen videndi studia non habent. Tendatur ergo pavimentum similiter in longitudine quia ipsam fidem ipsam spem in se retinent auditores quam habent certum est predicatores. Sed pavimentum

tum inferius iaceat· ut omnes
auditores predicatores suos longe
a sinus meritis excellere cognos
cant· Cum vero longitudinem
portarum ipsam sicut superius
diximus earum altitudinem intel
ligere debemus/ dum sicut pau
lo post scriptum est ad portas
gradibus ascendebatur Tanto
pauimentum iacet inferius quan
to vnaqueque porta surgit in
altitudinem Quia quanta sa
cior est vita doctoris tanto sit
humilior sensus audientis Qui
semetipsum despiciat dum predica
toris sui vitam in magna sur
gere altitudine comprehendit Imitari
etenim bona eius alia forsan potest
alia non potest In quibus preualet
proficiat in quibus minime preualet
ad humilitatem crescat Et hoc
ipsum ergo ei in profectum est Ecce enim
si predicatorum nostrorum ea que legimus
facta et dicta pensamus an quis
tam altitudine surrexerunt
forte cognoscimus ut enim ta
ceamus de ostensione signorum
loquimur de virtutibus cordium
Certe paulus qui se legi mor
tuum per legem dicat Quia ut
in christo crederet et hoc lex ipsa pre
dicauit Magno fidei ardore
succensus precepta legis tenere
carnaliter noluit cum iam aposto
nem in gentibus sed necdum
et cum petrus apostolus simulari ad
huc in consummacionem legis
consuetudinem vellet ei in facie

restitit Cumque hac in re fuisse re
prehensibilem dicat et hoc eius stu
dium discipulis loquens non solum
culpam sed qui est maius ypocrisim
idem simulacionem nominat dicens
Cum venisset petrus antiochiam
in faciem ei restiti quia reprehen
sibilis erat Et paulo post Et si
mulacioni eius consenserant ce
teri iudei Ipsum non apostolorum primus
cum multa discipulus admonet
atque a quibusdam decepti de pauli
scriptis agnoscerent dicit Sicut caris
simus frater noster paulus secundum
datam sibi sapienciam scripsit nobis
loquens in eis de hiis in quibus
sunt quedam difficilia intellectu que
indocti et instabiles depravant
Sicut et ceteras scripturas ad suam
auditorum accenditur. Multi quoque eorum
verba audiunt quanta vel qualia
mala perpetraverunt recognoscunt
atque ad eum confitentes veniunt
eique pro peccatis suis intercessores fi
eri cum fletibus petunt ut ipse
orando deleat culpas quas pre
dicando manifestat. Unde et subdi
tur Super mensas autem cunnes
oblacionis. Doctores etenim sancti ad
compunctis peccatoribus atque con
fitentibus condponunt duo pres

simonie per hoc quod venalem car-
nali eorum vite postulant mense di-
vine carnes oblacionis portant.
Ergo sunt pro quibus commerciis
et scenalibus rogent. Oportet ut
eisdem plus in peccatis positis subveniat
et cum iam ceperunt peccata relinque-
re atque ad innocenciam festinare
necesse est ut gratia eos in ore docto-
ris incrementa predicacionis ex-
crescant. Et quibusdam doctrine
sue verbo tanto vehemencius in-
stat quanto eos gravius cecidisse
considerat. Videlicet sciens quod in
se tanto mercedem magne remu-
neracionis accipiat quanto ver-
bis suis alios de profundiori-
bus peccatis levat. Liber autem hec
sancti evangelii ad medium ver-
ba deducat. Cum quidem sacra hystoria
per hoc quod sonum materialiter narrat
nunc quod cottidie agitur denun-
ciat. Nam cum fessi atque ieiuni-
o ad dominum populi tum venissent
discipulis suis dicat misereor
super turbam quia ecce iam
triduo sustinent me nec habent
quid manducent. et si dimise-
ro eos ieiunos in domum suam
deficient in via. Quidam enim
ex eis de longe venerunt. Tri-
duo dominum sustinet quando
multitudo fidelium peccata que perpe-
travit per penitenciam declinans ad
deum se in opere in locucione at-
que in cogitacione convertit.
Quos dimittere ieiunos in domum
suam dominus non vult ne deficiant in
via. Quia videlicet conversi pecca-
tores in presentis vite via deficiunt
si in sua consciencia sine doctrine

sancte pabulo dimittuntur. Ne ergo
lassentur hinc peregrinacionis la-
bore pascendi sunt sacra ammoni-
cione. Valde autem pensanda
est pia sentencia que processit
ex ore veritatis que dicit Qui-
dam enim ex eis de longe venerunt.
Est autem qui nichil fraudis et ni-
chil carnalis corrupcionis ex-
pertus ad omnipotentis dei servici-
um festinavit. Iste de longin-
quo non venit quia per incorrup-
cionem et innocenciam proximus
fuit. Alius nulla inpudicicia
nullis flagiciis inquinatus
solo autem coniugio expertus ad mi-
nisterium spirituale conversus est.
Neque iste venit e longinquo quia
usus coniugii concessa per illi-
cita non erravit. Alii vero post car-
nis flagicia. Alii post falsa tes-
timonia. Alii post furta facta.
Alii post illatas violencias. A-
lii post perpetrata homicidia ad
penitenciam redeunt atque ad omni-
potentis dei servicium convertun-
tur. Hii videlicet ad deum de lon-
ginquo veniunt. Quanto etenim quis-
quis plus in pravo opere erravit
tanto ab omnipotenti domino
longius recessit. Nam et prodigus
filius qui patrem deseruit abiit
in regionem longinquam in qua
porcos pavit. Quia vicia nutri-
vit. Dentur igitur alimenta
eis etiam qui de longinquo vene-
runt. quia conversis peccatoribus
doctrine sancte cibi prebendi sunt ut
in deum vires reparent. quas
in flagiciis amiserunt. Quia
sepe a doctoribus tanto necesse

est ut largitoribus cibis doctrine
saciemur quanto fessi maiori
bus iniquis venerant et ad iam
confitentes reperiunt mala que com
miserunt atque confitendo relin
quere et flentibus puniri. Unde
est ut doctores sancti pro eorum
peccatis spelliate exorent quasi
in mense domini carnes obla
cionis portent. Cum quotiens
agunt in hoc quod in alienis pec
catis intervenimus sua autem dei
oculos amplius detergunt
quia ea ipsa caritate se puni
cant qua mira pietate pro alie
nis iniquitatibus se in lamen
tis mactant. Nec laboriosum
debet esse doctori pro commissis pec
catoribus lacrimas fundere quando
et ipse creavit qui omnia bonum fecit
pro nostris iniquitatibus in cruce
sanguinem fudit. qui vivit et
regnat cum patre in unitate spiritus
sancti deus per omnia secula seculorum amen

Explicit omelia xxi incipit xxii

Sacri eloquii misti
cos sensus psalmista per
aspiracionem sancti spiritus
prudenter intelligens dicit: Mi
rabilia testimonia tua domine
ideo scrutata est ea anima mea.
Cum rursus ait: Revela ocu
los meos et considerabo mira
bilia de lege tua. Cum enim nec
dum occulta de apertis intelli
git oculos velatos habet.
Cum vero iam intelligit reve
latis oculis mirabilia de lege
dei considerat. Qui spiritualiter
hec verba distinguens quid in quibus ma
gnitudo lateat pensat. Cum non

est mirabile quod aliud audiebat
atque aliud exit ad intelligencia
m quod non sonabat. Cum ergo verbo
sacri eloquii misti lapide silex dix
erim in quo ignis latet quod manu
quidem frigidus tenetur. Si percus
sus verbo per scintillas emittitur at
que hoc emittit ignem qui post arde
at quod prius manu frigidus tenebat. Ce
terum verba sunt sacri eloquii que
quidem per narracionem lectionis frigida
tenentur. Sed si quis hec ad aspiran
te domino cum intentu intellectu pulsa
uerit de misticis eius sensibus
ignem producat ut in eis verbum
post animus spiritualiter ardeat quod
prius per litteram ipse quoque frigidum au
diebat. Ecce etenim propheta dicit:
Et extra portam interiorem gazo
philacia cantorum in atrio interiori quod
erat in latere porte respicientes
ad aquilonem et facies eorum contra
viam australem. Una ex latere
porte orientalis que respiciebat ad
viam aquilonis. In his itaque ver
bis lectionis ad amorem dei cuius am
nimus infervescat quod plerumque quibus
non ex ipsa eorum lectione sepe fiat.
Si autem latens in littera spiritualis
medulla distinguitur per hoc scin
tille intellectus exeunt et incendunt
quod prius cordibus omnibus frigidum
sonabat. Nobis tamen ut se aspiran
te domino interior intellectus ape
riat, ipsa prius narracio iuxta litteram
pateficiat. Dicit enim: quia porta e
rat interior atque extra hanc atrium
quod appellatur interius ac deinde
alia id est aquilonis austri atque
orientalis porte describuntur ut ip
sum atrium quod esse extra portam in
teriorem dixerat a portis exterior
ibus esse interius ostendat. Altera

Ergo hoc et foris et intus est. Foris
quia extra portam interiorem est. Intus
autem quia interiora portis exteriores.
Gazophilacia quoque cantorum esse
in hoc eodem atrio narrantur que a la-
tere porte posita dicuntur respician-
tes aquilonem. Sed ipsa eadem gazo-
philacia ad australem viam respi-
ciunt et subditur ex latere porte ori-
entalis que respiciebat ad viam
aquilonis. In quibus verbis aperte
intelligitur quia cantorum gazo-
philacia intra latus porte respi-
cientis ad aquilonem et latus
porte orientalis fuerint posita que
videlicet respiciebat ad viam aquilonis
et latus porte orientalis fuerant
posita que videlicet respiciebat ad
viam aquilonis. Faciebus itaque ga-
zophilaciorum contra viam australem
sita post has inter portas erant orien-
tis et aquilonis. Porta ergo interi-
or habebat ex latere portam aqui-
lonis, ex alio quoque latere portam
australem. In fronte vero vestibuli
orientalis porta surrexerat. Atque
sic atrium quod erat extra portam in-
terior est ut hoc quoque esset in atriis
porte quod illud exterius ambiebat.
Hec de verbis littere sub brevitate trans-
currimus ut in eis sensus myste-
rii non breviter exquiramus. In
parte autem superiori tres porte de-
scripte sunt, id est orientis aquilo-
nis et austri. Moxque interioris at-
rii tres alias narrat, id est austri
et orientis et aquilonis. Ac de
porta interioris dicta est in qua n[illegible]e
se de quadris lapidibus constru-
cte memorantur. Et porta que respi-
ciebat ad aquilonem in qua men-
se essent ad sacrificium non ad holo-
caustum. Quam minorem diximus nostri

tate ecclesiam in extremitate synago-
gam. Sed hys expletis propheta c-
epit interiorem portam atque tres
alias, id est aquilonis austri et ori-
entis describere et in eo atrio in-
teriori quod erat extra portam interio-
rem esse gazophilacia cantores
sacerdotes templum altare et
sacrificium perhibet. In quibus ver-
bis quia de sancte ecclesie in-
stitucione narrare alia ab eis
quam prius dixerat cepit patet
quia interioris porte intellectum
mutavimus. Si enim sub uno intellec-
tu omnia diceret novo ordine
ipsa atque alia non replicaret.
Iam quomodo possumus extra por-
tam interiorem atrium gazophilacia
a cantores sacerdotes templum
altare sacrificium dicere. Quia per ean-
dem portam interiorem hoc loco
sancta ecclesia designetur, cum cun-
cta hec intra ipsam sint quo-
modo extra portam interiorem sunt si
ecclesiam non sunt. Intelligendum ergo por-
ta minor per ea que iam longe
superius locuti sumus quia contra por-
tam aquilonis et orientalem dicitur
posita per quam figuratur diximus
aditum cum nobis ad interiora
gaudia patrie celestis aperit ut hic
quoque per portas que circa vesti-
bulum narrantur sancta ecclesia per por-
tam vero interiorem celestis regni
aditus figuretur. Sed ne quis me
verba sacri spiritus estimet ad intellec-
tum meum violenter inflectere
et dicat de porta minori significa-
cionem sancte ecclesie quam semel
dixi mutare non debui. Infulgen-
te dei gratia omnipotentis quod
cepimus ipsa teneamus ut et por-
ta interior signet ecclesiam que nos

ad interna gaudia perducit et gazo-
philacia cantores sacerdotes
templum altare sacrificia sunt
in atrio quod est extra portam et in-
extra ecclesiam non sunt. Si enim
subtili investigatione pensamus
nil obstat intelligi ut interiorem
portam sicut dictum est sanctam ec-
clesiam sentiamus de qua nunc
dicitur. Et extra portam interio-
rem gazophilacia cantorum in a-
trio interiori. Duo etenim sunt que
dicuntur porta interior atque extra
hanc atrium interius quatenus
hoc ipsum atrium et exterius sit et
intus: exterius a porta, interius
autem sicut exposuimus portas consi-
derando distinxit. Sancta etenim ecclesia
duas vitas habet. Unam quam
temporaliter ducit, aliam quam me-
ritum recipit, unam qua laborat
in terra, aliam qua remuneratur
in celo, unam qua mercedes col-
ligit, aliam vero in qua iam de re-
ceptis mercedibus gaudet. Atque
in utraque vita offert sacrificium,
hic videlicet sacrificium compunc-
tionis et illic sacrificium laudis.
De hoc sacrificio dicitur: Sacrifici-
um deo spiritus contribulatus.
De illo autem scriptum est: Tunc ac-
ceptabis sacrificium iusticie ob-
lationes et holocausta. Et ru-
rsus aut ut cantet tibi gloria
mea et non compungar. In utro-
que autem sacrificio carnes offerun-
tur, quia hic oblatio carnis
est maceratio corporis, ibi ob-
latio carnis est in laude dei glo-
ria resurrectionis. Tunc quip-
pe illic quasi in holocaustum
offertur caro quando in eternam incor-
ruptionem permutata nil contradi-
cionis nil mortalitatis habuerit,
quia tota simul amoris igne suc-
censa in laude sine fine permane-
bit. Porta ergo haec interior id est sancta ecclesia
habet interiora sua, illam videlicet
vitam que adhuc oculis nostris
occulta est. Habet enim atrium
exterius id est vitam presentem in qua omne
bonum agitur ut ad bonum sine fine
perveniatur. Sunt ergo in interiori atrio
quod tamen extra portam est gazophilacia
cantorum, quia electi quique atque per-
fecti qui adhuc in carne mortali sub-
sistunt et iam simul sunt sancte ecclesie
et adhuc extra secreta gaudia in-
terioris vite sunt gazophilacia canto-
rum extra portam interiorem et intra por-
tas exteriores intus et exterius,
quia corda sanctorum que omnipotentem deum
desiderium suum per magni ardoris
amorem cantant, et intus sunt
quia in sancte ecclesie sinum posita
etiam vident per spem quod intus fortiter
ament, et tamen adhuc non vident
per speciem quod amant. Sunt itaque in interio-
ri atrio gazophilacia sed extra portam
ut iam intus sint per desiderium, per
plenarium effectum. Quid sunt autem
gazophilacia cantorum nisi sancta
desideria amantium que precepta di-
vina quasi quasdam divitias ab-
scondunt in mente, quas cantan-
do servant, quia mandata dei non
ex timore sed amore perficiunt. Eisque
ipse sacri eloquii preceptiones canta-
biles fiunt quas non ex timore sed
ex desiderio semper operantur. Unde
cor iusti quasi cuiusdam cantoris
audite gazophilacium: Cantabiles
michi erant iustificationes tue in
loco incolatus mei. Iustificationes
dei dicimus precepta divina que nos iu-
stos faciunt si impleantur. Que

tunc nobis in loco necessitatis nostre
tantabiles fiunt qui in hac peregri
natione vite preceptis ipsa eadem man
data diligimus ex desiderio imple
mus / hinc est quod idem psalmista i
terum ex cautorum gazophilacio se
esse insinuat qui ait custodiam ca
tabo tibi domine et iudicium custodia
domini quod peccata laxantur cantare et pec
cator debet i. hanc cum gaudio di
ce atque separe Sed quis ita iustus
est ut eius sibi extremi iudicium ante
mentis oculos revocet et non
contremiscat ac potius venie ad
illud examen tanti iudicis presu
mat festinet et gaudeat Cuius profecto
ille est magnus est / quia iam mi
sericordiam et iudicium cantando omnipo
tentem dominum qui eius peccata miseri
cordiae relaxat tanto mentis af
fectu diligit ac presentia eius iudicium
non pertimescat caritas namque per
fecta ut ait apostolus foras mittit ti
morem Cantat quippe iudicium
ad quod mente non trepidat Er
go mens illius gazophilacium
cautorum ut per divitias misericordie
quas accepit letus properat ad iu
dicium quod iam non pertimescat / Vi
deamus si placet fratres karissimi aliud
quoque gazophilacium cautoris fo
ris et ipse iudicium cantat Cuius
etenim dicat Ego enim iam delibor
et tempus mee resolutionis instat
Bonum certamen certavi fidem ser
vavi cursum consummavi / de reliquo
reposita est michi corona iusti ci
e quam reddet michi dominus in illa
die iustus iudex qui laborum
suorum conscius memor certami
nis quod egit memor fidei quem
servavit esse sibi in iudicio repositam
coronam dicat esse quod sibi in illa die
reddi sperat potius quam donari
presto pater quia iudicium cantat
quod venire desiderat Cum ecce sub
dit non solum autem michi sed
et hiis qui diligunt adventum
eius Nemo enim adventum iudicis
diligit nisi qui se habere causam
in iudicio bonam novit Eorum ergo
corda qui adventum iusti iudicis
diligunt gazophilacia cautorum
sunt que per presumptionem gratie
et vite per virtutes sui desiderium can
tant iusti iudicium quod omnes iniusti
pertimescunt Veniunt autem cari
tas una quia superiori locutione
per portam orientis fidem per aqui
lonis spem per austri autem cari
tatem diximus designari / hec
itaque gazophilacia intra portam
orientis et aquilonis esse memo
rantur atque ad viam australem re
spicere quia corda sanctorum intra fide
et spem posita australem iam re
spiciunt que sancte caritatis igni
bus inardescunt Ipsa quoque o
rientalis porta respicere dicitur
ad viam aquilonis quia nobis
per fidem quidem omnia in baptism
te peccata laxantur Sed in dominum ad
huc hic vivimus ecce post fidem
sepius ad peccata declinamus Orien
orientis porta viam aquilonis
respicit cum vita nostra post
perceptam fidem adhuc aliquatenus
mus in frigore culpe torpescat /
Cuius enim in hac vita valeat
post fidem sine culpa vivere Et
Iohannes dicat Si dixerimus quia
peccatum non habemus ipsi nos seducimus
et veritas in nobis non est Cuius
verbis Iacobus concordans ait
Si autem peccata fecerit in fidei percepti
one dimissa sunt et adhuc post fi/

dem ad peccatum declinatur que nobis
erit presumptio iusticie quam spes uite
permanentis. Nisi ut in me dum
adhuc inter portam orientis et
aquilonis sumus. ad viam austra-
lem mentis oculos leuemus
quatenus ex sancta caritate feruen-
tes calor nos amoris liberet
a culpa torporis et frigoris. Sunt er-
go gazophilacia inter portam ori-
entis et aquilonis. sed sicut dic-
tum est ad australem uiam faci-
es intendat. ut inter hoc quod iam de
fide sumus et quod post ad peccatum de-
lapsi de spe pietatis presumimus,
Excitamus nosmetipsos in ar-
dore caritatis. et ibi tendamus
oculos cordis ubi accenditur ig-
nibus amoris. Possunt autem per aqui-
lonis portam gentilitas per austra-
lem uiam iudea per orientis autem
portam ipse dominus designari. Per
aquilonem quippe non inmerito gen-
tilitas figuratur. quam ille in tor-
poris frigore possedit qui dixit
Sedebo in monte testamenti in
lateribus aquilonis. Per australem
quippe portam iudea accipitur
in qua spirituales patres celesti ar-
dore ferbuerunt. quorum vna loquitur
dicens. Conuerte domine captiuita-
tem nostram. sicut torrens in aus-
tro. Que et si carnalem populum
habuit in quo velut aquilonis
figuram portauit. In sanctis tamen suis
doctoribus ac prophetis ad deum
ac proximum calore caritatis arsit.
Orientalis autem non inmerito ipsum
signat de quo scriptum est. Ecce vir
oriens nomen eius. Et de quo
zacharias ait Visitauit nos ori-
ens ex alto. Sunt ergo gazophila-
cia cantorum ex latere porte aqui-

lonis. quia non solum in iudea fue-
runt corda sanctorum spiritali ardore
succensa. sed etiam in gentilitatis multitu-
dine ad sancte fidei sacramenta conuer-
se ardent corda sanctorum amore celes-
tis patrie. inhiant gaudiis eternis
suspirant ad societatem supernorum
ciuium in celo. Deo tamen exempla hu-
ius ardoris quem dono sanctissimus
acceperunt ab spiritalibus patribus
synagoge capitur. Unde et ipsa quoque
gazophilacia et in aquilonis la-
tere posita oculos ad viam austra-
lem tendunt. Ecce enim in gentibus
uenimus. sed in hoc quod per spiritum ad
terram caleamus iudee patres aspicimus
qui nobis in suis dictis sancti de-
siderii exempla prebent. An non quasi
calore meridiani feruoris arde-
bat qui estuabat dicens. Sicut
ceruus desiderat ad fontes aqua-
rum. ita desiderat anima mea ad
te deus. Sitiuit anima mea ad deum
viuum. quando veniam et apparebo
ante faciem dei. Cui rursus ait
Psallam et intelligam in via in-
maculata. quando uenies ad me.
Hoc quoque ardore accensus fuerat
qui dicebat Nunc dimittis domine
seruum tuum in pace. quia viderunt
oculi mei salutare tuum. Quia ergo
ex gentilitate uenimus sed sanctos
iudee patres nobis in diuini amo-
ris imitatione proponimus. quasi
que ad cantorum gazophilacia ex
latere porte que uiam aquilonis
respicit sumus. sed ad viam aust-
ralem facies tenemus. Et notandum quod
hec eadem gazophilacia inter por-
tam aquilonis et orientis esse
perhibentur. quia post incarnaci-
onem dominicam multitudo gentium
ad fidem venit. atque inter ipsos fi-

deles populos et sacramenta domi
ce incarnacionis que medullitus
diligunt corda amancium sursum gerunt
habebant ergo sancta gazophilacia iuxta
hanc orientis porta et inde aquilo
nis quia inter ipsa redempcionis
sue misteria que sequuntur et carna
les quosdam quos intra sanctam
ecclesiam tollerant multa in domini
forti amore perficiunt virtutibus excres
cunt etiam iudicis aduentum expectant
et inter eos qui amant atque illa que
tollerant quasi quedam gazophi
lacia diuine spiritus in mente ser
uant Nec inter sacramenta que di
ligunt et que iam contraria portare
deficiunt quia australem viam
facies intendunt Quid enim pa
tiuntur quod patres illi pro amore do
mini cuncta non pertulerunt Notan
dum vero quod inter portam austri
et aquilonis orientalis porta esse
describitur quia dominus ac redemp
tor noster de iudea natus est et
mox quoque in fide sua ecclesiam ex gen
tibus traxit Quasi enim inter me
ridianam portam et aquilonis ap
paruit quia ex illa venit et is
tam sibi in suo seruicio conuertit Cum
et bene dicitur cum porta eadem
orientalis ad viam aquilonis re
spiciat quia natus dominus synago
gam deseruit et multitudinem
gencium collegit Notandum vero quoque
est quod dum de gazophilaciis diceret
et facies eorum ad viam aquilonem
additum est vna ut videlicet aper
te senciamus quia non alia est
via ad celestem patriam nobis
qui ex gentilitate venimus atque
alia illis patribus qui fuerunt
in iudea Sed hec eadem vna via
est nobis et illis que nos ad eterna

gaudia perducat que nobis per euan
gelium dicit Ego sum via veritas
et vita Et de qua psalmista ait
Vt cognoscamus in terra viam tuam
et in omnibus gentibus salutare
tuum Iesus enim hebraice est ihesus
hoc latine dicitur salutaris In ter
ra ergo via cognoscitur quia christus
dicitur ante secula et hic factus in fine
seculorum gentibus est manifes
tatus Vna est ergo via et illis qui
ab austro sunt et hiis qui ab
aquilonis parte respiciunt quia cunc
tis iudeis et gentibus dominus ac
redemptor noster expulsa pena
formidinis ad patrem factus est
iter amoris atque adiutorium per
ueniendi Sequitur Et dixit ad
me hoc est gazophilacium quod re
spicit viam meridianam sacerdo
tum qui excubant in custodiis
templi Atque mox subditur Por
ro gazophilacium quod respicit ad
viam aquilonis sacerdotum
erit qui excubant ad ministerium
altaris In quibus prophete ver
bis prius nobis querendum est qui
sint maioris ordinis sacerdo
tes vtrum hii qui in custodiis
excubant templi an hii qui
in ministerio altaris Sed quia post
subditur altare erat ante faciem
templi aperte ostenditur illos esse
maioris ordinis sacerdotes
qui in custodiis templi excubabant
quia plus in altari quod eminus
ministrant hii autem qui ad alta
re quod ante faciem templi est ex
cubant tanto inferiores sunt
quanto in exterioribus ministrant
Querendum iam nobis est qui
sacerdotes sunt qui templum cus
todiunt et qui ad ministerium alta

ris excubare perhibentur. Magister etenim gentium fidelibus scribens ait: Templum dei sanctum est quod estis vos. Qui itaque sacerdotes sunt qui templum dei custodiunt nisi hii qui orando, predicando, spiritualibus actionibus vigilando sanctam ecclesiam a malignorum spirituum immissionibus, a pravorum suasionibus, ab hereticorum erroribus defendunt. Custos nonne fuerat templi qui labores sue passionis enumerans dicit: In labore et erumpna, in vigiliis multis, in fame et siti, et in ieiuniis multis, in frigore et nuditate. Atque statim subdit: Preter illa que extrinsecus sunt, instancia mea cottidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Pensate queso custos templi quanta sollicitudine vigilet. Ecce enim in se ipso inestimabilia patitur et tamen cordis sui sollicitudine aliis impenditur. Cuius rogo virtutis est plus de utilitate proximorum quam de sua afflictione cogitare? Quis hoc digne estimet, quis digne pensat? Laborat, luget, esurit, sitit, alget, ieiunat, vigilat et tamen de ecclesiarum omnium sollicitudine cogitat. Ecce est sollertissimus custos templi in exemplo positus, invenitur qui valet adversa eterne pravitate pati, bona proximis impendere, et tamen animarum sollicitudinem vigilare ne quis in perfidia, nequis in superbia, ne quis in rapina vel in invidia labatur, exquirere atque compescere. Hoc est templum dei id est sanctam ecclesiam custodire. Sunt autem inferioris ordinis sacerdotes qui ad ministerium altaris excubant, cum videlicet in adiutorium maiorum peccata delinquentium subtiliter investigant et vitam carnalium diligenter atque adhuc usque perducunt et ut per lamenta penitentie mactandam carnem in sacrificio quam prius vivere permiserant in peccato. Non enim hii qui sanctis ecclesiis presunt per semetipsos cuncta agere prevalent. Sed cum ipsi causis spiritualibus occupantur, si qua forte carnalia perpetrantur ecclesiis discucienda atque corrigenda committunt, per quos dum carnalis vita corrigitur et usque ad abstinentie atque orationis studium a proficientibus pervenitur, hii nimirum antiqui ad altare quod ante faciem templi est excubant. Tanto inferiores sunt quanto in exteriori ministrant. Cum quasi in altari iam caro ascenditur ut in conspectu omnipotentis domini mox sacrificium redoleat quod prius culpa displicebat. Sed hac in re questio oritur cum superius dictum sit quia gazophilacia ad australem viam facies habent, qua ratione nunc dicitur: Ista gazophilacia que respicit viam meridianam sacerdotum est qui excubant in custodiis templi et gazophilacium quod respicit viam aquilonis sacerdotum qui excubant ad ministerium altaris. Si enim utraque facies ad australem viam tendebat, quomodo nunc unum ad meridianam atque aliud ad aquilonis viam respicere dicitur? Sed in hiis verbis agnoscimus quia gazophilacium sacerdotum qui excubant in custodiis templi ita positum fuerat ut solam meridianam viam respiceret. Gazophilacium vero sacerdotum qui excubant ad ministerium alta

ris. Ita erat in atrio ut et australem
viam et ad aquilonis faciem inten-
deret, quatenus et gazophilacium
sacerdotum qui excubabant in cu-
stodiis templi meridianam viam as-
piceret, et tamen sive gazophila-
cio eorumdem sacerdotum aquilonis
viam videret. Sed quid est hoc fra-
tres karissimi? Quid in his verbis mi-
sticum possumus invenire, nisi hoc
quod secundum ea que premissa sunt
iam spiritalis auditor intelligit,
quia sacerdotes maioris ordinis
qui excubant in custodiis templi
solam meridianam viam custodi-
unt respiciunt, quia solis studiis spi-
ritualibus occupati semper hiis qui
amoris sunt dei, qui solicite in-
tendunt. Sacerdotes autem mino-
ris ordinis qui discuciendis pec-
catis delinquencium presunt etiam
ad aquilonis viam oculos reflec-
tunt, ut in mente peccancium qui
sunt corporis frigori videant, et
eos verbis correpcionis usque ad pe-
nitencie gemitus perducentes cali-
dos in caritatem domini incendant.
Respiciunt etiam cum magnis sacer-
dotibus ad meridianam viam,
quia quantum ad semetipsos est
fervent igne caritatis et succen-
si sunt flammis amoris dei.
Sed quia precepta delinquencium
cordis corrigunt, etiam ad aquilonis
viam oculos reducunt. De utris-
que autem sacerdotum ordinibus sub-
ditur: Isti sunt filii Sadoch qui ac-
cedunt de filiis Levi ad dominum
ut ministrent ei. Sadoch latine
dicitur iustus. Quis autem iustus
nisi ipse cui dicitur: Iustus es domine
et rectum iudicium tuum. Qui vero sunt
filii iusti nisi hii de quibus scriptum

est: Quotquot autem crediderunt
in eum dedit eis potestatem filios
dei fieri. Levi enim interpretatur as-
sumptus. Quis vero a domino assump-
tus est nisi populus fidelis, qui per
sacramenta fidei est a perfidis se-
gregatus. Omnes ergo qui perseve-
ranter spiritalibus actibus inten-
dunt filii iusti sunt et de filiis
populi assumpti accedunt ad
dominum ut ministrent ei, quia de ip-
sis quoque fidelibus eliguntur
qui ad omnipotentis dei ministeri-
um veniant et celestibus studi-
is per erudicionem populi inten-
dant. Sed nobis solerter con-
quirendum est qui sunt qui domino
ministrant. Neque enim omnes qui re-
gunt, omnes qui predicant, omnes
qui ipsa tribuunt, omnes qui per car-
nis abstinenciam corpus casti-
gant domino ministrant. Cum enim
legendo atque predicando gloriam
propriam querunt, largiendo que
habent, et corpus in abstinencia
macerando laudes recipere ab
hominibus appetunt, sibi non do-
mino ministrant. Quo contra
per psalmistam dominus dicit: Am-
bulans in via immaculata hic
michi ministrabat. Habet enim
maculam in via qui in bono
opere quod agit terrene glorie sibi pre-
mium proponit, qui in hoc mundo
recipere mercedem requirit et fe-
dat in conspectu domini spem bo-
ni operis macula prave inten-
cionis. Fortasse etiam cum quis
discipline studio intentus fer-
vet, culpas delinquencium resecat,
qui tamen ad hoc agenda se non
ex omnipotentis amore sed zelo

xpo ducatur in hijs etiam non domino
ministrat. Alius ne asper esse
videatur multa leviter tollerat
que prave perpetrat. Hic itaque quamvis
video pro domino districtus non tamen
pro levitatis sue studium sibi et non
domino ministrat. Restat ergo ut
sive in ipsis ministris fatigemur
seu indigentibus nostra largiamur
sive et per abstinentiam carnem
domemus seu zelo moveamur
seu per pacienciam aliquando
leviter prava tolleremus ut
nos summopere debeamus in inten-
cione nostra discutere quatenus
omne quod facimus non nostro sed
dei zelo faciamus ne in hijs
que facimus nobis potius quam
domino ministremus. Non enim do-
mino sed sibi ministraverunt de
quibus paulus dicebat omnes
que sua sunt querunt et non
que sunt ihesu xpi. Isdem vero pau-
lus atque electis fratribus non sibi
ministrare sed domino et vivendo
et moriendo festinabat dicens
Nemo nostrum sibi vivit et nemo
sibi moritur. Sive enim vivimus
domino vivimus sive morimur domini
sumus. Sibi etenim sancti non vivunt
nec moriuntur qui per omne quod a-
gunt ad lucra spiritualia anhe-
lant atque orando predicando sub-
opibus insistendo celestis pat-
rie cives multiplicare desiderant
sibi minime moriuntur qui in con-
spectu hominum deum de sua morte
glorificavit ad quem pervenire
etiam moriendo festinat. Pen-
semus itaque in morte sanctorum
quantum cor oblitum ab infide-
libus sunt. Sed quanta dul-
cedinem in corda fidelium excitant

quia si suam laudem quererent
pro sancto patri tot obprobria in morte timu-
issent. Sed nemo nostrum sibi vivit et
nemo sibi moritur qui suam gloriam
nec vivendo nec moriendo quesi-
erunt. Videamus si ipse prima pas-
tor ecclesie qui sibi non vixit sibi sit
mortuus. Johannes eius socius
reminiscitur et de verbis domini ex mor-
te pastoris eiusdem dicat. Hoc autem
dixit significans qua morte clari-
ficaturus esset deum. Non ergo sibi
est mortuus qui deum clarificavit
in morte. Discutiamus ergo fratres mei
intencionem nostram in omni quod a-
gimus. Solliciti inquisicione dis-
cutere et nostra non querere sed omni-
potenti deo volumus ministrare.
Sed quia ex fidelium populo filios sa-
cerdotes ad omnipotentis dei minister-
ium divina assumit dignacionis
in eodem populo non sunt multi
qui inveniantur in mandatis
dei vivere perfecti sunt omnino.
Nam subditur et mensus est a-
trium longitudinem centum cubi-
torum et latitudinem centum cubi-
torum per quadrum. Sepe iam per
longitudinem longanimitatem
spei per latitudinem vero caritatis
amplitudinem diximus figurari.
Centenarius autem numerus in quo
decies denarius ducitur quod sum-
mam perfectionis signet plene su-
perius dictum est. Quando est itaque
atrium spiritualis edificij nisi am-
plitudo fidelium populorum. Ipsa
autem longanimitas spei et lati-
tudo caritatis vacua in cordibus
fidelium non est. Nam per fidem quod
quid valet operatur. Unde et per pau-
lum dicitur. In xpo ihesu neque
circumcisio aliquid valet neque

expectant. Sed fides que per dilectionem operatur. Si ergo in vita fidelium iuxta quendam modum per singulos perfectorum est longanimitas spei, per perfectorum latitudo caritatis, per perfectorum certitudo fidei, per perfectorum studium operationis, atrium templi per quadrum centum cubitos habet. In mensura autem quadri non aliud latus maius est atque aliud minus, sed cuncta simul quatuor latera equali spacio tenduntur. Quia et ipsas easdem virtutes quas diximus, fidem scilicet spem atque caritatem atque operationem, quamdiu in hac vita vivimus equales esse apud nosmetipsos invenimus. Certe autem maior spe et fide caritas dicitur, quia postmodum ad auctoris nostri speciem pervenimus, spes quidem et fides transit, sed caritas permanet. Nam nunc et quantum credimus tantum amamus, et quantum amamus tantum de spe presumimus. De fide quoque et operatione Iohannes apostolus fatetur dicens: Qui se dicit nosse et mandata eius non custodit, mendax est. Notitia quippe dei ad fidem pertinet, mandatorum custodia ad operationem. Cum ergo virtus tempus et locus operandi suppetit, tanto quisque operatur quantum deum noverit, et tantum se nosse deum indicat quantum pro deo bona operatur. Mensurantur ergo fideles ipsi virtutes in quadrum, quia unusquisque qui in active vite exercicio versatur tantum credit quantum sperat et amat, et operatur tantum sperat quantum credit operatur et amat, tantum amat quantum credit sperat et operatur, tantum operatur quantum credit amat et sperat. Quia itaque in


sancte ecclesie populus multa sunt et robusta per fidem, et longanimes in spe, et ampli per caritatem, et efficaces per operationem, atrium templi centum cubitis in quadro mensuretur. Nam ut aliquid quoque de cardinalibus virtutibus loquamur, sepe de eis quosdam videmus prudentes per intelligentiam, fortes in adversitate, iustos in operatione, temperantes a voluptatibus, atque in omni districtionis zelo se mensura moderantes. Qui dum prudenciam, fortitudinem, iusticiam atque temperanciam, vel sicut eas enumerare quibusdam placet, prudenciam, temperanciam, fortitudinem atque iusticiam tenent, in mensuram spiritualis atrium in quadro habent. Certe enim ipse virtutes quas habere bonos ac fideles diximus, ita in quadro sunt ut una aliam non excedat. Magna est quippe illa prudencia, sed si minus est a voluptatibus temperans, nimis in periculis fortis, minus in operationibus iusta, profecto minus est prudens. Magna est temperancia, sed si minus intelligit unde se temperet, si adversa sustinere per fortitudinem minus valet, atque in timore animum deiecit, si per precipitacionem suam aliquando ad iusticie opera prorumpit, minus est temperans. Magna est fortitudo, sed si minus intelligit que bona custodiat, quibus malis resistat, si minus a voluptatis appetitu se temperat, si per vacillationem destructione. Si iusticie opera minus tenet atque aliqua


do in iusticie dominacione superatur
minus est fortis magna est ius
ticia Sed si minus quam debet
inter iusta et iniusta opera discer
nit. si minus cor a vana delec
tacione temperat. si minus se con
tra adversa confortat minus
est iusta Inveniuntur ergo perfectorum
fidelium vita per quadrum et tan
tum habeat spiritalis atrii latitudo unum
quantum latera singula. quia unus
quisque tantum prudens est quan
tum temperans fortis etiam ius
tus. Tantum temperans quantum
prudens fortis et iustus Tantum
fortis quantum prudens temperans
et iustus Tantum iustus quantum prudens
temperans et fortis fuit. Quibus ad
imitandum eos plurimi qui adhuc carna
liter vivunt quia si fortasse litteras
ignorant et precepta dei legere non
valent Certe in multorum fidelium
conversacione bona que imitentur
vident Ecce in ecclesia voces sanc
ti ewangelii atque apostolorum sonant
ecce exempla bene viventium cot
tidie hominum oculis opponuntur nec
in excusacione sua dicere poterunt
Non vidimus quod imitari de
bemus Unde et subditur Et al
tare ante faciem templi Quid
templum nisi fidelis populus sit
per paulum apostolum discipulis dicitur
Templum enim dei sanctum est quod es
tis vos Et quid est altare dei
nisi mens bene vivencium Qui
peccatorum suorum memores lacrimis
maculas lavant carnem per ab
stinenciam macerant nullis se
huius mundi actionibus implicant
que habent indigentibus tribuunt
et habere que non habent non con
cupiscunt Recte igitur horum
cor altare dei dicitur ubi ex mero
re compunctionis ignis ardet et
caro consumitur Et nimirum non
fratres karissimi cottidie in sancta hac fi
dei populo quasi in templi atrio
videmus. Nimirum non corde intrare
nobis ad exemplum proposita modestie
ter aspicimus Altare ergo ante faciem
templi est. Quam multi in sancta ecclesia
conspectu sunt positi qui cottidie in
dicem memores semetipsos cotti
die deo sacrificium in lamento compunc
tionis mactant. qui ut predictum est
corpora castigant Contenentes hoc quod
per egregium gentium dicitur impleant
Ut exhibeatis corpora vestra hostiam
viventem sanctam deo placentem hos
tia quippe occiditur ut offeratur Sed
hostia vivens est corpus pro domi
no afflictum Quod eadem hostia dicitur
et vivens quia vivit in virtutibus
et tamen est a viciis occisum hostia vide
licet quia iam mundo huic et a pra
vis actibus mortuum vivens autem
quia cuncta que prevalet bona opera
tur Sed quia sub altaris nomine
de compunctionis flamma sermo se
intulit nequaquam puto quod sit diversitas
eiusdem compunctionis ostendere
Alia quippe compunctio est que per
timorem nascitur alia que per amorem
quia aliud est supplicia fugere
aliud premia desiderare Unde et in
tabernaculo per legem duo altaria
fieri iubentur unum videlicet exterius
aliud vero interius unum in atrio aliud
ante archam unumquodque ere coopertum
est aliud quod auro vestitur atque in al
tare ereo cremantur carnes in al
tare vero aureo cremantur aromat
aut [illegible] cottidie videmus quia
duo sunt compunctionis genera
Alii namque adhuc per timorem plage

Alii vero iam se per amorem in lamen
tis afficiunt. Multi namque peccatorum su
orum memores dum supplicia eterna
pertimescunt cottidianis lacrimis se
affligunt, plangunt mala que fecerunt
et incenduntur igne compuncti
onis quorum adhuc suggestiones in
corde patiuntur. Quid isti nisi altare sunt
exterius in quo carnes ardent quia ad
huc ab eis carnalia planguntur. Alii
vero a carnalibus viciis liberi aut lon
gis iam fletibus securi amoris flam
ma compunctionis lacrimis inarde
scunt celestis patrie premia cordis ocu
lis proponunt supernis iam civibus inter
esse concupiscunt. Quia eis apparere
protrahitur longitudo peregrinationis sue
regem in decore suo videre desiderant
et flent cottidie ex eius amore non ces
sant. Quid isti nisi altare sunt incensi
in quorum cordibus aromata incen
sa sunt, quia virtutibus ardent.
Bene autem de eodem altari dicitur
quod ante velum arche sit positum istud
scorum. Archa quippe testamenti
ipse nobis factus est de quo scriptum
esse novimus: In quo sunt omnes
thesauri sapientie et sciencie abscon
diti. Archa intra velum est redemp
tor noster in celo. Altare vero aure
um in quo timiama incenditur
ante velum sunt sanctorum corda que aureis
magnis virtutibus in dei amore suc
censa sunt. Per sancta desideria in illo
ardent quem adhuc revelata fa
cie videre non possunt. Inter archam quip
pe et altare velum est quia hi qui
nos adhuc a visione dei separat et
corrupcionis nostre obstaculum remo
tum non est. Sed quousque ante ve
lum sumus, oportet ut quasi thi
miamatis incensum flamma a
moris ardeamus per compunctionis

autem lacrimas vel terrenum vel tran
sitorium querere debemus. Solus
nobis ipse sufficiat qui fecit omnia.
Transcendamus per desideria omnia
ut mentem colligamus in unum.
Non iam timore penarum, non me
moria viciorum, sed amoris flamma
succensi ardeamus in lacrimis cum
odore virtutum. Ista electorum oratio
prefigurabatur cum in sponse laude
diceretur: Que est ista que ascendit
per desertum sicut virgula fumi ex
aromatibus mirre et thuris et
universi pulveris pigmentarii.
Ista quippe electorum ecclesia cum ab
hoc mundo in superioribus arde
ns amore se erigit per desertum quod
deserit ascendit. Qualiter vero
ascendat adiungit: Sicut virgu
la fumi ex aromatibus. Fumus
de incenso nascitur et per psalmi
stam dicitur: Dirigatur oratio mea
sicut incensum in conspectu
tuo. Fumus ex ture lacrimas so
let. Itaque fumus est ex aromati
bus compuncte orationis concep
ta ex virtutibus amoris. Que
tamen oratio fumi virgula dicitur,
quia dum sola celestia postu
lat sic recta progreditur ut ad terrena
atque temporalia petenda mini
me reflectatur. Et notandum
quod non virga sed virgula nuncupatur,
quia interdum compunctionis
ardore tante subtilitatis est vis
amoris ut hanc nec ipse animus
possit comprehendere qui illumina
tus meruit habere. Bene autem
dicitur mirre et thuris. Thus
enim ex lege domino in sacrificio in
cenditur, per mirram vero corpora
mortua condiuntur ne vermibus
corrumpantur. Mirra ergo et thuris

sacrificium offerunt qui etiam carnem
afficiunt ne eius corruptionis
vicia dominentur et redolentem
in conspectu domini amoris sui
hostiam incendunt seque ipsos
deo in sanctis virtutibus offerre
exhibent. Unde et illic subditur
Et universi pulveris pigmentarii.
Pulvis enim pigmentarii virtus be-
ne operantis. Et notandum quod vir-
tutes bene operantium non pigmen-
ta sed pulveres dicuntur. Virtutes etenim
quelibet bona agimus pigmen-
ta offerimus. Cum vero ipsa etiam
bona que agimus retractamus
et ne quid in istis immundum sit
subtili indagatione retractationis attendimus
quasi ex pigmentis pulverem
facimus ut operationem nostram
domino per discretionem et amorem
subtilius incendamus. Ecce hec
ut domino largiente potuimus co-
ram vobis fratres karissimi rimati su-
mus. Nemo autem me reprehendat
si post hec a locutione cessavero
quia sicut omnes cernitis nostre
tribulationes excreverunt undique
gladiis circumfusi sumus undique
imminens mortis periculum time-
mus. Alii detruncatis ad nos ma-
nibus redeunt alii capti alii
interfecti nunciantur. Iam cogor
linguam ab expositione retinere
quia tedet animam meam vite
mee. Iam nullus a me sacri e-
loquii studium requirat quia ver-
sa est in luctum cythara mea et
organum meum in vocem flentium.
Iam cordis oculos in misteriorum
discussione non vigilat quia dor-
mitavit anima mea pre tedio. Iam
minus animo dulcis est quia oblitus
sum manducare panem meum
a voce gemitus mei. Cui autem
vivere non libet de scripture sacre sen-
sibus loqui mistica qualiter libet.
Et quia cogor cottidie amara bi-
bere quomodo possum dulcia propinare.
Quid igitur restat nisi ut inter fla-
gella que ex nostris iniquitatibus
patimur cum lacrimis gratias
agamus. Ipse etenim qui nos crea-
vit et iam pater factus est nobis
per adoptionis spiritum quem dedit
et aliquando pane filios nutrit ali-
quando flagello corrigit quia per
dolores in minoribus et vulnera
ad hereditatem perpetuam erudit.
Sit itaque gloria omnipotenti domino
nostro Ihesu Christo qui vivit et regnat
cum patre in unitate spiritus sancti deus per
omnia secula seculorum amen






Maria virgo semp letare



tiones pas cu e e ius



Off. Benedictus es domi ne doce



ti- ficatio nes tu- as



ctus es domi ne doce me iusti- fi-



nes tu- as

dicaverunt et laudaverunt sunt nim

siderium eo rum attulit eis

tuis non sunt fraudati a

℟ Exaudi nos In capite ieiunii

Domine quoniam benigna est mi

